31

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/platoniseuthydem00plat

PLATONIS

EUTHYDEMUS

ET

GORGIAS.

RECENSUIT, VERTIT,

NOTASQUE SUAS ADJECIT,

MARTINUS JOSEPHUS ROUTH, A.M.

COLLEGII D. MARIÆ MAGD. OXON. SOCIUS.

H. Meen.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

M DCC LXXX IV.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
[illegible]
[illegible]

[illegible] - 2 1932

4871

AMPLISSIMO AC REVERENDISSIMO

DOMINO

DNO. THOMÆ THURLOW

EPISCOPO LINCOLNIENSI,

ECCLESIÆQUE PAULINÆ

DECANO,

VIRO

INGENII VIGORE, RERUM USU,

ET MORUM FACILITATE, CLARO,

STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

VENERABUNDUS

D. D. D.

MARTINUS JOSEPHUS ROUTH.

B
369
.A2

LECTORI

S.

QUO melius de hac Editione curis meis elaborata docearis, nonnulla hoc loco mihi exponenda duxi.

I. Cum quatuor omnino ſint Platonis operum Editiones, in quibus variat auctoris textus, Aldina, Baſileenſes duæ, et Stephaniana, aliquid de iis ſingulis primum commemorabo; deinde de Ficini Verſione dicam, quippe quæ e libris manu ſcriptis reddita, Græci exemplaris inſtar habenda eſt; poſtremo, de reliquis omnibus operis mei ſubſidiis.

Editio prima ex Aldi Manutii officina prodiit Venetiis anno 1513, curante MARCO MUSURO Cretenſi, Græco illuſtri, qui paulo poſt ad Archiepiſcopalem dignitatem a Leone X evectus eſt. Hæc editio, ex *antiquiſſimis* exemplaribus et magna cum fide, ut ſatis compertum habui, expreſſa, cæterarum fundus eſt præcipuus.

Proxima poſt Aldinam eſt Editio Baſileenſis Prior, anno ejuſdem ſæculi triceſimo quarto a Joan. Valdero impreſſa, curata autem præcipue a JOANNE OPORINO,

qui

qui poſtea linguæ Græcæ in Academia Baſileenſi Profeſſor doctrina ſimul et arte typographica inclaruit. In hac editione multa Aldini exempli menda manifeſtiora tolluntur; loca aliquot critices opus requirentia in melius ordinantur; alia contra ex ſanis corrumpuntur. Cum vero nullum codicem ſcriptum adhibuiſſe videtur Oporinus, eo minorem auctoritatem vindicare poteſt ejus editio, neque inter fontes antiquæ lectionis habenda eſt. Comitantur eam Procli Commentarii in Timæum et Politica Platonis, quos ante repererat Simon Grynæus in noſtræ hujus Academiæ bibliothecis, uti ipſe in epiſtola præmiſſa editioni teſtatur.

Dein in cenſum Platonis editionum venit Baſileenſis Poſterior, ab Henricho Petro impreſſa anno 1556. Priorem Baſileenſem Valderianam expreſſit; eandem fere *κατὰ πόδα* ſecuta, niſi quum alias lectiones e libris ſcriptis adſciverit. Nam præclara dos eſt hujus editionis, quòd inſignem habeat lectionis varietatem, quæ cuique conferenti ſe prodit. Scilicet quum Arnoldus Arlenius, vir doctiſſimus, quædam ante in Italia exemplaria nactus, ex iiſdem exemplum Valderianum a capite ad calcem uſque corrigere haud deſtitiſſet, hoc Arlenii labore ſe uſum eſſe teſtatur MARCUS HOPPERUS, is qui hancce editionem procuravit. Et fideliter prorſus rem illam adminiſtratam eſſe ab Arlenio, inde nobis egregie confirmatur, quod ſæpiſſime Baſileenſis hujus Poſterioris lectiones in libris Platonis ſcriptis,

ſcriptis, auctoribuſque veteribus, qui Platonem citaverunt, deprehendantur.

Poſtrema eſt Editio HEN. STEPHANI, Pariſiis anno 1578 impreſſa. Adeo ut inter harum editionum ſingulas anni nonnihil magis viginti interceſſerint. Hic vir præclare inter paucos de univerſa literatura Græca meritus in Platone ſuo textum Aldinum expreſſit. Quum autem (ſua ipſius verba ſunt) "varia *ex* "*veteribus libris* auxilia conquiſiviſſet, hanc in eo-"rum uſu cautionem adhibuit, ut quæ lectiones præ-"cedentium editionum, Aldinæ, Baſilienſis, Lovani-"enſis, quæ eſt duntaxat librorum de Legibus, ferri "poſſe viderentur, in iſta etiam retinerentur, diverſis "margini adſcriptis: in earum autem locum, quæ "ὀυδὲν ὑγιὲς haberent, quarum etiam nonnullæ ne a "Ficino quidem agnoſcuntur, diverſæ illæ *ex vetuſtis* "petitæ *libris* ſubſtituerentur." Deinde addit, ex ingenio ſuo profectas emendationes ſe non in ipſum recepiſſe textum, ſed partim margini adſcripſiſſe, partim adnotationibus reſervaſſe. Ita vir magnus. De origine autem lectionum variantium, quas ille aut in contextum recepit, aut margini adlevit, multum dubitatur. Scilicet earum *pleræque*, vel in Editione Baſileenſi Poſteriore, vel in Latina Verſione Ficini, deprehenduntur. Illam vero editionem adhibuiſſe ſe nullibi fatetur, imo implicite, ut loquuntur, negat; hanc verſionem raro nominatim citat, etſi frequenter varias ſuas lectiones

conjec-

conjecturaſque eidem debere videatur. Aut igitur codicibus Platonis ſcriptis uſus eſt, qui mire cum Editione Baſileenſi Poſteriore et Ficiniana Verſione conſenſerint: aut ex Auctoribus Platonem deſcribentibus omnes has lectiones deſumpſit, hique fuerunt *veteres ejus libri*: aut denique editionem illam revera in concilium advocavit; quod primus nec ita pridem ſuggeſſit vir doctiſſimus Jo. Frider. Fiſcherus, ob merita ſua in Platonem celeberrimus. —— Nulla exemplaria illorum quidem dialogorum, quos ego edendos ſuſcepi, habuiſſe Stephanum, his rationibus adductus ſum, ut crederem. Primo, cum pleraque omnia ab eo in contextum admiſſa et margini adſcripta, vel in Baſileenſi Poſteriore, vel in Interpretatione Ficini, vel in Scriptoribus Platonem laudantibus, reperiri poſſint, mirum profecto videtur, codices Stephanianos nullas proprias ſibi lectiones, aut certe pauciſſimas, ſuppeditaſſe, quæ receptione, vel ſaltem adnotatione, dignæ viderentur. Deinde nullam nobis iſtorum codicum notitiam vir doctus præbuit; ſolum fine ipſo adnotationum pollicetur, (poſtquam dixerit, ſe multa ex veterum exemplarium auctoritate emendaſſe) ſi cujuſdam præterea optimi exemplaris, cujus facta erat ſibi ſpes, copiam etiam fieri contingeret, ſe ex eo quoque excerptas lectiones libello ſeorſum edito cum lectore communicaturum. Quid interim de hoc codice factum ſit, nemo, opinor, novit.—Sin vero nullos libros ſcriptos habuerit Stephanus, anne illis, qui ῥήσεις ex Platone

tone deſcripſerunt, ſuas debebat lectiones? Certe aliquos hujuſmodi fontes adiit; ſed longe plurimæ lectionum illarum (ſciens dico) non apud auctores, qui Platonem laudare ſolent, ſed in editione verſioneque, quas dixi, extant. Paucas quidem illas, quarum ſedes nec indicare potui, nec cauſam exponere ipſarum variationis, Platonis exſcriptoribus aſſignandas puto, pariter ac illas, quas ipſe apud tales auctores deprehendi.— Si igitur nec codices veteres ſcripti, neque auctores alii, has lectiones Stephano ſuppeditaverint; reſtat, ut adhibuerit ſæpiſſime vir doctus Ficini Verſionem atque Editionem Baſileenſem Poſteriorem, in quibus has ipſas extare novimus. Nec profecto probabile videtur in tali opere verſatum Stephanum editionem illam ignoraſſe aut neglexiſſe, quæ annis plus viginti ante excuſa erat, atque adeo inſigni lectionis varietate commendabatur. Unum hoc objici poſſe video; neglexiſſe nimirum Stephanum veriſſimas aliquas lectiones exempli Baſileenſis, quod non feciſſet, ſi idem in concilium advocaſſet. Vereor autem, ne ſimulatio viri in cauſa hujuſce rei fuerit; ut ne videretur exemplo illo unquam fuiſſe uſus. Imo vero Fiſcherus *Præfatione in Platonis Euthyph.* &c. p. XVI. eundem arguit depravationis et mutilationis lectionum Baſileenſium, ut fraus eo certius lateret. Vellem equidem nullas hujuſmodi ſuſpiciones in tantum virum cadere, cum ob alias cauſas, tum propterea quod, ſi codices Platonis manu ſcripti revera fuiſſent Stephano, addita eſſet major auctoritas

quibuſvis ejus variationibus ab exemplo Aldino, ſive deprehendantur eæ in aliis libris, ſive non. Idque eo magis expeto, quia mutationis conjecturalis veſtigia in textu ejus interdum occurrant. Hæc ſunt, quæ ſuper hac re dicenda putabam; ipſa autem quanti ſit momenti ad verum Platonis textum inveſtigandum, nemo non videt. Pene autem oblitus ſum hîc addere, quod fidem ſuſpicionibus de Stephani verſutia confirmat, Stephanum ex Cornarii doctiſſimi interpretis adnotationibus, quæ *Eclogæ in Dialogos Platonis omnes* vocantur, quæque variis codicis MSti lectionibus ſimul ac ipſius conjecturis ditantur, certe ſumpſiſſe aliqua, ſed ne nomen quidem Cornarii ullibi memoraſſe. Porro quâ fide adverſus Leunclavium Xenophonteum in ſimili plane negotio hic vir ſe geſſerit, Leunclavius ipſe multa querens narravit. Nihilominus tamen, licet his nominibus culpandus ſit Hen. Stephanus, meritis tamen ſuis ornetur laudibus. Sæpe in Editione ſua ſententias totas voceſque ſingulas cum ex Latina Verſione Ficini, libriſque aliis, tum ex mera conjectura, feliciter emendavit. Cumque in prioribus editionibus oratio ſæpius mala interpunctione diſtingueretur, mirum, quam præclaram operam in ea quoque re ordinanda poſuerit Stephanus. Nec minima laus habenda eſt, quòd in pulcherrimo ſuo exemplo corrigendo, celebris officinæ, et univerſæ etiam artis typographicæ, ornamento, tam accuratam adhibuerit diligentiam, ut vix tria operarum vitia in duobus, quos edo, libris deprehenderim:

prehenderim; etſi horum alter longiſſimus ſit Platonis dialogorum. Huic editioni præter ſuas ipſius Notulas, de quibus plus infra, Latinam Joannis Serrani Interpretationem addidit, breveſque inſuper Serrani Annotationes in quoſdam ejuſdem interpretationis locos; ubi ab eo de nonnullis in *Euthydemo* locis agente bis terve citatur codex quidam manuſcriptus. Alios item manu exaratos dialogos vir idem tenebat. De Serrani notis methodum et ſeriem diſputationis commonſtrantibus, poſthac dicendum.

Ficiniana jam Verſio commemoranda eſt; quæ annis plus viginti ante Platonem Græce editum in orbem vulgata eſt, e ſcriptis veteribus libris traducta. Hæc igitur, ut initio dixi, fons egregius diverſæ lectionis habenda eſt; eoque facilius ac certius ea ratione adhibetur, quia ut plurimum fideliter et docte conficiatur. Magna tamen in hac re utendum eſſe cautione manifeſto liquet, ut ne illud tanquam lectio varians adducatur, quod nihil revera eſt, niſi paraphraſticus conciſuſve vertendi modus; vel magis interpretis incuriæ, errori, aut denique correctioni, quam codicum varietati, attribuendum eſt. Condita eſt hæc verſio a MARSILIO FICINO Florentino, viro, ſiquis alius, in Platonis Platonicorumque ſcriptis verſatiſſimo. Primum impreſſa eſt Florentiæ, at paulo poſt Venetiis anno 1491, qua ego fruor editione. Recognitionem poſtea ſubiit Simonis Grynæi, aliorumque item viro-

rum eruditorum. Eorum quidem curæ verſionem fortaſſe emendaverunt, et a textu Græco impreſſo propius abeſſe juſſerunt; ſed ea ipſa res facit, ut priores ipſius editiones in concilium vocari debeant de vera locorum lectione, non poſteriores, quas fucum interdum feciſſe Stephano inveni. Ante factam autem Ficini interpretationem verterunt alii quidam libros nonnullos Platonis; ita ineunte ſæculo decimo quinto Leonardus Aretinus, qui præter alios dialogos *Gorgiam* Latine reddidit. Hujus autem verſionis exemplum nunquam mihi videre contigit.

Jani cornarii Eclogas paulo ante memoravi, quæ Interpretationi ejus dialogorum Platonis omnium poſt ſingulas quaterniones, ſive diviſiones Platonis, inſeruntur. Editus eſt liber Baſileæ anno 1561, et rariſſimus eſt; ſed Eclogæ, ſive Notæ, nuper ſeorſim, cl. Fiſchero curante, excuſæ ſunt. Eruditiſſimus hic medicus, cum nactus eſſet e bibliotheca Seb. Haſſiſtenii exemplar Platonis operum manu ſcriptum, variationes ejus in eclogas ſuas tranſtulit; quibus uſum fuiſſe Stephanum, ut et conjecturis Cornarianis, ſupra dixi.

Hi ſunt libri *impreſſi*, quibuſcum mihi quidem res eſt. Cæteræ enim Platonis operum editiones, quæ annorum ſunt, 1588, 1590, 1602, exempli Stephaniani meræ ſunt repetitiones, cum Ficini Verſione reformata adjecta. Separatimque nunquam, quod ſcio, prodiit *Euthydemus*, prior dialogorum, quos edo. *Gor-*

gias,

gias quidem Argentorati ſeorſim Græce excudebatur anno 1541, ſed e Baſileenſis Prioris textu expreſſus.

Auxilia, quæ mihi ſuppetiverint a libris *ſcriptis*, nunc accipe. Primus eſt Codex in Bibliotheca Bodleiana, qui *Gorgiam* dialogum continet. Chartaceus eſt, nec magnam vetuſtatem præ ſe ferre videtur. Sed multas veriores lectiones a textu Aldino diſcrepantes, quarum etiam nonnullæ ſibi propriæ ſunt, conſervat. Ex eo octo folia, quinta fere pars libri, perierunt. Deinde, poſtquam ipſum textum, imo vero notarum fere dimidiam partem, confeceram, lectiones varias e Codice Regiæ Bibliothecæ Pariſienſis ad dialogorum amborum textum collato accepi. Continet hic MS. alios libros auctoris noſtri multos, et vetuſtiſſimus eſt omnium Platonis codicum, quos tenet bibliotheca nobiliſſima. In ſerie catalogi editi numero MDCCCVIII notatur, ubi eum bombycinum eſſe, et ſæculo decimo tertio exaratum videri, dicitur. Ampliorem autem ejus deſcriptionem mecum communicavit vir cl. Joan. Lefebvre, qui codicem ad Stephani editionem contulit. "Videtur Codex "hic a duobus viris eruditis cum aliis ſcriptis collatus. "Occurrunt nempe vel inter lineas, vel margine, variæ "lectiones varia manu ſcriptæ, præter varias lectiones "a codicis ſcriba notatas, quæ quidem paucæ ſunt. "Margines gloſſis adſperſæ ſunt, præſertim ab initio "ad medium uſque *Gorgiam*; ſed maximam partem "deletis, vel compingendo codice reſectis, ita ut vix "ullus

" ullus ſenſus in pluribus occurrat. Hinc mihi non " tanta meſſis, quantam quidem optaviſſem." Ita vir doctiſſimus. Libri hujuſce opes, quæ Notis meis non inſeruntur, Appendici commiſi.

Multos inſuper Auctores adhibui, qui in ſua ſcripta ῥήσεις Platonicas tranſtulerunt; quorum præcipui ſunt Ariſtides rhetor, Jamblichus, Stobæus, atque ubi ad finem perducitur *Gorgias*, Plutarchus in *Conſolatoria ad Apollonium*, Euſebius, et Theodoretus. Horum omnium licuit mihi libris ſcriptis uti, præter Jamblichi et Plutarchi. Codicum duorum uſum ſummæ humanitati acceptum refero viri reverendi, qui bibliothecam Collegii Novi cuſtodit; unius autem ex bibliotheca Collegii D. Joannis Baptiſtæ copiam mihi fecit ampliſſimus ejuſdem Collegii Præſes, qui nunc in Academia Vicecancellariatu præclare fungitur. Indicem horum librorum Adnotationibus præfixi.

Quos adhibui Platonis aliorumque veterum Auctorum libros, jam recenſui; nunc referam, quibus aliis ſubſidiis inſtructus ad opus meum acceſſerim. In tribus ex quatuor Platonis editionibus nullæ ſunt notæ; quæ quidem raro temporibus illis adjiciebantur. Ad marginem ſuæ editionis Stephanus notulas ad lectionem contextûs pertinentes frequenter exaravit, paucas item Serranianam *Euthydemi* interpretationem corrigentes. In Adnotationibus ejuſdem Stephani ad finem editionis poſitis tres tantum notæ in *Euthydemum* extant,

tant, octo in *Gorgiam.* Serrani Obſervationes criticæ ſunt octo vel novem in *Euthydemum*, nullæ autem in *Gorgiam.* Jani Cornarii tredecim in *Euthydemum*, circiter triginta in *Gorgiam.* Nullæ ſunt, quod ſcio, ullius viri docti ſeparatim editæ in hos dialogos obſervationes. Nonnullas, quæ ſparſim extabant, ſubinde commemoravi. In catalogo autem bibliothecæ Bodleianæ inter Adverſaria Iſaaci Caſauboni indicantur *Elegantiæ Platonicæ*; quæ obſervationes ſunt viri magni tumultuariæ, paucæ numero, dum Platonem legebat. Harum tres exaratæ ſunt in *Euthydemum*, et circiter duplo plures in *Gorgiam.* Verum haud multos abhinc annos Adnotationes varias, quas ipſe in Platonem lingua vernacula ſcripſerat, Collegio Magdalenenſi donavit THOMAS WALDGRAVIUS, S. T. P. vir pietate ac doctrina venerabilis.* Permiſſu ejus theſaurum hunc literarium ſcrutatus ſum; atque inde exprompſi quicquid ad rem meam facere videretur. Quandocunque autem huic aliorumve doctorum ſcriptis quicquam debuerim, fontem ejus clare ac aperte monſtravi. Ex Argumentis Marſilii Ficini, quæ in verſione ejus ſingulis præmittuntur dialogis ad ſcopum cuique propoſitum explicandum, nonnulla ſumpſi; licet enim in iis ſint ſubtiliora quædam, magis recentiorum Platonicorum commenta quam ipſius Platonis genuinam ſapienti-

* Diem obiit ſupremum paucis poſt diebus, quam hæc typothetæ meo tradidi, virtutibus et annis plenus.

am

am redolentia, plerumque tamen philoſophi ſublimis dogmata optime ac veriſſime exponuntur. Serrani notas ad marginem editionis Stephanianæ poſitas, quibus methodus et ſumma argumentationis ſcholaſtico modo traduntur, raro unquam adhibui, utpote quæ nimis prolixæ ſunt; nec tamen argumentorum ſeriem et connectionem mihi ipſi negligendam cenſui. Vellem equidem, qui hodie extat Olympiodori in *Gorgiam* Commentarius, mihi præſto fuiſſe; ſed nullibi ille in Anglia, quoad potui deprehendere, conſervatur. Ejuſdem commentarios in Platonis *Phædonem* et *Philebum* tenet bibliotheca Bodleiana; atque ex illorum priori ſcholia quædam deſcripſit cl. Forſterus in notis ad *Phædonem.* Nuperrime autem ex bibliotheca Regia Pariſina Præfationem commentarii illius in *Gorgiam* nitide omnino deſcriptam accepi, ab Amico quodam dono datam, qui me ſibi plurimis beneficiis devinxit. Docta hæc et utiliſſima hujus dialogi expoſitio volumini noſtro ſubjungitur.

Dum vero ſubſidia mihi ex libris comparata memoro, Amicorum auxilia tacere, nefas et ingrati animi eſſe ducerem. Ex quo primum in hac Academia verſatus eram, immerito favore me complexus eſt vir plurimum reverendus, a nobis ſuperiore anno ſubita et immatura morte abreptus; optimum et eruditiſſimum dico Benjaminum Wheeler, SS. Theologiæ Profeſſorem Regium; qui morum integerrimorum exemplo, eximia doctrina,

doctrina, et ſingulari quadam animi in omni re obeunda dexteritate, Academiæ per multos annos, atque adeo univerſæ reipublicæ, mirum quantum profuit. Hujus conſilio atque auctoritate motus ad libros hos Platonis edendos me paravi; et quem adhortatorem incepti habebam, eundem in peragendo illo adjutorem expertus ſum. Si quando enim ipſum conſulerem, facilem et attentum, vix addere neceſſe eſt, ſagacem atque prudentem, in his rebus tractandis ſe præbuit. Idem de aliis duobus Amicis dicere habeo; quorum alter eleganti ingenio ac doctrina celeberrimus eſt; alterum laudibus meis proſequi vetat quidem ſanguinis arctiſſima conjunctio, publice vero beneficium ejus prædicare ipſa me pietas cogit. Quicquid interim novi ſuggeſſerint horum virorum ingenia, non mihi, ſed veris auctoribus, attribui. Utinam licuiſſet, ut adnotationes meas eorundem judicio ſubjicerem; id vero prohibebant, cum duorum priorum graviſſimæ occupationes, tum alterius a prelo Academico diſtantia.

II. Recenſitis jam omnis fere generis Subſidiis, deinceps quid a me præſtitum ſit in Textu Græco, Latina Verſione, Notiſque adjectis, dicendum.

In Textu exemplum Stephanianum ut plurimum ſecutus ſum. Ubicunque autem veterem lectionem ſine cauſa rejecerit Stephanus, poſtliminio eam recipiendam cenſui. In iis etiam locis, qui nihil ſani habe-

c rent,

rent, ex Baſileenſi Poſteriore veriores aliquot lectiones Stephano ignotas, aut certe neglectas, admiſi. Nunquam vero textui aut conjecturas, aut etiam lectiones librorum ullorum, exceptis Platonis editionibus, inſerui; quicquid autem in libro Bodleiano, veteri Ficini Verſione, Auctoribuſve Platonem citantibus, textui laboranti opem ferre videbatur, ad imam paginam lectoris judicio permiſſum eſt. Multas præterea lectiones, quas emendatiores putabam, minoris autem momenti erant, quia lectio præſens ferenda videbatur, in Notis comprobavi. Imo ibidem nonnullas, quæ majoris ſint ponderis, præferendas receptis lectionibus ἐκ δευτέρων φροντίδων admonui. In hac tamen cautione admittendi nihil, quod non fuerat prius in editione aliqua Platonis, laudandum me neutiquam aſſero, præſertim ubi librorum auctoritate fruebar. Verum nimis cauto facilius ignoſcendum, quam temere mutanti. In diviſiones, quas Sectiones vocant, orationem Platonicam diſtinxi; non tam de æqualitate portionum ſollicitus, quam ad argumentorum ſeriem et varietatem attentus. Poſtremò, textum dedi ab erroribus typographicis, ſperaverim, immunem; paucis vitiis exceptis, quæ in Erratis notavi. Hac in re vero mihi præcipuam operam navabat Edvardus Liſter, juvenis lectiſſimus; quem jam quidem ad ſedes piorum tranſtulit Deus O. M. cujus autem memoria ex hoc pectore nulla vi temporis adimetur. Culti et elegantis ingenii ſpecimen ineunte vel prima

ma adoleſcentia luci edidit, Bionis Epitaphium Adonidis, carmine Anglico expreſſum; vixdum autem decimum ſextum annum ſuperaverat, quum terris æternum vale dixerit. Ὃν γὰρ φιλεῖ τὸ Θεῖον, ἀποθνήσκει νέος.

Hæc de textu Græco; quod ad Latinam Verſionem attinet, illam ita conficere conabar, ut verum auctoris ſenſum examuſſim exprimerem, ſtricta quidem oratione, perſpicua vero, et ſolœcorum experte, uſus. Nam ſi ulla unquam Græcis ſubjungatur interpretatio, ea maxime eſſe debet, quæ in dubio hærenti de locorum ſenſu vel conſtructione opitulatura ſit. Cum porro in hujus linguæ particulis vis totius ſententiæ ſæpiſſime verſetur, has ſingulas in transferendo ſedulò obſervavi; niſi ſi in oratione, quod interdum fit, prorſus omnino abundarent. Atque ad veram ipſarum interpretationem ducem optimum frequentiſſime habui clariſſimi Hoogevenii tractatum *De Doctrina Partic. Gr.* quod grato animo profiteor. Optabam, idque valde, ut ubique ſenſus accurate repræſentaretur; unde fuit, quod denuo vertere hos libros ſtatuerim. Priores illas verſiones Ficini, Cornarii, Serrani, virorum doctiſſimorum, reprehenſas a me nolo, qui venia ipſe frequenter indigeo. Propria ſibi bona habent ſingulæ; et omnes mihimet propoſui. Σφάλματα earum vix unquam in Notis protuli, niſi ubi obſcura videretur loci conſtructio, ut de ea agere opus fuerit.

 Quic-

Quicquid ad auctorem noſtrum illuſtrandum aut emendandum pertinebat, in Adnotationibus meis conſcribendis adferre ſtudii; alia omnia ablegavi. Utinam mihi plus ingenii, doctrinæ, lectionis, peritiæ, adfuiſſet; ſed feci pro modulo meo; et eruditos viros errorum meorum correctores lenes habebo, non ſævos univerſi operis exagitatores. Notulas a Stephano ad marginem ſuæ editionis poſitas, necnon paucas illas in eclogis Cornarii, excudendas curavi; jus ſuum utrique, quomodo aliis etiam omnibus, qui Platonem obſervationibus illuſtrarunt, ſtudioſiſſime attribuens. Lectiones Varias, quas ex multis deſcripſi libris, quam accuratiſſime potui, exhibui; diſcrimine tamen adhibito; e codice enim *Gorgiæ* Bodleiano raro unquam diverſa eorundem verborum notata eſt collocatio, niſi inde efficeretur novus ſenſus, vel agnoverint eam alii præterea libri. Nec digna erant errata typographica Prioris Baſileenſis, ut anxie deſignarentur, niſi in duas, quæ proxime poſt ſecutæ ſunt, editiones admiſſa ſint, atque ita manu emendatrice egerint. Exempli autem Aldini, utpote quæ princeps editio eſt, pleraque omnia menda exhibui. Id quod harum rerum periti calculo ſuo comprobabunt; quum ſæpe fit, ut qui literalis tantum error videtur, ad veræ lectionis inveſtigationem plurimum faciat. Quid de ſingulis lectionibus judicaverim, fere ſemper ſignificavi; ubique id feci, ſi meliores eæ, quam lectiones receptæ, viderentur. Porro, ut ad manum haberet

quiſque

quiſque lectionum variarum penum, quo fidenter uteretur, et facilius de ſingularum auctoritate judicaret, collationem omnium meorum librorum tam accurate inſtitui, ut ſecure intelligendum ſit, ubicunque in notanda aliqua varietate codices alteri, qui locum ipſum Platonis habent, non memorentur, eos a textu recepto nil diſcrepare. Me tamen nullibi erraſſe, nec aſſero, nec credo; quam rariſſime, volo. Codicem Regium Pariſienſem non ipſe adii, ſed mihi miſſa eſt, ut dixi, collatio ejus; poſtea vero de lectionibus ejus in locis quamplurimis Amicum illum per literas conſului, cui Olympiodori Præfationem Græcam debes; quique pro ſumma ſua humanitate opus ingratum ac laboris plenum haud detrectavit, ſed aggreſſus eſt, atque perfecit. Unde et hujus codicis ſtatum valde *ἀκριϐῶς* repræſentare potui. Ubicunque ergo nulla ejus varietas memoretur, antiquum hunc librum habueris auctoritate ſua contextum præſentem confirmantem. Et prope quidem abeſſe eum contextum a libris ſcriptis antiquiſſimis, experientia mihi comprobatur. Quod certe magni momenti eſt; tum videlicet primos illos Platonis editores omni nimiæ licentiæ ſuſpicione liberans, tum Stephani emendationes doctas frequenter confirmans. Sed forte interim eo minus opis ad locos male ſanos corrigendos ex libris ſcriptis reſtat; etſi ex diverſis fontibus profluxerint multi codices, quos tempora hodierna tenent. Noto obiter, ubicunque initio Adnotationum in *Gorgiam* literæ *MS.* ſine ullo

ullo additamento occurrant, intelligendum eſſe codicem ſcriptum *Bodleianum*; quoniam, ut ſupra dixi, longius in opere meo proceſſeram, antequam Regii codicis varietatem accepiſſem. Alteros duos Indices ſubjungere deſtinaveram, unum omnium in oratione Platonica inſigniorum vocum et idiotiſmorum, alterum rerum in textu notiſque occurrentium; ſed forma brevior voluminis prohibuit.

III. Præfandi jam finem facio. Ipſum enim Platonem laudibus proſequi ſuperſedeo, quem Deum philoſophorum appellavit Cicero; et cujus ore Jovem aiebant veteres, ſi Græce loqui vellet, locuturum. Pauca tantum de opuſculis ejus dicam, quæ edenda ſuſcepi. Uterque liber in eadem tetralogia continetur; quæ eſt diviſio antiqua Platonis operum ab editoribus ante Stephanum ſervata. Ambo quoque ad characterem *ἀνατρεπτικὸν*, ſive *ſubverſorium*, referuntur. Vide Laert. L. 3, Segm. 51. Alter eorum *Euthydemi* nomine inſcriptus in ſophiſtarum captionibus facete irridendis verſatur; dum ſubinde orationi plurima philoſophiæ capita adſperguntur. Scilicet in eo philoſophum graviſſimum, ſimul ac εἰρῶνα feſtiviſſimum, agit Socrates. In altero dialogo, qui nominatur *Gorgias*, adverſus illos omnes diſputatur, qui aut rhetoricam a juſtitia male ſeparant; aut felicitatem injuſtitiæ adjungunt; aut voluptatem idem eſſe atque ipſum bonum affirmant. Hinc veræ rhetoricæ, ſive politicæ, opus non in ex-

terna

terna civitatis amplitudine efficienda a philoſopho ponitur, ſed in civium moribus ad virtutem omnem formandis. Tum ad finem vergente diſputatione, feliciorem eſſe juſti atque innocentis hominis conditionem non ſolum in hac vita, ſed etiam in futura, ex veteri quodam mytho oſtenditur. Olim nonnullos fuiſſe, qui omnium Platonis librorum hunc ipſum maxime admirati ſunt, teſtatur Ariſtides in *Orat. Platon.* 1*ma*, *p.* 6 *ed. Jebb.* Ipſe etiam frequenter ab auctoribus antiquis, uti oſtendi in Notis, affertur; nec ſolus Olympiodorus in eundem commentatus eſt, verum alii etiam, quorum ſcripta perierunt, ut Taurus, Theodotus, Eubulus, Hierocles; de quibus Fabricius in *Biblioth. Gr.* L. 3, c. 1, p. 18, et c. 3, pagg. 58, 66, 67.

Hæc monenda duxi, ut operis hujuſce ratio exponeretur; quam ſi eruditis probatam videro, labores meos, venerabili meo Fundatori pro alimento debitos, non plane inutiles eſſe ad Reipublicæ literariæ uſus gaudebo. Vale, Lector, nobiſque fave.

Euthydemus — pag. 1.
Gorgias — — 95.
Notæ in Euthydemum — 303.
Notæ in Gorgiam — 359.
Addenda — — 533.
Præfatio ab Olympiodoro Commentario ſuo in Gorgiam præmiſſa — 561.

ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ,

Η

ΕΡΙΣΤΙΚΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΚΡΙΤΩΝ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, [ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ, ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣ, ΚΛΕΙΝΙΑΣ, ΚΤΗΣΙΠΠΟΣ.]

ΤΙΣ ἦν, ὦ Σώκρατες, ᾧ χθὲς ἐν Λυκείῳ διελέγου; ἦ πολὺς ὑμᾶς ὄχλος περιειστήκει· ὥστ᾽ ἔγωγε βουλόμενος ἀκούειν προσελθὼν, οὐδὲν οἷός τ᾽ ἦν ἀκοῦσαι σαφές. ὑπερκύψας μέντοι κατεῖδον· καί μοι ἔδοξεν εἶναι

EUTHYDEMUS,

SIVE

CONTENTIOSUS.

DIALOGI PERSONÆ.

CRITO, SOCRATES, [EUTHYDEMUS, DIONYSODORUS, CLINIAS, CTESIPPUS.]

QUIS erat, mi Socrates, quîcum heri in Lyceo diſſerebas? profecto magna vos turba circumſtabat; ita, cum ego audiendi cupidus acceſſiſſem, nihil clare audire poteram. prolato tamen ſuper cæteros capite conſpexi; et mihi viſus eſt

ξένος τις ᾧ διελέγου. τίς ἦν; ΣΩΚ. Ὁπότερον καὶ ἐρωτᾷς, ὦ Κρίτων; οὐ γὰρ εἷς, ἀλλὰ δύο ἤστην. ΚΡ. Ὃν μὲν ἐγὼ λέγω, ἐκ δεξιᾶς τρίτος ἀπὸ σοῦ καθῆστο· ἐν μέσῳ δ' ὑμῶν τὸ Ἀξιόχου μειράκιον ἦν· καὶ μάλα πολὺ, ὦ Σώκρατες, ἐπιδεδωκέναι μοι ἔδοξε, καὶ τοῦ ἡμετέρου οὐ πολύ τι τὴν ἡλικίαν διαφέρειν Κριτοβούλου. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, σκληφρὸς, οὗτος δὲ, προφερὴς, καὶ καλὸς καὶ ἀγαθὸς τὴν ὄψιν. ΣΩΚ. Εὐθύδημος, οὗτός ἐστιν, ὦ Κρίτων, ὃν ἐρωτᾷς. ὁ δὲ παρ' ἐμὲ καθήμενος ἐξ ἀριστερᾶς, ἀδελφὸς τούτου, Διονυσόδωρος· μετέχει δὲ καὶ οὗτος τῶν λόγων. ΚΡ. Οὐδέτερον γιγνώσκω, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Καινοί τινες αὖ οὗτοι, ὡς ἔοικε, σοφισταί. ΚΡ. Ποδαποὶ δέ; καὶ τίς ἡ σοφία; ΣΩΚ. Οὗτοι τὸ μὲν γένος, ὡς ἐγῷμαι, ἐντεῦθέν ποθεν εἰσὶν ἐκ Χίου, ἀπῴκησαν δὲ ἐς Θουρίους· φεύγοντες δὲ ἐκεῖθεν, πολλ' ἤδη ἔτη περὶ τούσδε τοὺς τόπους διατρίβουσιν. ὃ δὲ

hoſpes quidam eſſe, cum quo diſſerebas. quiſnam erat? SOC. De utro interrogas, Crito? non enim unus, ſed duo erant. CR. Quem ego dico, ad dextram tertius a te ſedebat; in medio autem veſtrûm Axiochi erat adoleſcentulus; et plurimum, mi Socrates, increviſſe mihi viſus eſt, nec longe ætate a Critobulo noſtro differre. verum ille *alter ex duobus* macer eſt, hic autem provecta ætate, et facie honeſta ac liberali. SOC. Hic eſt Euthydemus, mi Crito, de quo interrogas. qui autem juxta me ſedebat ad ſiniſtram, frater ejus Dionyſodorus; particeps autem eſt hic quoque diſputationis. CR. Neutrum cognoſco, Socrates. SOC. Novi quidam ſunt iſti, ut videtur, ſophiſtæ. CR. Cujates vero? et quænam eorum ſapientia? SOC. Hi genere quidem, ut arbitror, hinc alicunde ſunt ex Chio, migrarunt autem Thurios; illinc vero fugientes, multos jam annos circum hæc loca commorantur. de qua autem

σὺ ἐρωτᾷς, τὴν σοφίαν αὐτοῖν, θαυμάσι', ὦ Κρίτων, πάνσοφοι ἀτεχνῶς· ὡς ἔγωγε οὐδ' ᾔδειν πρὸ τοῦ ὅτι εἶεν οἱ παγκρατιασταί. τούτω γὰρ ἐστὸν κομιδῇ παμμάχω· οὐ κατὰ τὼ Ἀκαρνᾶνε τὼ παγκρατιαστὰ ἀδελφώ. ἐκείνω μὲν γὰρ τῷ σώματι μόνον οἵω τε μάχεσθαι· τούτω δὲ, πρῶτον μὲν τῷ σώματι δεινοτάτω ἐστὸν, καὶ μάχῃ ᾗ πάντων ἐστὶ κρατεῖν· ἐν ὅπλοις γὰρ αὐτώ τε σοφὼ πάνυ μάχεσθαι, καὶ ἄλλον ὃς ἂν διδῷ μισθὸν οἵω τε ποιῆσαι· ἔπειτα τὴν ἐν τοῖς δικαστηρίοις μάχην κρατίστω καὶ ἀγωνίσασθαι καὶ ἄλλον διδάξαι, λέγειν τε καὶ συγγράφεσθαι λόγους οἵους εἰς τὰ δικαστήρια. πρὸ τοῦ μὲν οὖν ταῦτα δεινὼ ἤστην μόνον, νῦν δὲ τέλος ἐπιτεθείκατον παγκρατιαστικῇ τέχνῃ. ἣ γὰρ ἦν λοιπὴ αὐτοῖν μάχη ἀργὸς, ταύτην νῦν ἐξείργασθον ὥστε μηδ' ἂν ἕνα αὐτοῖς οἷόν τ' εἶναι μηδ' ἀντᾶραι. οὕτω δεινὼ

tu interrogas, videlicet ſapientia ipſorum, mirifice, mi Crito, omnigenâ ſapientiâ plane præditi ſunt; nam ego ante ignorabam illos fuiſſe pancratiaſtas. ſunt enim iſti in omni pugnæ genere maxime verſati; non quemadmodum duo illi Acarnanes pancratiaſtæ fratres. nam illi corpore tantum pugnare poſſunt; hi vero primum quidem corpore valentiſſimi ſunt, pugnâque item, quâ cuilibet omnes ſuperare licet; armis enim dimicandi et ipſi peritiſſimi ſunt, et alium quenquam, qui mercedem tribuerit, *ejuſdem rei peritum* efficere queunt; deinde pugnâ juridicali certare ipſi, aliumque eandem docere, optime omnium poſſunt, orare videlicet et orationes conſcribere judiciis accommodatas. ante quidem in his tantum rebus experti fuerunt, nunc vero arti pancratiaſticæ coronam impoſuerunt. quæ enim ipſis reliqua erat pugna non tentata, hâc nunc efficerunt, ut nemo prorſus illis reſiſtere poſſit. adeo

γεγόνατον ἐν τοῖς λόγοις μάχεσθαί τε καὶ ἐξελέγχειν τὸ ἀεὶ λεγόμενον, ὁμοίως ἐάν τε ψεῦδος, ἐάν τε ἀληθὲς ᾖ. ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Κρίτων, ἐν νῷ ἔχω τοῖν ἀνδροῖν παραδοῦναι ἐμαυτόν. καὶ γὰρ φατὸν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ποιῆσαι ἂν καὶ ἄλλον ὁντινοῦν τὰ αὐτὰ ταῦτα δεινόν. ΚΡ. Τί δαὶ, ὦ Σώκρατες; οὐ φοβῇ τὴν ἡλικίαν μὴ ἤδη πρεσβύτερος ᾖς; ΣΩΚ. Ἥκιστά γε, ὦ Κρίτων· ἱκανὸν τεκμήριον ἔχων καὶ παραμύθιον τοῦ μὴ φοβεῖσθαι. αὐτὼ γὰρ τούτω, ὡς ἔπος εἰπεῖν, γέροντε ὄντε ἠρξάσθην ταύτης τῆς σοφίας ἧς ἔγωγε ἐπιθυμῶ, τῆς ἐριστικῆς· πέρυσι δὲ ἢ προπέρυσι οὐδέπω ἤστην σοφώ. ἀλλ᾽ ἐγὼ ἓν μόνον φοβοῦμαι, μὴ αὖτις ὄνειδος τοῖν ξένοιν περιάψω, ὥσπερ Κόννῳ τῷ Μητροβίου τῷ κιθαριστῇ, ὃς ἐμὲ διδάσκει ἔτι καὶ νῦν κιθαρίζειν. ὁρῶντες οὖν οἱ παῖδες οἱ συμφοιτηταί μου, ἐμοῦ τε καταγελῶσι, καὶ τὸν Κόννον καλοῦσι γεροντοδιδάσκαλον. μὴ οὖν καὶ τοῖν ξένοιν τις ταὐτὸ τοῦτο

experti ad pugnandum in ſermonibus facti ſunt, refellendumque ſemper, quod dicitur, pariter ſeu falſum ſit, ſeu verum. ego igitur, mi Crito, in animo habeo his viris meipſum tradere. etenim profitentur ſe poſſe etiam alium quemlibet in his rebus expertum brevi tempore efficere. CR. Quid vero, Socrates? non times ætatem tuam, ne natu grandior ſis? CR. Minime, Crito; cum idoneum argumentum atque ſolatium habeo, quo minus timeam. hi ipſi enim, ut ſummatim dicam, cum jam eſſent ſenes, ſapientiam, quam ego cupio, contentioſam auſpicati ſunt; ſuperiori autem anno, aut abhinc tertio, nondum ſapientes erant. verum ego unum hoc timeo, ne ipſe opprobrium hoſpitibus iſtis figam, quemadmodum Conno, Metrobii filio, cithariſtæ, qui etiam nunc me fidibus docet. quod quidem dum vident pueri condiſcipuli mei, et me derident, et Connum ſenis-doctorem appellant. *timeo* ergo, ne

ὀνειδίσῃ. οἱ δ' αὐτὸ τοῦτο ἴσως φοβούμενοι τάχα με οὐκ ἂν ἐθέλοιεν προσδέξασθαι. ἐγὼ δ', ὦ Κρίτων, ἐκεῖσε μὲν ἄλλους πέπεικα συμμαθητάς μοι φοιτᾶν πρεσβύτας, ἐνταῦθα δέ γε ἑτέρους πειράσομαι πείθειν· καὶ σύ τι που συμφοίτα. ἴσως γὰρ δέλεαρ ἄξομεν αὐτοῖς τοὺς σοὺς υἱεῖς· ἐφιέμενοι γὰρ ἐκείνων οἶδ' ὅτι καὶ ἡμᾶς παιδεύσουσιν. ΚΡ. Ἀλλ' οὐδὲν κωλύει, ὦ Σώκρατες, ἐάν γέ σοι δοκῇ. πρῶτον δέ μοι διήγησαι τὴν σοφίαν τοῖν ἀνδροῖν τίς ἐστιν, ἵνα εἰδῶ ὅ,τι καὶ μαθησόμεθα.

β'. ΣΩΚ. ΟΥΚ ἂν φθάνοις ἀκούων· ὡς οὐκ ἂν ἔχοιμί γε εἰπεῖν, ὅτι οὐ προσεῖχον τὸν νοῦν αὐτοῖν· ἀλλὰ πάνυ καὶ προσεῖχον καὶ μέμνημαι· καί σοι πειράσομαι ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα διηγήσασθαι. κατὰ θεὸν γάρ τινα ἔτυχον καθήμενος ἐνταῦθα οὗπερ σύ με εἶδες, ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ, μόνος· καὶ ἤδη ἐν νῷ εἶχον ἀναστῆναι· ἀνισταμένου δέ μου ἐγένετο τὸ εἰωθὸς

quis his etiam hoſpitibus idem exprobret. illi vero iſtud ipſum fortaſſe timentes noluerint forte me in diſciplinam ſuam recipere. ego vero, mi Crito, illuc quidem ut mecum condiſcipuli diſcendi gratiâ accederent, aliis ſenibus perſuaſi, huc autem *ut accederent*, aliis perſuadere conabor; quin et tu, ſi ita expedit, mecum adi. fortaſſis vero illecebram ipſis adducemus filios tuos; ſcio enim, dum eos affectant, quòd nos quoque erudient. CR. At nihil prohibet, Socrates, ſi modo tibi videtur. primum vero mihi expone, quæ ſit iſtorum virorum ſapientia, ut norim quid ſimus percepturi.

2. SOC. Statim audies; ſiquidem nequeo dicere, me animum ipſis non adhibuiſſe; imo vero prorſus adhibui, et memini; tibique conabor omnia ab initio exponere. Deo ſcilicet quodam ita volente, ſedebam forte eo in loco, quo me vidiſti, in apodyterio, ſolus; et jam de ſurgendo cogitabam; quum vero ſurgerem, extitit ſolenne ſignum dæmoni-

σημεῖον τὸ δαιμόνιον. πάλιν οὖν ἐκαθεζόμην, καὶ ὀλίγῳ ὕστερον εἰσέρχεσθον τούτω, ὅ, τ' Εὐθύδημος καὶ ὁ Διονυσόδωρος, καὶ ἄλλοι μαθηταὶ ἅμα πολλοὶ, ἐμοὶ δοκεῖ. εἰσελθόντε δὲ περιεπατείτην ἐν τῷ καταστέγῳ δρόμῳ· καὶ οὔπω τούτω δύ' ἢ τρεῖς δρόμους περιεληλυθότε ἤστην, καὶ εἰσέρχεται Κλεινίας, ὃν σὺ φῂς πολὺ ἐπιδεδωκέναι, ἀληθῆ λέγων. ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ ἐρασταὶ πάνυ πολλοί τε καὶ ἄλλοι, καὶ Κτήσιππος, νεανίσκος τις Παιανιεὺς, μάλα καλός τε κἀγαθὸς, τὴν φύσιν ὅσον μὴ, ὑβριστὴς δὲ, διὰ τὸ νέος εἶναι. ἰδὼν οὖν με ὁ Κλεινίας ἀπὸ τῆς εἰσόδου μόνον καθήμενον, ἄντικρυς ἰὼν, παρεκαθίζετο ἐκ δεξιᾶς, ὥσπερ καὶ σὺ φῄς. ἰδόντε δὲ αὐτὸν ὅ, τε Διονυσόδωρος καὶ ὁ Εὐθύδημος, πρῶτον μὲν ἐπιστάντε διελεγέσθην ἀλλήλοιν, ἄλλῃ καὶ ἄλλην ἀποβλέποντε εἰς ἡμᾶς· καὶ γὰρ πάνυ προσεῖχον αὐτοῖν τὸν νοῦν· ἔπειτα ἰόντε, ὁ μὲν παρὰ τὸ μειράκιον ἐκαθέζετο, ὁ Εὐθύδημος· ὁ δὲ, παρ' αὐτόν με, ἐξ

cum. rurſus igitur conſidebam, et paulo poſt ingrediuntur iſti, Euthydemus et Dionyſodorus, aliique multi ſimul diſcipuli, ut mihi videtur. ingreſſi vero inambulabant in hypodromo; nondum autem alterum tertiumve ſpatium exegerant, quum ingreditur Clinias, quem tu multum increviſſe dicis, idque vere. poſt eum vero amaſii plurimi, cum alii, tum vero Cteſippus, adoleſcens quidam Pæanienſis, honeſtâ admodum atque egregiâ indole, ſed, quum juvenis ſit, procacior. conſpicatus ergo me Clinias ab introitu ſolum ſedentem, rectà veniens ad dextram adſidebat, ſicut et tu ais. quum autem vidiſſent eum Dionyſodorus et Euthydemus, primum quidem gradum ſiſterunt, et inter ſe collocuti ſunt, hinc atque illinc in nos oculis converſis, (illis enim animum adverti prorſus) deinde accedentes, alter quidem juxta adoleſcentulum illum conſedit, nempe Euthydemus; alter vero juxta

ἀριστερᾶς· οἱ δ' ἄλλοι, ὡς ἕκαστος ἐτύγχανεν. ἠσπαζόμην οὖν αὐτώ, ἅτε διὰ χρόνου ἑωρακώς. μετὰ δὲ τοῦτο εἶπον πρὸς τὸν Κλεινίαν, Ὦ Κλεινία, τώδε μέντοι τὼ ἄνδρε σοφώ, Εὐθύδημός τε καὶ Διονυσόδωρος, οὐ τὰ σμικρά, ἀλλὰ τὰ μεγάλα. τὰ γὰρ περὶ τὸν πόλεμον πάντα ἐπίστασθον, ὅσα δεῖ τὸν μέλλοντα ἀγαθὸν στρατηγὸν ἔσεσθαι, τάς τε τάξεις καὶ τὰς ἡγεμονίας τῶν στρατοπέδων· καὶ ὅσα ἐν ὅπλοις μάχεσθαι διδακτέον. οἵωτε δὲ καὶ ποιῆσαι, δυνατὸν εἶναι αὐτὸν αὑτῷ βοηθεῖν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ἄν τις αὐτὸν ἀδικῇ. εἰπὼν οὖν ταῦτα κατεφρονήθην ὑπ' αὐτοῖν· ἐγελασάτην οὖν ἄμφω βλέψαντες εἰς ἀλλήλω.

γ'. Καὶ ὁ Εὐθύδημος εἶπεν, Οὔτοι ἔτι ταῦτα, ὦ Σώκρατες, σπουδάζομεν, ἀλλὰ παρέργοις αὐτοῖς χρώμεθα. καὶ ἐγὼ θαυμάσας εἶπον, Καλὸν ἄν τι οὖν τὸ ἔργον ὑμῶν εἴη, εἰ τηλικαῦτα πράγματα πάρεργα ὑμῖν τυγχάνει ὄντα. καί, πρὸς

me, ad ſiniſtram; cæteri, ut cuique contigit. eos autem ambo ſalutavi, utpote quos jamdiu non vidiſſem. poſt hæc vero Cliniæ dicebam, O Clinia, hi profecto viri, Euthydemus et Dionyſodorus, non exiguarum rerum, ſed magnarum, periti ſunt. nam omnia ad rem militarem pertinentia ſciunt, quæcunque oportet *ſcire* illum, qui dux peritus ſit futurus, tum exercituum inſtructiones ac imperia, tum quicquid de dimicando armis eſt docendum. poſſunt præterea efficere, ut quilibet ſibi opitulari queat in judiciis, ſi quis eum injuria afficiat. Hæc ergo locutus contemptus ſum ab illis; ita ambo ſe invicem contuentes riſerunt.

3. Tum dixit Euthydemus, Non amplius profecto, Socrates, hæc ſerio tractamus, ſed tantum acceſſionis loco iis utimur. Tum ego miratus, Pulchrum putaverim, inquam, opus veſtrum eſſe, ſi tantæ res ſint vobis ſolum acceſſionis loco. et

θεῶν εἴπετόν μοι, τί ἐστι τοῦτο τὸ καλόν. Ἀρετήν, (ἔφη) ὦ Σώκρατες, οἰόμεθα οἵω τ' εἶναι παραδοῦναι κάλλιστ' ἀνθρώπων καὶ τάχιστα. Ὦ Ζεῦ· οἷον (ἦν δ' ἐγώ) λέγετον πρᾶγμα. πόθεν τοῦτο τὸ ἕρμαιον εὑρέτην; ἐγὼ δὲ περὶ ὑμῶν διενοούμην ἔτι, ὥσπερ νῦν δὴ ἔλεγον, ὡς, τὸ πολύ, τοῦτο δεινοῖν ὄντοιν, ἐν ὅπλοις μάχεσθαι. καὶ ταῦτα ἔλεγον περὶ σφῶν. ὅτε γὰρ τοπρότερον ἐπεδημείτην, τοῦτο μέμνημαι σφὼ ἐπαγγελλομένω· εἰ δὲ νῦν ἀληθῶς ταύτην τὴν ἐπιστήμην ἔχετον, ἵλεω εἴητον. ἀτεχνῶς γὰρ ἔγωγε σφὼ ὥσπερ θεὼ προσαγορεύω, συγγνώμην δεόμενος ἔχειν μοι τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων. ἀλλ' ὁρᾶτον, ὦ Εὐθύδημέ τε καὶ Διονυσόδωρε, εἰ ἀληθῆ λέγετον· ὑπὸ γὰρ τοῦ μεγέθους τοῦ ἐπαγγέλματος οὐδὲν θαυμαστὸν ἀπιστεῖν. Ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὦ Σώκρατες, (ἔφατον) τοῦτο οὕτως ἔχον. Μακαρίζω ἄρ' ὑμᾶς ἔγωγε τοῦ κτήματος, πολὺ μᾶλλον ἢ μέγαν βασιλέα τῆς ἀρχῆς. [1] τοσόνδέ μοι

per Deos vos obteſtor, dicite mihi, quid ſit hoc pulchrum. Virtutem, inquit, opinamur, Socrates, nos optime ac celerrime omnium docere poſſe. Proh Jupiter! inquam, qualem rem commemoratis! unde hoc bonum inſperatum conſecuti eſtis? ego autem de vobis hactenus ita ſenſi, (quod modo dixi) quaſi præcipue hac in re experti eſſetis, nempe armis dimicando. hæcque de vobis narrabam. quando enim ante in hac urbe commorati eſtis, memini vos ipſum illud profeſſos; quòd ſi nunc revera hanc ſcientiam teneatis, eſtote propitii. prorſus enim vos ego tanquam Deos ſaluto, veniamque mihi ob dicta prius a vobis efflagito. verum videte, Euthydeme et Dionyſodore, an vera dixeritis; præ magnitudine enim iſtius profeſſionis nil mirum eſt, ſi derogetur fides. At probe ſcias, Socrates, inquiunt, rem ita ſe habere. Beatos ergo vos equidem prædico propter hanc poſſeſſionem, multo magis quam Perſarum regem magnum propter imperium.

1 Fortaſſe *τόσονδε δέ μοι H. Stephanus.*

εἴπετον, εἰ ἐν νῷ ἔχετον ἐπιδεικνύναι ταύτην τὴν σοφίαν· ἢ, πῶς σφῷν βεβούλευται; Ἐπ᾽ αὐτό γε τοῦτο πάρεσμεν, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐπιδείξοντε καὶ διδάξοντε, ἐάν τις ἐθέλῃ μανθάνειν. Ἀλλ᾽ ὅτι μὲν ἐθελήσουσιν ἅπαντες οἱ μὴ ἔχοντες, ἐγὼ ὑμῖν ἐγγυῶμαι· πρῶτος μὲν ἐγὼ, ἔπειτα δὲ Κλεινίας οὑτοσί. πρὸς δ᾽ ἡμῖν Κτήσιππός τε ὅδε, καὶ οἱ ἄλλοι οὗτοι, ἦν δ᾽ ἐγὼ, δεικνὺς αὐτῷ τοὺς ἐραστὰς τοῦ Κλεινίου· οἳ δὴ ἐτύγχανον ἡμᾶς ἤδη περιϊστάμενοι. ὁ γὰρ Κτήσιππος ἔτυχε πόῤῥω καθεζόμενος τοῦ Κλεινίου· ἐμοὶ δοκεῖν, ὡς ἐτύγχανεν ὁ Εὐθύδημος ἐμοὶ διαλεγόμενος, προνενευκὼς εἰς τὸ πρόσθεν, ἐν μέσῳ ὄντος ἡμῶν τοῦ Κλεινίου, ἐπεσκότει τῷ Κτησίππῳ τῆς θέας. βουλόμενός τε οὖν θεάσασθαι ὁ Κτήσιππος τὰ παιδικὰ, καὶ ἅμα φιλήκοος ὢν, ἀναπηδήσας πρῶτος προσέστη ἡμῖν ἐν τῷ καταντικρύ. οὕτως οὖν καὶ οἱ ἄλλοι ἐκεῖνοι ἰδόντες περιέστησαν ἡμᾶς, οἵ τε τοῦ Κλεινίου ἐρασταὶ,

hoc tantum mihi dicite, utrum in animo habetis hanc ſapientiam exhibere; aut, quid vobis conſilii eſt? Propter hoc ſane ipſum adſumus, Socrates, quippe qui eam exhibituri ac præcepturi ſumus, ſiquis diſcere velit. Verum quod voluerint omnes, quicunque *ea* carent, ego vobis ſpondeo; primus quidem ego, deinde vero iſte Clinias. et præter nos hic item Cteſippus, atque alii iſti, inquam ego, ei commonſtrans Cliniæ amatores; hi autem jam nos circumſtabant. nam *antehac* Cteſippus procul a Clinia ſedebat; *et*, ut mihi videtur, Euthydemus, dum mecum colloquebatur, proclinando ſe, cum in medio noſtrûm erat Clinias, Cteſippum grato ſpectaculo prohibebat. cupiens igitur puerum adamatum videre Cteſippus, cumque ſimul audiendi ſtudioſus erat, exiliit, primuſque nobis e regione aſtitit. quo quidem conſpecto, cæteri quoque, tum Cliniæ amatores,

καὶ οἱ τοῦ Εὐθυδήμου τε καὶ Διονυσοδώρου ἑταῖροι. τούτους δὴ ἐγὼ δεικνὺς ἔλεγον τῷ Εὐθυδήμῳ, ὅτι πάντες ἕτοιμοι εἶεν μανθάνειν. ὅ, τε οὖν Κτήσιππος συνέφη μάλα προθύμως, καὶ οἱ ἄλλοι· καὶ ἐκέλευον αὐτῷ κοινῇ πάντες ἐπιδείξασθαι τὴν δύναμιν τῆς σοφίας.

δ΄. Εἶπον οὖν ἐγὼ, ὦ Εὐθύδημε καὶ Διονυσόδωρε, πάνυ μὲν οὖν παντὶ τρόπῳ καὶ τούτοις χαρίσασθον, καὶ ἐμοῦ ἕνεκα ἐπιδείξασθον. τὰ μὲν οὖν πλεῖστα δῆλον ὅτι οὐκ ὀλίγον ἔργον ἐπιδεῖξαι εἴη ἄν· τόδε δέ μοι εἴπετον, πότερον πεπεισμένον ἤδη ὡς χρὴ παρ' ὑμῶν μανθάνειν, δύναισθ' ἂν ἀγαθὸν ποιῆσαι ἄνδρα μόνον, ἢ καὶ ἐκεῖνον τὸν μήπω πεπεισμένον· διὰ τὸ μὴ οἴεσθαι ὅλως τὸ πρᾶγμα τὴν ἀρετὴν μαθητὸν εἶναι, ἢ μὴ σφὼ εἶναι αὐτῆς διδασκάλω. φέρε, καὶ τὸν οὕτως ἔχοντα τῆς αὐτῆς τέχνης ἔργον πεῖσαι ὡς καὶ διδακτὸν ἡ ἀρετή, καὶ οὗτοι ὑμεῖς ἐστὲ παρ' ὧν ἂν κάλλιστά τις

tum Euthydemi et Dionyſodori diſcipuli, nos ſimiliter circumſteterunt. hos ſcilicet ego commonſtrans dixi Euthydemo, omnes ad diſcendum paratos eſſe. tum vero Cteſippus promptiſſime aſſenſus eſt, itemque cæteri; juſſeruntque eum communiter omnes, ut vim ſapientiæ ſuæ exhiberet.

4. Tum ego, Euthydeme et Dionyſodore, inquam, omni igitur prorſus modo et his gratificamini, meique gratiâ exhibete. pleraque quidem exhibere, manifeſtum eſt non exigui operis foie; hoc vero mihi dicite, utrum illum ſolummodo, qui jam perſuaſus ſit, quod a vobis diſcere oporteat, bonum virum efficere poſſitis, an etiam illum, qui nondum perſuaſus ſit; eo quod nullo modo rem ipſam, virtutem diſci poſſe, aut vos ipſius doctores eſſe, credat. age vero, ejuſdemne artis opus eſt, illi quoque, qui ita ſit affectus, perſuadere, et virtutem doceri poſſe, et vos illos eſſe, a quibus optime quis ipſam diſ-

αὐτὸ μάθοι; ἢ ἄλλως; Ταύτης μὲν οὖν, ἔφη, τῆς αἰτίας, ὦ Σώκρατες, ὁ Διονυσόδωρος. Ὑμεῖς ἄρα (ἦν δ' ἐγὼ) ὦ Διονυσόδωρε, τῶν νῦν ἀνθρώπων κάλλιστ' ἂν προτρέψαιτε εἰς φιλοσοφίαν καὶ ἀρετῆς ἐπιμέλειαν; Οἰόμεθά γε δή, ὦ Σώκρατες. Τῶν μὲν τοίνυν ἄλλων τὴν ἐπίδειξιν ἡμῖν, ἔφην, εἰσαῦθις ἀπόθεσθον, τοῦτο δ' αὐτὸ ἐπιδείξασθον· τουτονὶ τὸν νεανίσκον πείσατον ὡς χρὴ φιλοσοφεῖν, καὶ ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ χαριεῖσθον ἐμοί τε καὶ τουτοισὶ πᾶσι. συμβέβηκε γάρ τι τοιοῦτον τῷ μειρακίῳ τούτῳ· ἐγώ τε καὶ οἵδε πάντες τυγχάνομεν ἐπιθυμοῦντες ὡς βέλτιστον αὐτὸν γενέσθαι. ἔστι δὲ οὗτος, Ἀξιόχου μὲν υἱός, τοῦ Ἀλκιβιάδου τοῦ παλαιοῦ, αὐτανεψιὸς δὲ τοῦ νῦν ὄντος Ἀλκιβιάδου· ὄνομα δ' αὐτῷ Κλεινίας. ἔστι δὲ νέος· φοβούμεθα δὴ περὶ αὐτοῦ, οἷον εἰκὸς περὶ νέου, μή τις φθῇ ἡμᾶς ἐπ' ἄλλο τι ἐπιτήδευμα τρέψας αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ διαφθαρῇ.

cat? an aliter? Hujus quidem ipſius, Socrates, inquit Dionyſodorus. Voſne igitur, inquam, Dionyſodore, omnium hujus ævi hominum optime ad philoſophiam et virtutis ſtudium adhortaremini? Certe arbitramur, Socrates. Cæterarum itaque rerum exhibitionem nobis, inquam, in aliud tempus reſervate, hoc ipſum vero exhibete; huic adoleſcenti perſuadete, quod oporteat philoſophari, et virtutis curam habere, mihique, et his omnibus rem gratam feceritis. quidpiam enim hujuſmodi huic adoleſcenti contigit; et ego, et hi omnes, quam optimum ipſum evadere exoptamus. eſt autem ille Axiochi quidem, Alcibiade majore prognati, filius, Alcibiadis vero noſtri, patruelis; nomen autem ipſi eſt Clinias. eſt quidem juvenis; de eo igitur, ut par eſt de juvene, timemus, ne quis nos prævertat, ad aliud quoddam ſtudium animum ejus convertens, et corrumpatur.

σφὼ οὖν ἥκετον εἰς κάλλιστον. ἀλλ' εἰ μή τι διαφέρει ὑμῖν, λάβετον πεῖραν τοῦ μειρακίου, καὶ διαλέχθητον ἐναντίον ἡμῶν. Εἰπόντος οὖν ἐμοῦ σχεδόν τι αὐτὰ ταῦτα, ὁ Εὐθύδημος ἅμα ἀνδρείως τε καὶ θαῤῥαλέως, Ἀλλ' οὐδὲν διαφέρει, ὦ Σώκρατες, ἔφη, ἐὰν μόνον ἐθέλῃ ἀποκρίνασθαι ὁ νεανίσκος. Ἀλλὰ μὲν δὴ, ἔφην ἐγὼ, τοῦτό γε καὶ εἴθισται· θαμὰ γὰρ αὐτῷ οἵδε προσιόντες πολλὰ ἐρωτῶσί γε καὶ διαλέγονται· ὥστε ἐπιεικῶς θαῤῥεῖ τὸ ἀποκρίνεσθαι.

ε'. Τὰ δὴ μετὰ ταῦτα, ὦ Κρίτων, πῶς ἂν καλῶς σοὶ διηγησαίμην; οὐ γὰρ σμικρὸν τὸ ἔργον, δύνασθαι ἀναλαβεῖν διεξιόντα σοφίαν ἀμήχανον ὅσην. ὥστ' ἔγωγε, καθάπερ οἱ ποιηταὶ, δέομαι, ἀρχόμενος τῆς διηγήσεως, Μούσας τε καὶ Μνημοσύνην ἐπικαλεῖσθαι. ἤρξατο δ' οὖν ἐνθένδε ποθὲν ὁ Εὐθύδημος, ὡς ἐγῷμαι. Ὦ Κλεινία, πότεροί εἰσι τῶν ἀνθρώπων οἱ μανθάνοντες; οἱ σοφοὶ, ἢ οἱ ἀμαθεῖς; Καὶ τὸ μειρά-

vos igitur peropportune venitis. verum, niſi quid veſtrûm intereſt, de adoleſcente periculum facite, et coram nobis diſſerite. Cum hunc fere in modum dixiſſem, Euthydemus ſimul et viriliter, et confidenter, At nihil, inquit, intereſt, Socrates, ſi modo reſpondere velit adoleſcentulus. Atqui, inquam ego, huic quidem rei etiam aſſuetus eſt; frequenter enim iſti ad eum accedentes multa quidem interrogant, et diſſerunt; quare de reſponſione ſatis confide.

5. Quæ vero deinceps ſecuta ſunt, Crito, quomodo tibi recte commemorem? non enim exiguum opus eſt, poſſe repetere, atque ediſſerere ſapientiam omnino immenſam. quapropter ego, quemadmodum poetæ, opus habeo, ut narrationem auſpicans, Muſaſque et Mnemoſynem invocem. Incepit igitur hinc alicunde Euthydemus, prout arbitror. O Clinia, utri hominum ſunt, qui diſcunt? ſapientes, an indocti? Adole-

κιον, ἅτε μεγάλου ὄντος τοῦ ἐρωτήματος, ἠρυθρίασέ τε, καὶ ἀπορήσας ἀνέβλεψεν εἰς ἐμέ. καὶ ἐγὼ γνοὺς αὐτὸν τεθορυβημένον, Θάῤῥει, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ Κλεινία, καὶ ἀπόκριναι ἀνδρείως ὅπερ σοι φαίνεται· ἴσως γάρ τοι ὠφελῇ τὴν μεγίστην ὠφέλειαν. καὶ ἐν τούτῳ ὁ Διονυσόδωρος προσκύψας μοι σμικρὸν πρὸς τὸ οὖς, πάνυ μειδιάσας τῷ προσώπῳ, Καὶ μὴν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, προλέγω ὅτι ὁπότερ' ἂν ἀποκρίνηται τὸ μειράκιον, ἐξελεγχθήσεται. καὶ αὐτοῦ μεταξὺ ταῦτα λέγοντος, ὁ Κλεινίας ἔτυχεν ἀποκρινάμενος· ὥστε οὐδὲ παρακελεύσασθαί μοι ἐξεγένετο εὐλαβηθῆναι τῷ μειρακίῳ. ἀλλ' ἀπεκρίνατο ὅτι οἱ σοφοὶ εἶεν οἱ μανθάνοντες. Καὶ ὁ Εὐθύδημος, Καλεῖς δέ τινας, ἔφη, διδασκάλους, ἢ οὔ; Ὡμολόγει. Οὐκοῦν τῶν μανθανόντων οἱ διδάσκαλοι, διδάσκαλοί εἰσιν; ὥσπερ ὁ κιθαριστὴς καὶ ὁ γραμματιστὴς, διδάσκαλοι δή που ἦσαν σοῦ καὶ τῶν ἄλλων παίδων· ὑμεῖς δὲ, μαθηταί.

ſcens autem, quippe magna erat quæſtio, erubuit, hæſitanſque in me oculos convertit. tum ego, quum ipſum turbatum animadverterem, Bono, inquam, eſto animo, Clinia, et quod tibi videtur, ut virum decet, reſponde; fortaſſis enim profecto maximum in te collatum fuerit beneficium. Inter hæc autem Dionyſodorus ad aurem meam paululum ſe inclinans, vultu ſuo plane ridens, Atqui tibi, Socrates, inquit, prædico, utrumlibet horum reſponderit adoleſcens, eum redargutum iri. dumque hæc interim ille dicebat, Clinias reſpondit; quapropter non mihi licuit hortari adoleſcentem, ut ſibi caveret. ita reſpondit, ſapientes eſſe, qui diſcunt. Tum Euthydemus, Aliquoſne, inquit, doctores appellas, necne? Confitebatur. Nonne diſcentium doctores ſunt doctores? quemadmodum cithariſta, et grammaticus doctores utique erant, et tui, et cæterorum puerorum; vos autem, diſcipuli.

Συνέφη. Ἄλλοτι οὖν, ἡνίκα ἐμανθάνετε, οὔπω ἠπίστασθε ταῦτα ἃ ἐμανθάνετε; Οὐκ, ἔφη. Ἆρ' οὖν σοφοὶ ἦτε, ὅτε ταῦτα οὐκ ἠπίστασθε; Οὐ δῆτα, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν, εἰ μὴ σοφοὶ, ἀμαθεῖς; Πάνυ γε. Ὑμεῖς ἄρα μανθάνοντες ἃ οὐκ ἠπίστασθε, ἀμαθεῖς ὄντες ἐμανθάνετε. Ἐπένευσε τὸ μειράκιον. Οἱ ἀμαθεῖς ἄρα μανθάνουσιν, ὦ Κλεινία, ἀλλ' οὐχ οἱ σοφοὶ, ὡς σὺ οἴει. Ταῦτ' οὖν εἰπόντος αὐτοῦ, ὥσπερ ὑπὸ διδασκάλου χορὸς ἀποσημήναντος, ἅμα ἀνεθορύβησάν τε καὶ ἐγέλασαν οἱ ἑπόμενοι ἐκεῖνοι μετὰ τοῦ Διονυσοδώρου τε καὶ Εὐθυδήμου. καὶ πρὶν ἀναπνεῦσαι καλῶς τε καὶ εὖ τὸ μειράκιον, ἐκδεξάμενος ὁ Διονυσόδωρος, Τί δὲ, ὦ Κλεινία, ἔφη, ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστὴς, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα; οἱ σοφοὶ, ἢ οἱ ἀμαθεῖς; Οἱ σοφοὶ, ἔφη ὁ Κλεινίας. Οἱ σοφοὶ ἄρα μανθάνουσιν, ἀλλ' οὐχ οἱ ἀμαθεῖς· καὶ οὐκ ὀρθῶς ἄρτι Εὐθυδήμῳ ἀπεκρίνω.

Conſenſit. Nunquid igitur, quando diſcebatis, nondum ea ſciebatis, quæ diſcebatis? Non, inquit. Utrum igitur ſapientes eratis, quando hæc neſciebatis? Non certe, inquit ille. Nonne, ſi non ſapientes, indocti? Omnino. Vos igitur diſcentes quæ neſciebatis, indocti eratis, quando diſcebatis. Annuit adoleſcens. Indocti ergo diſcunt, Clinia, non vero ſapientes, quemadmodum tu opinaris. Hæc cum ille dixiſſet, velut chorus ſignum dante magiſtro, illico aſtrepuerunt riſeruntque comites illi Dionyſodori et Euthydemi. et priuſquam commode ac ſatis reſpiraverat adoleſcens, ſermonem excipiens Dionyſodorus, Quid vero, Clinia, inquit, quando memoriter recitabat vobis grammaticus, utri puerorum ea, quæ memoriter recitabantur, diſcebant? ſapienteſne, an indocti? Sapientes, inquit Clinias. Sapientes ergo diſcunt, non vero indocti; nec recte jam Euthydemo reſpondiſti.

ϛ'. Ἐνταῦθα δὴ καὶ πάνυ γε μέγα ἐγέλασάν τε καὶ ἐθορύβησαν οἱ ἐρασταὶ τοῖν ἀνδροῖν, ἀγασθέντες τῆς σοφίας αὐτοῖν· οἱ δ' ἄλλοι ἡμεῖς ἐκπεπληγμένοι ἐσιωπῶμεν. γνοὺς δὲ ἡμᾶς ὁ Εὐθύδημος ἐκπεπληγμένους, ἵν' ἔτι μᾶλλον θαυμάζοιμεν αὐτὸν, οὐκ ἀνίει τὸ μειράκιον, ἀλλ' ἠρώτα· καὶ ὥσπερ οἱ ἀγαθοὶ ὀρχησταὶ, διπλᾶ ἔστρεφε τὰ ἐρωτήματα περὶ τοῦ αὐτοῦ· καὶ ἔφη, Πότερα γὰρ οἱ μανθάνοντες, μανθάνουσιν ἃ ἐπίστανται, ἢ ἃ μὴ ἐπίστανται; Καὶ ὁ Διονυσόδωρος πάλιν μικρὸν πρός με ψιθυρίσας, Καὶ τοῦτ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἕτερον τοιοῦτον οἷον τὸ πρότερον. Ὦ Ζεῦ· (ἔφην ἐγὼ) ἦ μὴν καὶ τὸ πρότερόν γε καλὸν ἡμῖν ἐφάνη τὸ ἐρώτημα. Πάντ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, τοιαῦτα ἡμεῖς ἐρωτῶμεν ἄφυκτα. Τοιγάρτοι, ἦν δ' ἐγὼ, δοκεῖτέ μοι εὐδοκιμεῖν παρὰ τοῖς μαθηταῖς. Ἐν δὲ τούτῳ ὁ μὲν Κλεινίας τῷ Εὐθυδήμῳ ἀπεκρίνατο ὅτι μανθάνοιεν οἱ μανθάνοντες ἃ οὐκ ἐπίσταιντο. ὁ δὲ ἤρετο αὐτὸν διὰ τῶν αὐτῶν ὧνπερ τὸ πρότερον. Τί δέ;

6. Hic igitur vel magnopere riſerunt aſtrepueruntque virorum amatores, ſapientiam eorum admirati; nos vero reliqui conſternati ſilebamus. cum autem nos conſternatos animadverteret Euthydemus, ut adhuc amplius illum admiraremur, non dimittebat adoleſcentem, ſed interrogabat; et velut periti ſaltatores, eadem de re duplices torſit quæſtiones; dixitque, Utrum enim ii, qui diſcunt, quæ ſciunt, diſcunt, an quæ neſciunt? Tum Dionyſodorus mihi rurſus paululum ſuſurrans, Et hoc, inquit, tale quiddam aliud eſt, quale illud prius. Proh Jupiter! inquam ego, certe quidem et prior illa interrogatio nobis egregia viſa eſt. Omnia nos, inquit, hujuſmodi interrogamus, Socrates, quæ inevitabilia ſunt. Proinde, inquam, videmini mihi in pretio eſſe apud *veſtros* diſcipulos. Interim autem Clinias Euthydemo reſpondit, eos, qui diſcerent, ea diſcere, quæ neſcirent. Ille vero eadem ratione, qua ante, ipſum interrogabat. Quid vero?

(ἦ δ' ὅς) οὐκ ἐπίστασαι σὺ γράμματα; Ναὶ, ἔφη. Οὐκοῦν ἅπαντα; Ὡμολόγει. Ὅταν οὖν τις ἀποστοματίζῃ ὁτιοῦν, οὐ γράμματα ἀποστοματίζει; Ὡμολόγει. Οὐκοῦν ὧν τι σὺ ἐπίστασαι (ἔφη) ἀποστοματίζει, εἴπερ πάντα ἐπίστασαι. Καὶ τοῦτο ὡμολόγει. Τί οὖν; (ἦ δ' ὅς) [1] ἄρα σὺ μανθάνεις ἅττ' ἂν ἀποστοματίζῃ τὶς, ὁ δὲ μὴ ἐπιστάμενος γράμματα, μανθάνει; Οὔκ· ἀλλ', ἦ δ' ὅς, μανθάνω. Οὐκοῦν ἃ ἐπίστασαι εἰδὼς μανθάνεις, εἴπερ γε ἅπαντα τὰ γράμματά γ' ἐπίστασαι. Ὡμολόγησεν. Οὐκ ἄρα ὀρθῶς ἀπεκρίνω, ἔφη. Καὶ οὔπω σφόδρα τοι εἴρητο ταῦτα τῷ Εὐθυδήμῳ, καὶ ὁ Διονυσόδωρος ὥσπερ σφαῖραν ἐκδεξάμενος τὸν λόγον, πάλιν ἐστοχάζετο τοῦ μειρακίου· καὶ εἶπεν, Ἐξαπατᾷ σε Εὐθύδημος, ὦ Κλεινία. εἰπὲ γάρ μοι, τὸ μανθάνειν, οὐκ ἐπιστήμην ἐστὶ λαμβάνειν τούτου οὗ ἄν τις μανθάνῃ; Ὡμολόγει ὁ Κλεινίας. Τὸ δ' ἐπίστασθαι (ἦ δ' ὅς) ἄλλό τι ἢ ἔχειν ἐπιστήμην ἤδη ἐστί;

inquit ille, nonne noſti tu literas? Etiam, inquit. Nonne omnes? Confitebatur. Quum igitur aliquis aliquid memoriter recitat, nonne literas memoriter recitat? Confitebatur. Nonne aliquid eorum, quæ tu noſti, inquit, memoriter recitat, ſiquidem omnes *literas* noſti? Et hoc confitebatur. Quid ergo? inquit, ſequitur, ut non diſcas, quæcunque aliquis memoriter recitet, ille vero, qui literas ignoret, diſcat. Minime; ſed, inquit, diſco. Nonne ergo quæ ſcis, ſciens diſcis, ſiquidem omnes literas noſti? Confeſſus eſt. Non igitur recte reſpondiſti, inquit. Hæc vero vixdum ab Euthydemo dicta erant, quum Dionyſodorus ſermonem, velut pilam, excipiens, adoleſcentem rurſus petiit; dixitque, Decipit te Euthydemus, Clinia. dic enim mihi, Diſcere, nonne eſt illius rei ſcientiam accipere, quam aliquis diſcat? Confitebatur Clinias. At Scire, inquit, aliudne eſt quidpiam, quam ſcientiam jam habere?

1 Forſan ἄρα οὐ, ſine interrog.

Συνέφη. Τὸ ἄρα μὴ ἐπίστασθαι, μήπω ἔχειν ἐπιστήμην ἐστίν. Ὡμολόγει αὐτῷ. Πότεροι οὖν εἰσὶν οἱ λαμβάνοντες ὁτιοῦν; οἱ ἔχοντες ἤδη, ἢ οἳ ἂν μή; Οἳ ἂν μὴ ἔχωσιν. Οὐκοῦν ὡμολόγηκας εἶναι τούτων καὶ τοὺς μὴ ἐπισταμένους, τῶν μὴ ἐχόντων; Κατένευσε. Τῶν λαμβανόντων ἄρ' εἰσὶν οἱ μανθάνοντες, ἀλλ' οὐ τῶν ἐχόντων. Συνέφη. Οἱ μὴ ἐπιστάμενοι ἄρα (ἔφη) μανθάνουσιν, ὦ Κλεινία, ἀλλ' οὐχ οἱ ἐπιστάμενοι.

ζ'. Ἔτι δὴ ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλῶν ὥσπερ [1] πάλαισμα ὥρμα ὁ Εὐθύδημος τὸν νεανίσκον. καὶ ἐγὼ γνοὺς βαπτιζόμενον τὸ μειράκιον, βουλόμενος ἀναπαῦσαι αὐτὸ, μὴ ἡμῖν ἀποδειλιάσειε, παραμυθούμενος εἶπον, Ὦ Κλεινία, μὴ θαύμαζε εἴ σοι φαίνονται ἀήθεις οἱ λόγοι. ἴσως γὰρ οὐκ αἰσθάνῃ οἷον ποιεῖτον τὼ ξένω περὶ σέ· ποιεῖτον δὲ ταὐτὸν ὅπερ οἱ ἐν τῇ τελετῇ τῶν Κορυβάντων, ὅταν τὴν θρόνωσιν ποιῶνται περὶ τοῦτον ὃν ἂν μέλλωσι τελεῖν. καὶ γὰρ

Conſenſit. Neſcire igitur, eſt nondum ſcientiam habere. *Hoc* ei confitebatur. Utri igitur quidlibet accipiunt? illine, qui jam habeant, an qui non *habeant.* Qui non habent. Nonne confeſſus es, illos etiam, qui neſciunt, ex horum numero eſſe, *ſcilicet eorum*, qui non habent? Annuit. Ex eorum igitur numero, qui accipiunt, ſunt illi, qui diſcunt, non vero ex eorum, qui habent. Conſenſit. Illi ergo, qui neſciunt, inquit, Clinia, diſcunt, non vero qui ſciunt.

7. Tum autem jam tertio deturbans, velut in luctatione, adoriebatur Euthydemus adoleſcentulum. Ego vero, quum animadverterem oppreſſum juvenem, vellemque eum recreare, ne nobis reformidaret, conſolans dicebam, Ne admireris, Clinia, ſi inſolentes tibi videantur ſermones. fortaſſis enim haud ſentis, quale tecum agant hoſpites; idem vero agunt, quod ſacrificuli in initiatione Corybantum, quum eum in ſolio collocant, quem initiaturi ſunt.

1 εἰς πάλαισμα. *Steph.* MSS.

ἐκεῖ χορεία τίς ἐστι καὶ παιδιά, εἰ ἄρα καὶ τετέλεσαι· καὶ νῦν τούτω οὐδὲν ἄλλο ἢ χορεύετον περί σε, καὶ οἷον ὀρχεῖσθον παίζοντε, ὡς μετὰ τοῦτο τελοῦντε. νῦν οὖν νόμισον τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν ἀκούειν τῶν σοφιστικῶν· πρῶτον γὰρ (ὥς φησι Πρόδικος) περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος μαθεῖν δεῖ. ὃ δὴ καὶ ἐνδείκνυσθόν σοι τὼ ξένω, ὅτι οὐκ ᾔδεισθα τὸ μανθάνειν ὅτι οἱ ἄνθρωποι καλοῦσι μὲν ἐπὶ τῷ τοιῷδε, ὅταν τὶς ἐξ ἀρχῆς μηδεμίαν ἔχων ἐπιστήμην περὶ πράγματός τινος, ἔπειτα ὕστερον αὐτοῦ λαμβάνῃ τὴν ἐπιστήμην· καλοῦσι δὲ ταὐτὸ τοῦτο, καὶ ἐπειδὰν ἔχων ἤδη τὴν ἐπιστήμην, ταύτῃ τῇ ἐπιστήμῃ ταὐτὸν τοῦτο πρᾶγμα ἐπισκοπῇ ἢ πραττόμενον ἢ λεγόμενον. μᾶλλον μὲν αὐτὸ ξυνιέναι καλοῦσιν ἢ μανθάνειν, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ μανθάνειν. σὲ δὲ τοῦτο (ὡς οὗτοι ἐνδείκνυσθον) διαλέληθε ταὐτὸ ὄνομα ἐπ᾽ ἀνθρώποις ἐναντίως ἔχουσι κείμενον, ἐπί τε τῷ εἰδότι καὶ ἐπὶ τῷ μή.

nam ibi quoque chorea quædam eſt luſuſque, ſi forte fueris initiatus; nunc etiam iſti viri nonniſi choream circa te ducunt, et quaſi ſaltant ludentes, ut ſi poſthac *te* initiaturi. hoc igitur tempore primordia ſacrorum ſophiſticorum te audire puta; primum enim, ut ait Prodicus, propriam vocabulorum ſignificationem didiciſſe oportet. quod utique tibi indicant et hoſpites, quòd minime intellexiſti, homines τὸ μανθάνειν in re quidem iſtiuſmodi uſurpare, quum *videlicet* aliquis initio nullam habens de re aliqua ſcientiam, tum poſtea ipſius ſcientiam accipiat; hoc ipſum verò nomen uſurpare, etiam quum ſcientiam jam habens eâdem illâ ſcientiâ hanc ipſam rem, ſive dum fit, ſive dum dicitur, conſideret. potius quidem id nominant, ξυνιέναι, quam μανθάνειν, interdum vero etiam μανθάνειν. hoc vero te latuit, ut hi indicant, *ſcilicet* idem nomen ad homines contrario modo ſe habentes pertinere, tam ad ſcientem, quam

παραπλήσιον δὲ τούτῳ καὶ τὸ ἐν τῷ δευτέρῳ ἐρωτήματι, ἐν ᾧ ἠρώτων σε, πότερα μανθάνουσιν οἱ ἄνθρωποι ἃ ἐπίστανται, ἢ ἃ μή. ταῦτα δὴ τῶν μαθημάτων παιδιά ἐστι· διὸ καί φημι ἐγώ σοι τούτους προσπαίζειν. παιδιὰν δὲ λέγω διὰ ταῦτα, ὅτι εἰ καὶ πολλά τις ἢ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα μάθοι, τὰ μὲν πράγματα οὐδὲν ἂν μᾶλλον εἰδείη πῇ ἔχει, προσπαίζειν δὲ οἷός τ' ἂν εἴη τοῖς ἀνθρώποις, διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων διαφορὰν ὑποσκελίζων καὶ ἀνατρέπων· ὥσπερ οἱ τὰ σκολύθρια τῶν μελλόντων καθιζήσεσθαι ὑποσπῶντες χαίρουσι καὶ γελῶσιν ἐπειδὰν ἴδωσιν ὕπτιον ἀνατετραμμένον. ταῦτα μὲν οὖν σοι παρὰ τούτων νόμιζε παιδιὰν γεγονέναι· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα δῆλον ὅτι τούτω γέ σοι αὐτὼ τὰ σπουδαῖα ἐνδείξεσθον· καὶ ἐγὼ ὑφηγήσομαι αὐτοῖν ἵνα μοι ὃ ὑπέσχοντο [1] ἀποδώσειν. ἐφάτην γὰρ ἐπιδείξεσθαι τὴν

ad neſcientem. ſimile autem huic etiam illud eſt, quod eſt in ſecunda interrogatione, in qua a te quærebant, utrum diſcant homines ea, quæ ſciunt, an quæ neſciunt. hæc quidem ſunt luſus diſciplinarum; quamobrem hos aio tecum ludere. luſum vero propterea dico, quod etiamſi quis vel multa, aut etiam omnia iſtiuſmodi didicerit, nihilo tamen magis noverit, quomodo res conſtituantur, ludere vero cum hominibus potuerit, ex nominum differentia ſupplantans atque evertens; quemadmodum illi, qui conſeſſuris ſedes ſubtrahunt, delectantur et riſum edunt, poſtquam illum, qui everſus ſit, viderint reſupinum. hæc itaque tibi *tanquam* luſum ab his facta eſſe exiſtimato; quoad illa vero, quæ deinceps ſequuntur, hi quidem ipſi profecto tibi ſeria declarabunt; et ego illis viam præmonſtrabo, ut mihi, quod ſunt polliciti, reddant. promittebant enim ſe ſapientiam hortativam exhibi-

1. For. ἀποδῶσιν. vide notam,

προτρεπτικὴν σοφίαν· νῦν δὲ, μοὶ δοκεῖ, δεῖν ᾠηθήτην πρότερον παῖσαι πρός σε.

η΄. Ταῦτα μὲν οὖν, ὦ Εὐθύδημέ τε καὶ Διονυσόδωρε, πεπαίσθω τε ὑμῖν, καὶ ἴσως ἱκανῶς ἔχει· τὸ δὲ δὴ μετὰ ταῦτα ἐπιδείξατον, προτρέποντε τὸ μειράκιον, ὅπως χρὴ σοφίας τε καὶ ἀρετῆς ἐπιμεληθῆναι. πρότερον δ' ἐγὼ σφῷν ἐνδείξομαι οἷον αὐτὸ ὑπολαμβάνω, καὶ οἵου αὐτοῦ ἐπιθυμῶ ἀκοῦσαι. ἐὰν οὖν δόξω ὑμῖν ἰδιωτικῶς τε καὶ γελοίως αὐτὸ ποιεῖν, μή μου καταγελᾶτε· ὑπὸ προθυμίας γὰρ τοῦ ἀκοῦσαι τῆς ὑμετέρας σοφίας, τολμήσω αὐτοσχεδιάσαι ἐναντίον ὑμῶν. ἀνάσχεσθον οὖν ἀγελαστὶ ἀκούοντες αὐτοί τε καὶ οἱ μαθηταὶ ὑμῶν· σὺ δέ μοι, ὦ παῖ Ἀξιόχου, ἀπόκριναι. ἆρά γε πάντες ἄνθρωποι βουλόμεθα εὖ πράττειν; ἢ τοῦτο μὲν ἐρώτημα, ὧν νῦν δὴ ἐφοβούμην, ἓν τῶν καταγελάστων; ἀνόητον γὰρ δήπου καὶ τὸ ἐρωτᾶν τὰ τοιαῦτα. τίς γὰρ οὐ βούλεται ἀνθρώπων

turos; nunc vero, ut mihi videtur, prius tecum ludere oportere cenſuerunt.

8. Hactenus igitur, Euthydeme, et Dionyſodore, luſum eſto a vobis, et forte ſatis eſt; deinceps vero oſtendite, ſtimulos adoleſcenti addentes, quod oporteat ſapientiæ atque virtutis curam gerere. monſtrabo autem ego vobis prius, quale id eſſe putem, et quale id ipſum audire cupiam. quod ſi vobis viſus fuero imperite ac ridicule id agere, ne me irrideatis; nam præ ſtudio audiendæ veſtræ ſapientiæ audebo ex tempore coram vobis loqui. ſuſtinete igitur ſine riſu audire, et vos ipſi, et veſtri diſcipuli; tu vero, fili Axiochi, mihi reſponde. nunquid omnes homines cupimus bene agere? an fortaſſe hæc quæſtio ex ridiculis quidem eſt, de quibus modo timebam? eſt enim utique ineptum res hujuſmodi vel interrogare. quis enim hominum non

εὖ πράττειν; Οὐδεὶς ὅστις οὔκ, ἔφη ὁ Κλεινίας. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἐπειδὴ βουλόμεθα εὖ πράττειν, πῶς ἂν εὖ πράττοιμεν; ἆρ' ἂν εἰ ἡμῖν πολλὰ κἀγαθὰ εἴη; ἢ τοῦτο ἐκείνου ἔτι εὐηθέστερον; δῆλον γὰρ που καὶ τοῦτο ὅτι οὕτως ἔχει. Συνέφη. Φέρε δή, ἀγαθὰ δὲ ποῖα ἄρα τῶν ὄντων τυγχάνει ἡμῖν ὄντα; ἢ οὐ χαλεπόν, οὐδὲ σεμνοῦ ἀνδρὸς πάνυ τι οὐδὲ τοῦτο ἔοικεν εἶναι εὑρεῖν; πᾶς γὰρ ἂν ἡμῖν εἴποι ὅτι τὸ πλουτεῖν ἀγαθόν. ἢ γάρ; Πάνυ γ', ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τὸ ὑγιαίνειν, καὶ τὸ καλὸν εἶναι, καὶ τἆλλα κατὰ τὸ σῶμα ἱκανῶς παρεσκευάσθαι; Συνεδόκει. Ἀλλὰ μὴν εὐγένειαί τε καὶ δυνάμεις καὶ τιμαὶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ δῆλά ἐστιν ἀγαθὰ ὄντα. Ὡμολόγει. Τί οὖν (ἔφην) ἔτι ἡμῖν λείπεται τῶν ἀγαθῶν; τί ἄρα ἐστὶ τὸ σώφρονά τε εἶναι καὶ δίκαιον καὶ ἀνδρεῖον; πότερον πρὸς Διός, ὦ Κλεινία, ἡγῇ σύ, ἐὰν ταῦτα τιθῶμεν ὡς ἀγαθά, ὀρθῶς ἡμᾶς θήσειν,

cupit bene agere. Nemo, ait Clinias. Eſto, inquam. deinceps autem, quoniam cupimus bene agere, qua ratione bene agere poſſemus? utrum ſi penes nos multa bona eſſent? an hoc illo adhuc ineptius? manifeſtum enim eſt hanc quoque rem ita ſe habere. Conſenſit. Age vero, quænam igitur ex rebus, quæ exiſtunt, nobis ſunt bona? an forte neque difficile ſit, neque gravis hominis omnino videatur, etiam hoc deprehendere? unuſquiſque enim nobis dixerit bonum eſſe divitias habere. annon? Omnino, inquit. Nonne et ſanum eſſe, et pulchrum, cæteriſque rebus, quæ ad corpus ſpectant, ſatis inſtructum eſſe? Ita illi viſum eſt. Atqui liquet natales, potentiam, et honores in ſua cujuſque civitate, bona eſſe. Confitebatur. Quid igitur, inquam, nobis adhuc ex bonis reſtat? quid nempe eſt temperans eſſe, juſtus, et fortis? tune, per Jovem, arbitraris, Clinia, ſi hæc ut bona ponamus, recte nos poſituros, an,

ἢ ἐὰν μή; ἴσως γὰρ ἄν τις ἡμῖν ἀμφισβητήσειε. σοὶ δὲ πῶς δοκεῖ; Ἀγαθά, ἔφη ὁ Κλεινίας. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ· τὴν δὲ σοφίαν ποῦ χοροῦ τάξομεν; ἐν τοῖς ἀγαθοῖς; ἢ πῶς λέγεις; Ἐν τοῖς ἀγαθοῖς. Ἐνθυμοῦ δὴ μή τι παραλείπωμεν τῶν ἀγαθῶν ὅ, τι καὶ ἄξιον λόγου. Ἀλλά μοι δοκοῦμεν, ἔφη, οὐδέν, ὁ Κλεινίας. Καὶ ἐγὼ ἀναμνησθεὶς εἶπον, Ὅτι, ναὶ μὰ Δία, κινδυνεύομέν γε τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν παραλιπεῖν. Τί τοῦτο; ἦ δ' ὅς. Τὴν εὐτυχίαν, ὦ Κλεινία· ὃ πάντες φασί, καὶ οἱ πάνυ φαῦλοι, μέγιστον τῶν ἀγαθῶν εἶναι. Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη. Καὶ ἐγὼ αὖ πάλιν μετανοήσας εἶπον, Ὅτι ὀλίγου καταγέλαστοι ἐγενόμεθα ὑπὸ τῶν ξένων ἐγώ τε καὶ σύ, ὦ παῖ Ἀξιόχου. Τί δὴ (ἔφη) τοῦτο; Ὅτι εὐτυχίαν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν θέμενοι, νῦν δὴ αὖθις περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐλέγομεν. Τί οὖν δὴ τοῦτο; Καταγέλαστον δήπου,

ſi non? fortaſſis enim nobiſcum contenderet aliquis. tibi vero quomodo videntur? Bona, inquit Clinias. Eſto, inquam; ſapientiam vero in quo cætu conſtituemus? in boniſne? an quomodo dicis? In bonis. Conſidera profecto, ne quid bonorum prætermittamus, quod ſit memoratu dignum. At mihi nullum quidem *prætermiſiſſe*, inquit Clinias, videmur. Tum ego recordatus, Per Jovem, inquam, maximum bonorum prætermiſiſſe videmur. Quidnam iſtud? inquit. Felicitatem, Clinia; quam omnes homines, etiam illi, qui omnino viles ſunt, maximum bonorum eſſe prædicant. Vera dicis, inquit. Ego vero rurſus commutatâ ſententiâ, Propemodum, inquam, ridiculi facti ſumus hoſpitibus, tum ego, tum tu, fili Axiochi. Quid iſtud eſt? inquit. Quippe cum felicitatem in ſuperioribus poſuiſſemus, nunc quidem rurſus de eadem dicebamus. Quid ergo iſtud? Ridiculum nimi-

ὃ πάλαι πρόκειται, τοῦτο πάλιν προτιθέναι, καὶ δὶς ταυτὰ λέγειν. Πῶς (ἔφη) τοῦτο λέγεις; Ἡ σοφία δήπου (ἦν δ' ἐγὼ) εὐτυχία ἐστί· τοῦτο δὲ κἂν παῖς γνοίη. Καὶ ὃς ἐθαύμασεν· οὕτως ἔτι νέος τε καὶ εὐήθης ἐστί. κἀγὼ γνοὺς αὐτὸν θαυμάζοντα, Ἆρα οὐκ οἶσθα, (ἔφην) ὦ Κλεινία, ὅτι περὶ αὐλημάτων εὐπραγίαν οἱ αὐληταὶ εὐτυχέστατοί εἰσι; Συνέφη. Οὐκοῦν (ἦν δ' ἐγὼ) καὶ περὶ γραμμάτων γραφῆς τε καὶ ἀναγνώσεως οἱ γραμματισταί; Πάνυ γε. Τί δέ; πρὸς τοὺς τῆς θαλάσσης κινδύνους μῶν οἴει εὐτυχεστέρους τινὰς εἶναι τῶν σοφῶν κυβερνητῶν, ὡς ἐπίπαν εἰπεῖν; Οὐ δῆτα. Τί δέ; στρατευόμενος, μετὰ ποτέρου ἂν ἥδιον τοῦ κινδύνου τε καὶ τῆς τύχης μετέχοις; μετὰ σοφοῦ στρατηγοῦ, ἢ μετὰ ἀμαθοῦς; Μετὰ σοφοῦ. Τί δέ; ἀσθενῶν, μετὰ ποτέρου ἂν ἡδέως κινδυνεύοις; μετὰ σοφοῦ ἰατροῦ, ἢ μετὰ ἀμαθοῦς; Μετὰ σοφοῦ. Ἆρ' οὖν, (ἦν δ' ἐγὼ) ὅτι

rum eſt, quod dudum poſitum eſt, id rurſus proponere, et bis eadem dicere. Quî id, inquit, ais? Sapientia nimirum, inquam, felicitas eſt; hoc vero etiam puer noverit. Ille quidem admiratus eſt; ita adhuc novitius ac ſimplex eſt. Ego vero, cum animadvertiſſem illum admirari, Nonne ergo, inquam, ſcis, Clinia, quod in carminum ad tibiam felici uſu tibicines ſunt feliciſſimi? Conſenſit. Nonne, inquam, grammatici quoque in literarum ſcriptione ac lectione? Omnino. Quid vero? in maris periculis num arbitraris feliciores aliquos exiſtere, quam ſapientes gubernatores, ut univerſe dicam? Minime. Quid vero? dum militas, cum utro libentius periculi et fortunæ particeps fieres? cum ſapiente duce, an cum imperito? Cum ſapiente. Quid vero? dum ægrotaris, cum utro libenter in periculo verſareris? cum ſapiente medico, an cum imperito? Cum ſapiente. Nonne ideo, inquam, quod felicius

εὐτυχέστερον ἂν οἴει πράττειν, μετὰ σοφοῦ πράττων ἢ μετὰ ἀμαθοῦς; Ξυνεχώρει. Ἡ σοφία ἄρα πανταχοῦ εὐτυχεῖν ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους. οὐ γὰρ δήπου ἁμαρτάνοι γ᾽ ἄν ποτέ τις σοφίᾳ, ἀλλ᾽ ἀνάγκη ὀρθῶς πράττειν καὶ τυγχάνειν· ἢ γὰρ ἂν οὐκέτι σοφία εἴη. Συνωμολογησάμεθα τελευτῶντες οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐν κεφαλαίῳ οὕτω τοῦτο ἔχειν· σοφίας παρούσης, ὅτῳ παρῇ, μηδὲν προσδεῖσθαι εὐτυχίας.

θ΄. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο συνωμολογησάμεθα, πάλιν ἐπυνθανόμην αὐτοῦ τὰ πρότερον ὡμολογημένα πῶς ἂν ἡμῖν ἔχοι. ὡμολογήσαμεν γὰρ (ἔφην) εἰ ἡμῖν ἀγαθὰ πολλὰ παρείη, εὐδαιμονεῖν ἂν καὶ εὖ πράττειν. Συνέφη. Ἆρ᾽ οὖν εὐδαιμονοῖμεν ἂν διὰ τὰ παρόντα ἀγαθὰ εἰ μηδὲν ἡμᾶς ὠφελοῖ, ἢ εἰ ὠφελοῖ; Εἰ ὠφελοῖ, ἔφη. Ἆρ᾽ οὖν ἄν τι ὠφελοίη, εἰ ἦ μόνον ἡμῖν, χρῴμεθα δ᾽ αὐτοῖς μή; οἷον, σιτία εἰ ἡμῖν εἴη πολλά, ἐσθίοιμεν δὲ μή· ἢ ποτόν, πίνοιμεν δὲ

tibi ſucceſſurum putes, ſi cum ſapiente agas, quam ſi cum imperito? Concedebat. Sapientia igitur efficit, ut homines ubique felices ſint. nemo enim certe unquam per ſapientiam errare poſſet, ſed neceſſe eſt, eum recte agere, et finem ſuum aſſequi; alioqui non amplius eſſet ſapientia. Tandem, neſcio quomodo, conſenſimus rem ſummatim hoc modo ſe habere; *ſcilicet*, quum adſit ſapientia, minime felicitatem deſiderari.

9. Poſtquam vero de hoc conſenſiſſemus, rurſus ab illo quærebam, quomodo nobis res ſuperius conceſſæ ſe haberent. conceſſimus enim, inquam, ſi nobis multa adeſſent bona, nos beatos futuros, remque bene acturos. Conſenſit. An igitur beati fuerimus propter præſentia bona, ſi nihil nobis prodeſſent, an ſi prodeſſent? Si prodeſſent, inquit. Num ergo aliquid nobis prodeſſent, ſi tantummodo penes nos eſſent, iis vero non uteremur? veluti, ſi multi cibi penes nos eſſent, illos tamen minime

μή, ἔσθ' ὅ, τι ὠφελοίμεθ' ἄν; Οὐ δῆτα, ἔφη. Τί δέ; οἱ δημιουργοὶ πάντες, εἰ αὐτοῖς εἴη πάντα τὰ ἐπιτήδεια παρεσκευασμένα, (ἑκάστῳ εἰς τὸ ἑαυτοῦ ἔργον) χρῷντο δ' αὐτοῖς μή, ἆρ' ἂν οὗτοι εὖ πράττοιεν διὰ τὴν κτῆσιν, ὅτι κεκτημένοι εἶεν πάντα ἃ δεῖ κεκτῆσθαι τὸν δημιουργόν; οἷον τέκτων, εἰ παρεσκευασμένος εἴη τά τε ὄργανα ἅπαντα καὶ ξύλα ἱκανά, τεκταίνοιτο δὲ μή, ἔσθ' ὅ, τι ὠφελοῖτ' ἂν ἀπὸ τῆς κτήσεως; Οὐδαμῶς, ἔφη. Τί δέ; εἴτις κεκτημένος εἴη πλοῦτόν τε καὶ ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν πάντα τὰ ἀγαθά, χρῷτο δὲ αὐτοῖς μή, ἆρ' ἂν εὐδαιμονοῖ διὰ τὴν τούτων κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν; Οὐ δῆτα, ὦ Σώκρατες. Δεῖ ἄρα, (ἔφην) ὡς ἔοικε, μὴ μόνον κεκτῆσθαι τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ τὸν μέλλοντα εὐδαίμονα ἔσεσθαι, ἀλλὰ καὶ χρῆσθαι αὐτοῖς· ὡς οὐδὲν ὄφελος τῆς κτήσεως γίγνεται. Ἀληθῆ λέγεις. Ἆρ' οὖν, ὦ Κλεινία, ἤδη τοῦτο ἱκανὸν πρὸς τὸ

ederemus, potuſve, minime vero biberemus, aliquidne hoc nobis prodeſſet? Non ſane, inquit. Quid vero? ſi ſinguli opifices parata haberent omnia neceſſaria, (unuſquiſque ad ſuum opus *peragendum*) iis autem non uterentur, an hi propter poſſeſſionem res bene gererent, quia *nimirum* ea omnia, quæ opificem poſſidere oportet, poſſiderent? veluti, ſi faber lignarius tum omnia inſtrumenta, tum idonea ligna haberet parata, nihil tamen fabricaretur, aliquidne ei hæc poſſeſſio prodeſſet? Nequaquam, inquit. Quid vero? ſiquis et divitias, omniaque ea bona, quæ modo dicebamus, poſſideret, iis autem non uteretur, an propter horum bonorum poſſeſſionem beatus eſſet? Non ſane, Socrates. Oportet ergo, inquam, ut videtur, eum, qui beatus ſit futurus, non tantum hujuſmodi bona poſſidere, ſed etiam iis uti; quoniam ex poſſeſſione *ſola* nulla eſt utilitas. Vera dicis. An

εὐδαίμονα ποιῆσαί τινα, τό, τε κεκτῆσθαι τἀγαθὰ καὶ τὸ χρῆσθαι αὐτοῖς; Ἔμοιγε δοκεῖ. Πότερον (ἦν δ' ἐγὼ) ἐὰν ὀρθῶς χρῆταί τις, ἢ ἐὰν μή; Ἐὰν ὀρθῶς. Καλῶς δὲ (ἦν δ' ἐγὼ) λέγεις. πλεῖον γάρ που, οἶμαι, θάτερόν ἐστιν, ἐάν τις χρῆται ὁτῳοῦν μὴ ὀρθῶς πράγματι, ἢ ἐὰν ἐᾷ· τὸ μὲν γάρ, κακόν· τὸ δέ, οὔτε κακόν, οὔτε ἀγαθόν. ἢ οὐχ οὕτω φαμέν; Συνεχώρει. Τί οὖν; ἐν τῇ ἐργασίᾳ τε καὶ χρήσει τῇ περὶ τὰ ξύλα, μῶν ἄλλό τι ἐστὶ τὸ ἀπεργαζόμενον ὀρθῶς χρῆσθαι, ἢ ἐπιστήμη ἡ τεκτονική; Οὐ δῆτα, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν που καὶ ἐν τῇ περὶ τὰ σκεύη ἐργασίᾳ, τὸ ὀρθῶς ἐπιστήμη ἐστὶν ἡ ἀπεργαζομένη. Συνέφη. Ἆρ' οὖν (ἦν δ' ἐγὼ) καὶ περὶ τὴν χρείαν ὧν ἐλέγομεν τοπρῶτον τῶν ἀγαθῶν, πλούτου τε καὶ ὑγείας καὶ κάλλους, τὸ ὀρθῶς πᾶσι τοῖς τοιούτοις χρῆσθαι, ἐπιστήμη ἦν ἡγουμένη καὶ κατορθοῦσα τὴν πρᾶξιν, ἢ ἄλλό τι;

igitur, Clinia, hoc jam ſufficit ad beatum aliquem efficiendum, poſſeſſio bonorum, et ipſorum uſus? Mihi quidem videtur. Utrum, inquam, ſi quis recte utatur, an ſi ſecus? Si recte. Præclare, inquam, dicis. magis enim, ni fallor, hujus contrarium eſt, ſi quis re qualibet haud recte utatur, quam ſi prætermittat; illud enim malum eſt; hoc nec malum, nec bonum. an non ita ſtatuimus? Concedebat. Quid igitur? in fabricatione, et uſu, qui ad ligna ſpectat, num aliud quidpiam eſt, quod rectum uſum efficit, quam ſcientia fabrilis? Non ſane, inquit. Atqui forſan in ſupellectilis quoque fabricatione, quod rectum eſt, efficit ſcientia. Conſenſit. An igitur, inquam, et quoad illorum bonorum, quæ primum diximus, uſum, *ſcilicet* divitiarum, ſanitatis, et pulchritudinis, ſcientia præeſſet recto illorum omnium id genus uſui, actionemque proſpero ſucceſſu dirigeret, an aliud quidpiam?

Ἐπιστήμη, ἦ δ' ὅς. Οὐ μόνον ἄρα εὐτυχίαν, ἀλλὰ καὶ εὐπραγίαν, ὡς ἔοικεν, ἡ ἐπιστήμη παρέχει τοῖς ἀνθρώποις ἐν πάσῃ κτήσει τε καὶ πράξει. Ὡμολόγει.

ι'. Ἆρ' οὖν, ὦ πρὸς Διός, (ἦν δ' ἐγώ) ὄφελός τι τῶν ἄλλων κτημάτων ἄνευ φρονήσεως καὶ σοφίας; ἆρά γε ὀνίναιτ' ἂν ἄνθρωπος πολλὰ κεκτημένος καὶ πολλὰ πράττων, νοῦν μὴ ἔχων; ἢ μᾶλλον ὀλίγα, νοῦν δὲ ἔχων; ὧδε δὲ σκόπει. οὐκ, ἐλάττω πράττων, ἐλάττω ἂν ἐξαμαρτάνοι; ἐλάττω δὲ ἁμαρτάνων, ἧττον ἂν κακῶς πράττοι; ἧττον δὲ κακῶς πράττων, ἄθλιος ἧττον ἂν εἴη; Πάνυ γ', ἔφη. Πότερον οὖν ἂν μᾶλλον ἐλάττω τις πράττοι πένης ὤν, ἢ πλούσιος; Πένης, ἔφη. Πότερον δὲ ἀσθενής, ἢ ἰσχυρός; Ἀσθενής. Πότερον δὲ ἔντιμος, ἢ ἄτιμος; Ἄτιμος. Πότερον δὲ ἀνδρεῖος ὢν καὶ σώφρων

Scientia, inquit. Scientia ergo non felicem modo adeptionem, ſed etiam felicem uſum, ut videtur, ſuppeditat hominibus, cum in omni poſſeſſione, tum in actione. Confitebatur.

10. Aliquane igitur, per Jovem, inquam, ex cæteris poſſeſſionibus utilitas eſt, ſine prudentia et ſapientia? an ſane homo utilitatem perciperet, multa poſſidendo, multaque agendo, intelligentiam non habens? an potius pauca *poſſidendo, et agendo*, modo intelligentiam haberet? ſic vero rem perpende. nonne pauciora agendo, ille minus peccaret? minus vero peccando, minus male res gereret? minus vero male res gerendo, minus miſer eſſet? Omnino, inquit. Utrum igitur potius pauciora quis ageret, ſi pauper eſſet, an ſi dives? Si pauper eſſet, inquit. Utrum ſi debilis, an ſi robuſtus? Si debilis. Utrum ſi honoratus, an ſi inhonoratus? Si inhonoratus. Utrum vero, ſi fortis et conſtans eſſet, pau-

ἐλάττω ἂν πράττοι, ἢ δειλός; Δειλός. Οὐκοῦν καὶ ἀργὸς, μᾶλλον ἢ ἐργάτης; Συνεχώρει. Καὶ βραδὺς, μᾶλλον ἢ ταχύς; καὶ ἀμβλὺ ὁρῶν καὶ ἀκούων, μᾶλλον ἢ ὀξύ; Πάντα τὰ τοιαῦτα ξυνεχωροῦμεν ἀλλήλοις. Ἐν κεφαλαίῳ δ', (ἔφην) ὦ Κλεινία, κινδυνεύει σύμπαντα ἃ τὸ πρῶτον ἔφαμεν ἀγαθὰ εἶναι, οὐ περὶ τούτου ὁ λόγος αὐτοῖς εἶναι, ὅπως αὐτά γε καθ' αὑτὰ πέφυκεν ἀγαθὰ εἶναι, ἀλλ', ὡς ἔοικεν, ὧδ' ἔχει· ἐὰν μὲν αὐτῶν ἡγῆται ἀμαθία, μείζω κακὰ εἶναι τῶν ἐναντίων, ὅσῳ δυνατώτερα ὑπηρετεῖν τῷ ἡγουμένῳ κακῷ ὄντι· ἐὰν δὲ φρόνησίς τε καὶ σοφία, μείζω ἀγαθά· αὐτὰ δὲ καθ' αὑτὰ, οὐδέτερα αὐτῶν οὐδενὸς ἄξια εἶναι. Φαίνεται, ἔφη, ὡς ἔοικεν, οὕτως ὡς σὺ λέγεις. Τί οὖν ἡμῖν συμβαίνει ἐκ τῶν εἰρημένων; ἄλλο τι ἢ τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ὂν οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακόν; τούτοιν δὲ δυοῖν ὄντοιν, ἡ μὲν σοφία, ἀγαθὸν, ἡ δὲ ἀμαθία, κακόν; Ὡμολόγει.

ciora ageret, an ſi timidus? Si timidus. Nonne igitur ſi iners, potius quam ſi gnavus? Concedebat. Et tardus, potius quam ſi celer? et viſu hebes, et auditu obtuſus, potius quam ſi acutus? In omnibus hujuſmodi inter nos conveniebat. Summatim vero, Clinia, inquam, conſtat, quoad omnia, quæ prius bona eſſe diximus, non hoc ſenſu de illis diſputari, ut ipſa quidem per ſe naturâ bona ſint, ſed, ut videtur, ſic ſe res habet; ſi illis præſit quidem inſcitia, ea ipſa tanto majora mala eſſe, quam contraria, quanto efficaciora ſunt ad inſerviendum malo illi duci; ſin vero *præſint* prudentia et ſapientia, ea majora eſſe bona; neutra vero illorum, ipſa per ſe, ullius ponderis eſſe. Ut videtur, inquit, ita, ut tu dicis, apparet. Quid igitur nobis ex illis, quæ dicta ſunt, contingit? aliudne quidpiam, quam cæterorum quidem nullum, aut bonum, aut malum eſſe? ex iſtis vero duabus ſapientiam quidem bonam eſſe, inſcitiam vero malam? Confitebatur.

ια'. Ἔτι τοίνυν, ἔφην, τὸ λοιπὸν ἐπισκεψώμεθα. ἐπειδὴ εὐδαίμονες μὲν εἶναι προθυμούμεθα πάντες, ἐφάνημεν δὲ τοιοῦτοι γιγνόμενοι ἐκ τοῦ χρῆσθαί τε τοῖς πράγμασι καὶ ὀρθῶς χρῆσθαι, τὴν δὲ ὀρθότητα καὶ εὐτυχίαν ἐπιστήμη ἡ παρέχουσα, δεῖ δή, ὡς ἔοικεν, ἐκ παντὸς τρόπου ἅπαντα ἄνδρα τοῦτο παρασκευάζεσθαι, ὅπως ὡς σοφώτατος ἔσται. ἢ οὔ; Ναί, ἔφη. Καὶ παρὰ πατρός γε δήπου τοῦτο οἰόμενον δεῖν παραλαμβάνειν πολὺ μᾶλλον ἢ χρήματα, καὶ παρ' ἐπιτρόπων καὶ φίλων, τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν φασκόντων ἐραστῶν εἶναι· καὶ ξένων καὶ πολιτῶν δεόμενον καὶ ἱκετεύοντα σοφίας μεταδιδόναι. οὐδὲν αἰσχρόν, ὦ Κλεινία, οὐδὲ νεμεσητόν, ἕνεκα τούτου ὑπηρετεῖν καὶ δουλεύειν καὶ ἐραστῇ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ, ὁποιοῦν ἐθέλοντα ὑπηρετεῖν τῶν καλῶν ὑπηρετημάτων, προθυμούμενον σοφὸν γενέσθαι. ἢ οὐ δοκεῖ σοι (ἔφην ἐγὼ) οὕτω; Πάνυ μὲν οὖν, εὖ μοι δοκεῖς λέγειν, ἦ δ' ὅς. Εἰ ἔστι γε, ὦ

11. Quinetiam igitur, inquam, quod reliquum eſt, conſideremus. quandoquidem omnes beati eſſe ſtudemus, inde vero tales fieri viſi ſumus, quod et rebus utimur, et recte utimur, rectum vero uſum felicemque adeptionem ſcientia ſuppeditat, oportet utique, ut videtur, unumquemque omni ratione ſtudere, ut quam ſapientiſſimus evadat. annon? Etiam, inquit. Exiſtimantem ſcilicet, opinor, hoc et a patre quidem, et a tutoribus, amiciſque, cum aliis, tum iis, qui amatores ſe profitentur, multo potius accipiendum, quàm nummos; et peregrinos et cives orantem et ſuppliciter petentem, ut ſapientiam impertiant. neque inhoneſtum eſt, Clinia, neque culpandum, hujus gratiâ amatori et cuivis homini obſequi et ſervire, in omnibus honeſtis officiis ſponte obſequentem, ſtudentem *ſcilicet* ſapientem evadere. annon ita, inquam, tibi videtur? Omnino certe, recte mihi dicere videris, inquit. Si modo,

Κλεινία, (ἦν δ' ἐγὼ) ἡ σοφία διδακτὸν, ἀλλὰ μὴ ἀπὸ ταυτομάτου παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις. τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἔτι σκεπτέον, καὶ οὔπω διωμολογημένον ἐμοί τε καὶ σοί. Ἀλλ' ἔμοιγε, (ἔφη) ὦ Σώκρατες, διδακτὸν εἶναι δοκεῖ. Καὶ ἐγὼ ἡσθεὶς εἶπον, Ἦ καλῶς λέγεις, ὦ ἄριστε ἀνδρῶν· καὶ εὖ ἐποίησας ἀπαλλάξας με σκέψεως πολλῆς περὶ τούτου αὐτοῦ, πότερον διδακτὸν, ἢ οὐ διδακτὸν, ἡ σοφία. νῦν οὖν ἐπειδή σοι καὶ διδακτὸν δοκεῖ, καὶ μόνον τῶν ὄντων εὐδαίμονα καὶ εὐτυχῆ ποιεῖν τὸν ἄνθρωπον, ἄλλο τι ἢ φαίης ἂν ἀναγκαῖον εἶναι φιλοσοφεῖν; καὶ αὐτὸς ἐν νῷ ἔχεις αὐτὸ ποιεῖν; Πάνυ μὲν οὖν, (ἔφη) ὦ Σώκρατες, ὡς οἷόν τε μάλιστα. Κἀγὼ ταῦτα ἄσμενος ἀκούσας, Τὸ μὲν ἐμὸν (ἔφην) παράδειγμα, ὦ Διονυσόδωρέ τε καὶ Εὐθύδημε, οἷον ἐπιθυμῶ τῶν προτρεπτικῶν λόγων εἶναι, τοιοῦτον· ἰδιωτικὸν ἴσως καὶ μόλις διὰ μακρῶν λεγόμενον· σφῶϊν

Clinia, inquam, ſapientia doceri poſſit, nec vero forte fortuna contingat hominibus. hoc enim nobis adhuc conſiderandum, necdum inter nos deciſum eſt. At mihi quidem, Socrates, inquit, doceri poſſe videtur. Tum ego gaviſus, Pulchre profecto, inquam, loqueris, virorum optime; et bene feciſti, quod me multâ de hac ipſa re diſquiſitione liberaſti, *nempe* utrum doceri, annon doceri poſſit ſapientia. nunc igitur, quoniam tibi et doceri poſſe videtur, ſolaque ex rebus, quæ exiſtunt, hominem beatum felicemque efficere, aliudne quid dicas, quam neceſſe eſſe philoſophari? tune porro in animo ipſe habes id agere? Omnino certe, inquit, quantum id fieri poteſt, Socrates. Ego autem, cum hæc lætus audiviſſem, Meum quidem, inquam, exemplar, Dionyſodore et Euthydeme, quale eſſe velim, hortativorum ſermonum, tale eſt; rude fortaſſis, et vix ac ne vix quidem longo ſermone prolatum; uter vero

δὲ ὁπότερος βούλεται, ταυτὸν τοῦτο τέχνῃ πράττων, ἐπιδειξάτω ἡμῖν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλεσθον, ὅθεν ἐγὼ ἀπέλειπον, τὸ ἑξῆς ἐπιδείξατον τῷ μειρακίῳ, πότερον πᾶσαν ἐπιστήμην δεῖ αὐτὸν κτᾶσθαι, ἢ ἔστι τις μία ἣν δεῖ λαβόντα εὐδαιμονεῖν τε καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα εἶναι· καὶ τίς αὕτη. ὥσπερ γὰρ ἔλεγον ἀρχόμενος, περὶ πολλοῦ ἡμῖν τυγχάνει ὄν, τόνδε τὸν νεανίσκον σοφόν τε καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι.

ιβʹ. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα εἶπον, ὦ Κρίτων· τῷ δὲ μετὰ τοῦτο ἐσομένῳ πάνυ σφόδρα προσεῖχον τὸν νοῦν, καὶ ἐσκόπουν τίνα ποτὲ τρόπον ἅψαιντο τοῦ λόγου, καὶ ὁπόθεν ἄρξοιντο, παρακελευόμενοι τῷ νεανίσκῳ σοφίαν τε καὶ ἀρετὴν ἀσκεῖν. ὁ οὖν πρεσβύτερος αὐτῶν, ὁ Διονυσόδωρος, πρότερος ἤρχετο τοῦ λόγου. καὶ ἡμεῖς πάντες ἐβλέπομεν πρὸς αὐτόν, ὡς αὐτίκα μάλα ἀκουσόμενοι θαυμασίους τινὰς λόγους· ὅπερ οὖν καὶ συνέβη ἡμῖν.

veſtrum velit, hoc ipſum cum arte tractans, *id* nobis exhibeto. ſin vero id nolitis, ex eo loco, quo ego deſtiti, deinceps adoleſcenti exhibete, utrum illum oporteat omnem ſibi ſcientiam comparare, an ſit una quædam, quâ acquiſitâ neceſſe eſt eum beatum eſſe, et bonum virum evadere; et quænam illa ſit. quemadmodum enim principio dixi, magni eſt nobis, ut hic adoleſcentulus ſapiens et bonus fiat.

12. Ego igitur hæc dixi, Crito; ei vero, quod deinceps futurum eſſet, attentiſſimum animum adhibui, et mecum conſideravi, quo tandem modo ſermonem inſtituerent, et unde initium facerent, dum adoleſcentulum ad ſapientiam virtutemque colendam adhortarentur. ex illis igitur qui natu major eſt, Dionyſodorus, prior ſermonem auſpicatus eſt. nos autem omnes in illum oculos convertimus, quaſi ſtatim admirandos quoſdam ſermones audituri; quod igitur et

θαυμαστὸν γάρ τινα, ὦ Κρίτων, ἀνὴρ κατῆρχε λόγον· οὗ σὲ ἄξιον ἀκοῦσαι, ὡς παρακελευστικὸς ὁ λόγος ἦν ἐπ' ἀρετήν. Εἰπέ μοι, (ἔφη) ὦ Σώκρατές τε καὶ ὑμεῖς οἱ ἄλλοι, ὅσοι φατὲ ἐπιθυμεῖν τόνδε τὸν νεανίσκον σοφὸν γενέσθαι, πότερον παίζετε ταῦτα λέγοντες, ἢ ὡς ἀληθῶς ἐπιθυμεῖτε καὶ σπουδάζετε. Κἀγὼ διενοήθην ὅτι ᾠηθήτην ἄρα ἡμᾶς τοπρότερον παίζειν, ἡνίκα ἐκελεύομεν διαλεχθῆναι τῷ νεανίσκῳ αὐτώ· καὶ διὰ ταῦτα προσεπαισάτην τε καὶ οὐκ ἐσπουδασάτην. ταῦτα οὖν διανοηθεὶς, ἔτι μᾶλλον εἶπον ὅτι θαυμαστῶς σπουδάζοιμεν. καὶ ὁ Διονυσόδωρος, Σκόπει μήν, (ἔφη) ὦ Σώκρατες, ὅπως μὴ ἔξαρνος ἔσῃ ἃ νῦν λέγεις. Ἔσκεμμαι, ἦν δ' ἐγώ· οὐ γὰρ μήποτ' ἔξαρνος γένωμαι. Τί οὖν (ἔφη) φατέ; βούλεσθε αὐτὸν σοφὸν γενέσθαι; Πάνυ μὲν οὖν. Νῦν δὲ (ἦ δ' ὅς) Κλεινίας πότερον σοφός ἐστιν, ἢ οὔ; Οὔκουν

nobis contigit. nam mirabilem quendam, mi Crito, ſermonem vir incepit; quem par eſt, ut audias, quàm *ſcilicet* hortativus ad virtutem hic ſermo fuerit. Dic mihi, Socrates, voſque cæteri, inquit, quicunque affirmatis vos cupere, ut hic adoleſcentulus ſapiens fiat, utrum ludatis, dum hæc dicitis, an revera id cupiatis, et ſerio agatis? Tum ego ſentiebam illos exiſtimaſſe videlicet nos prius ludere, quum rogaremus illos, ut cum adoleſcentulo colloquerentur; atque idcirco illos cum eo luſiſſe, neque ſerio egiſſe. quum hæc igitur ſenſerim, etiam magis dixi nos mirandum in modum ſerio agere. Dionyſodorus autem, Vide, inquit, tamen, Socrates, ne illa, quæ nunc dicis, poſtmodum inficias eas. Conſideravi, inquam; nunquam enim ea inficias ibo. Quid igitur, inquit, dicitis? illumne vultis ſapientem fieri? Omnino certe. Nunc vero, inquit, Cliniaſne ſapiens eſt, annon?

φησί γέ που· ἔστι γὰρ (ἦν δ' ἐγὼ) οὐκ ἀλαζών. Ὑμεῖς δὲ (ἔφη) βούλεσθε γενέσθαι αὐτὸν σοφὸν, ἀμαθῆ δὲ μὴ εἶναι; Ὡμολογοῦμεν. Οὐκοῦν, ὃς μὲν οὐκ ἔστι, βούλεσθε αὐτὸν γενέσθαι· ὃς δ' ἔστι νῦν, μηκέτι εἶναι; Καὶ ἐγὼ ἀκούσας ἐθορυβήθην. Ὁ δὲ μου θορυβουμένου ὑπολαβὼν, Ἄλλο τι, οὖν, ἔφη, ἐπεὶ βούλεσθε αὐτὸν, ὃς νῦν ἐστὶ, μηκέτι εἶναι, βούλεσθε αὐτὸν, ὡς ἔοικεν, ἀπολωλέναι. καίτοι πολλοῦ ἂν ἄξιοι οἱ τοιοῦτοι εἶεν φίλοι τε καὶ ἐρασταὶ, οἵτινες τὰ παιδικὰ περὶ παντὸς ἂν ποιήσαιντο ἐξολωλέναι. Καὶ ὁ Κτήσιππος ἀκούσας ἠγανάκτησέ τε ὑπὲρ τῶν παιδικῶν, καὶ εἶπεν, Ὦ ξένε Θούριε, εἰ μὴ ἀγροικότερον (ἔφη) ἦν εἰπεῖν, εἶπον ἄν, σοὶ εἰς κεφαλὴν, ὅ, τι μαθὼν μου καὶ τῶν ἄλλων καταψεύδῃ τοιοῦτο πρᾶγμα, ὃ ἐγὼ οἶμαι οὐδ' ὅσιον εἶναι λέγειν, ὡς ἐγὼ τόνδε βουλοίμην ἂν ἐξολωλέναι.

Nondum ſane, *ut ipſe* certe ait; eſt vero, inquam, haud vaniloquus. Vos autem, inquit, vultiſne illum ſapientem fieri, indoctum vero non eſſe? Confitebamur. Nonne igitur, qui minime quidem eſt, fieri illum vultis; qui vero nunc eſt, non amplius eſſe? Quod cum audiiſſem, perturbatus ſum. Ille vero, cum ego perturbarer, excepit, Ergo, ni tu aliter ſentis, quoniam vultis illum, qui nunc eſt, non amplius eſſe, vultis illum, ut videtur, interire. at profecto magni eſſent valoris hujuſmodi amici et amatores, qui puerum adamatum ante omnia optarent funditus perire. Cteſippus autem, hac re audita, pueri adamati causâ indignatus eſt, dixitque, O hoſpes Thurie, niſi ruſticius eſſet, inquit, hoc dicere, dicerem, in caput tuum iſthuc recidat, *interrogaremque*, quâ adductus cauſâ rem ejuſmodi mihi cæteriſque affingas, quam puto ne fas quidem eſſe loqui, *ſcilicet* quod ego hunc funditus perire vellem.

ιγ΄. Τί δὲ; ἔφη, ὦ Κτήσιππε, ὁ Εὐθύδημος, ἦ δοκεῖ σοι οἷόν τ' εἶναι ψεύδεσθαι; Νὴ Δία, (ἔφη) εἰ μὴ μαίνομαί γε. Πότερον λέγοντα τὸ πρᾶγμα περὶ οὗ ἂν ὁ λόγος ᾖ, ἢ μὴ λέγοντα; Λέγοντα, ἔφη. Οὐκοῦν εἴπερ λέγει αὐτό, οὐκ ἄλλο λέγει τῶν ὄντων, ἢ ἐκεῖνο ὅπερ λέγει; Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως; ἔφη ὁ Κτήσιππος. Ἓν μὴν κἀκεινό γ' ἐστὶ τῶν ὄντων, ὃ λέγει χωρὶς τῶν ἄλλων. Πάνυ γε. Οὐκοῦν ὁ ἐκεῖνο λέγων, τὸ ὂν (ἔφη) λέγει; Ναί. Ἀλλὰ μὴν ὅ γε τὸ ὂν λέγων, καὶ τὰ ὄντα, τἀληθῆ λέγει. ὥστε ὁ Διονυσόδωρος, εἴπερ λέγει τὰ ὄντα, λέγει τἀληθῆ, καὶ οὐδὲν κατὰ σοῦ ψεύδεται. Ναί, ἔφη. ἀλλ' ὁ ταῦτα λέγων, (ἔφη ὁ Κτήσιππος) ὦ Εὐθύδημε, οὐ τὰ ὄντα λέγει. Καὶ ὁ Εὐθύδημος, Τὰ δὲ μὴ ὄντα, ἔφη, ἄλλοτι ἢ οὐκ ἔστιν; Οὐκ ἔστιν. Ἄλλοτι, οὖν οὐδαμοῦ τά γε μὴ ὄντα ὄντα ἐστί. Οὐδαμοῦ. Ἔστιν οὖν ὅπως

13. Quid vero? Cteſippe, inquit Euthydemus, videturne tibi fieri poſſe, ut quis mentiatur? Etiam per Jovem, inquit, ni equidem inſanio. Illamne rem dicens, de qua oratio ſit, an non dicens? Dicens, inquit. Nonne igitur, ſi illam dicit, nullam aliam earum rerum, quæ exiſtunt, dicit, atque illam, quam dicit? Quî aliter fieri poſſet? inquit Cteſippus. Sed et illa certe una eſt e rebus, quæ exiſtunt, quam ſeorſim a cæteris dicit. Omnino certe. Nonne is igitur, inquit, qui illam dicit, id, quod exiſtit, dicit? Etiam. Atqui is certe, qui id, quod exiſtit, eaque, quæ exiſtunt, dicit, vera dicit. ergo Dionyſodorus, ſi ea, quæ exiſtunt, dicit, vera dicit, nihilque tibi falſo affingit. Ita eſt, inquit. verum qui hæc dicit, Euthydeme, inquit Cteſippus, non ea, quæ exiſtunt, dicit. Tum Euthydemus, Ea vero, quæ minime exiſtunt, inquit, aliterne ſe habent, quam ipſa non eſſe? Non eſſe. Nuſquam igitur, ni tu aliter ſentis, exiſtunt certe ea, quæ minime exiſtunt. Nuſquam.

περὶ ταῦτα τὰ μὴ ὄντα πράξειεν ἄν τις τι, ὥστ' ἐκεῖνα ποιήσειεν ἂν καὶ ὁστισοῦν τὰ μηδαμοῦ ὄντα; Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη ὁ Κτήσιππος. Τί οὖν; οἱ ῥήτορες ὅταν λέγωσιν ἐν τῷ δήμῳ, οὐδὲν πράττουσι; Πράττουσι μὲν οὖν, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν εἴπερ πράττουσι, καὶ ποιοῦσι; Ναί. Τὸ λέγειν τ' ἄρα πράττειν τε καὶ ποιεῖν ἐστιν; Ὡμολόγησεν. Οὐκ ἄρα τά γε μὴ ὄντ' (ἔφη) λέγει οὐδείς· ποιοῖ γὰρ ἂν ἤδη τι. σὺ δὲ ὡμολόγηκας τὰ μὴ ὄντα μὴ οἷόν τ' εἶναι μηδένα ποιεῖν. ὥστε κατὰ τὸν σὸν λόγον οὐδεὶς ψευδῆ λέγει· ἀλλ' εἴπερ λέγει Διονυσόδωρος, τἀληθῆ τε καὶ τὰ ὄντα λέγει. Νὴ Δία, (ἔφη ὁ Κτήσιππος) ὦ Εὐθύδημε· ἀλλὰ τὰ ὄντα μὲν τρόπον τινὰ λέγει, οὐ μέντοι ὥς γε ἔχει. Πῶς λέγεις, (ἔφη ὁ Διονυσόδωρος) ὦ Κτήσιππε; εἰσὶ γάρ τινες οἳ λέγουσι τὰ πράγματα ὡς ἔχει; Εἰσὶ μέντοι, (ἔφη) οἱ καλοί τε κἀγαθοί, καὶ οἱ τἀληθῆ λέ-

Fierine igitur poteſt, ut quis circa hæc, quæ minime exiſtunt, agat aliquid, ita ut vel quilibet facere poſſit illa, quæ nuſquam exiſtunt? Non mihi certe videtur, inquit Cteſippus. Quid ergo? quum oratores ad populum dicunt, nihilne agunt? Agunt profecto, inquit. Si igitur agunt, nonne etiam faciunt? Etiam. Dicere igitur et agere et facere eſt. Confeſſus eſt. Nemo igitur, inquit, dicit ea certe, quæ minime exiſtunt; aliquid enim jam faceret. tu vero confeſſus es neminem facere poſſe ea, quæ minime exiſtunt. ergo ſecundum orationem tuam nemo falſa dicit; ſin vero dicit Dionyſodorus, tum vera, tum quæ exiſtunt, dicit. Ita per Jovem, inquit Cteſippus, Euthydeme; verum ea, quæ exiſtunt, aliquo modo dicit, haud tamen quemadmodum ſe quidem habent. Quomodo dicis, inquit Dionyſodorus, Cteſippe? ſuntne enim aliqui, qui res dicunt, quemadmodum ſe habent? Sunt profecto, inquit, nempe honeſti et boni, quique vera dicunt. Quid

γοντες. Τί οὖν; ἦ δ' ὅς· τἀγαθὰ οὐκ εὖ (ἔφη) ἔχει, τὰ δὲ κακὰ κακῶς; Συνεχώρει. Τοὺς δὲ καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς ὁμολογεῖς λέγειν ὡς ἔχει τὰ πράγματα; Ὁμολογῶ. Κακῶς ἄρα (ἔφη) λέγουσιν, ὦ Κτήσιππε, οἱ ἀγαθοὶ τὰ κακά, εἴπερ ὡς ἔχει λέγουσι. Ναὶ μὰ Δία, (ἦ δ' ὅς) σφόδρα γε τοὺς γοῦν κακοὺς ἀνθρώπους· ὧν σὺ (ἐάν μοι πείθῃ) εὐλαβήσῃ εἶναι, ἵνα μή σε οἱ ἀγαθοὶ κακῶς λέγωσιν· ὡς εὖ οἶσθ' ὅτι κακῶς λέγουσιν οἱ ἀγαθοὶ τοὺς κακούς. Ἦ καὶ τοὺς μεγάλους (ἔφη ὁ Εὐθύδημος) μεγάλως λέγουσι, καὶ τοὺς θερμοὺς θερμῶς; Μάλιστα δήπου, ἔφη ὁ Κτήσιππος· τοὺς γοῦν ψυχροὺς ψυχρῶς λέγουσί τε καὶ φασὶ διαλέγεσθαι. Σὺ μὲν (ἔφη ὁ Διονυσόδωρος) λοιδορεῖ, ὦ Κτήσιππε, λοιδορεῖ. Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε, (ἦ δ' ὅς) ὦ Διονυσόδωρε, ἐπεὶ φιλῶ σε· ἀλλὰ νουθετῶ σ' ὡς ἑταῖρον, καὶ πειρῶμαι πείθειν μηδέποτε

ergo? inquit; nonne bona, ait, bene, mala male ſe habent? Concedebat. Honeſtos vero et bonos confiteriſne res dicere, quemadmodum ſe habent? Confiteor. Boni igitur, Cteſippe, inquit, male res malas dicunt, ſiquidem illas, quemadmodum ſe habent, dicunt. Næ per Jovem, inquit; vehementer utique malos homines; in quorum numero tu, ſi me audias, ne ſis cavebis, quominus boni male de te loquantur; quoniam probe noſti, quod boni de malis hominibus male loquuntur. Nunquid etiam de viris magnis, inquit Euthydemus, magnifice, et de fervidis fervide loquuntur? Maxime quidem, ut opinor, inquit Cteſippus; de frigidis utique hominibus et frigide loquuntur, illoſque aiunt *ita* differere. Tu quidem, inquit Dionyſodorus, convitiare, Cteſippe, convitiare. Non ego, per Jovem, Dionyſodore, inquit, quandoquidem te amo; ſed te, ut ſodalem admoneo, conorque tibi perſuadere, ut co-

ἐναντίον ἐμοῦ οὕτως ἀγροίκως λέγειν, ὅτι ἐγὼ τούτους βούλομαι ἐξολωλέναι οὓς περὶ πλείστου ποιοῦμαι.

ιδ'. Ἐγὼ οὖν, ἐπειδή μοι ἐδόκουν ἀγροικοτέρως πρὸς ἀλλήλους ἔχειν, προσέπαιζόν τε τῷ Κτησίππῳ καὶ εἶπον, Ὅτι, ὦ Κτήσιππε, ἐμοὶ μὲν δοκεῖ χρῆναι ἡμᾶς παρὰ τῶν ξένων δέχεσθαι ἃ λέγουσιν, ἐὰν ἐθέλωσι μεταδιδόναι, καὶ μὴ ὀνόματι διαφέρεσθαι. εἰ γὰρ ἐπίστανται οὕτως ἐξολλύναι ἀνθρώπους ὥστ' ἐκ πονηρῶν τε καὶ ἀφρόνων χρηστούς τε καὶ ἔμφρονας ποιεῖν, καὶ τοῦτο εἴτε αὐτὼ εὑρήκατον, εἴτε καὶ παρ' ἄλλου του ἐμαθέτην φθόρον τινὰ καὶ ὄλεθρον τοιοῦτον, ὥστε ἀπολέσαντες πονηρὸν ὄντα χρηστὸν πάλιν ἀποφῆναι· εἰ τοῦτο ἐπίστασθον, (δῆλον δὲ ὅτι ἐπίστασθον· ἐφάτην γοῦν τὴν τέχνην σφῶν εἶναι τὴν νεωστὶ εὑρημένην, ἀγαθοὺς ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἐκ πονηρῶν) συγχωρήσωμεν οὖν αὐτοῖν αὐτό· ἀπολεσάντων ἡμῖν τὸ μειράκιον, καὶ φρόνιμον ποιη-

ram me nunquam adeo ruſtice loquaris, quòd ego *nimirum* eos funditus perire velim, quos quamplurimi facio.

14. Ego igitur, quoniam mihi erga ſe invicem ſubruſtice affecti viſi ſunt, cum Cteſippo luſi, dixique, Mihi quidem videtur, Cteſippe, nos oportere ab hoſpitibus ea, quæ dicunt, accipere, ſi velint *ipſa* impertire, non de vocabulis litigare. ſi enim homines ita funditus perdere ſciant, ut e pravis quidem et inſipientibus eos bonos et prudentes efficiant, ſeu ipſi hoc invenerunt, ſeu etiam ab alio quopiam exitium quiddam atque hujuſmodi perniciem didicerunt, adeo ut, poſtquam eum, qui improbus ſit, perdiderint, bonum rurſus reddant; ſi hoc ſciant, (illos autem ſcire perſpicuum eſt; nam affirmarunt certe ſuam ipſorum illam artem eſſe, quæ nuper inventa eſt, bonos efficere e malis homines) permittamus igitur id ipſis; adoleſcentem nobis perdant, prudentem-

πάντων, καὶ ἀπολυτάς γε ἡμᾶς τοὺς ἄλλους. εἰ δ' ὑμεῖς οἱ νέοι φοβεῖσθε, ὥσπερ ἐν Καρὶ, ἐν ἐμοὶ ἔστω ὁ κίνδυνος· ὡς ἐγὼ, ἐπειδὴ καὶ πρεσβύτης εἰμὶ, παρακινδυνεύειν ἕτοιμος. καὶ παραδίδωμι ἐμαυτὸν Διονυσοδώρῳ τούτῳ, ὥσπερ τῇ Μηδείᾳ τῇ Κόλχῳ· ἀπολλύτω με· καὶ εἰ μὲν βούλεται, ἑψέτω· εἰ δ', ὅ, τι βούλεται, τοῦτο ποιείτω· μόνον χρηστὸν ἀποφηνάτω. Καὶ ὁ Κτήσιππος, Ἐγὼ μὲν, ἔφη, καὶ αὐτὸς, ὦ Σώκρατες, ἕτοιμός εἰμι παρέχειν ἐμαυτὸν τοῖς ξένοις, καὶ ἐὰν βούλωνται δέρειν, ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν δέρουσιν· εἴ μοι ἡ δορὰ μὴ εἰς ἀσκὸν τελευτήσει, ὥσπερ ἡ τοῦ Μαρσύου, ἀλλ' εἰς ἀρετήν. καίτοι με οἴεται Διονυσόδωρος οὑτοσὶ χαλεπαίνειν αὐτῷ· ἐγὼ δὲ οὐ χαλεπαίνω, ἀλλ' ἀντιλέγω πρὸς ταῦτα ἅ μοι δοκεῖ πρός με μὴ καλῶς λέγειν. ἀλλὰ σὺ τὸ ἀντιλέγειν, (ἔφη) ὦ Διονυσόδωρε, μὴ κάλει λοιδορεῖσθαι· ἕτερον γάρ τοι ἐστὶ τὸ λοιδορεῖσθαι.

que efficiant, et nos quidem cæteros omnes. quod ſi vos juvenes timetis, in me, tanquam in Care, faciant periculum; quandoquidem ego, quum etiam ſenex ſum, paratus ſum audaciter periculum adire. meque ipſum trado huic Dionyſodoro, quaſi Medeæ Colchæ; perdat me; et, ſi quidem velit, coquat; ſin minus, quicquid velit, id faciat; me modo reddat bonum. Tum Cteſippus, Ego quoque ipſe, inquit, paratus ſum, Socrates, meipſum hoſpitibus præbere, etiamſi vel magis excoriare velint, quam nunc excoriant; ſi modo mea pellis non in utrem, velut illa Marſyæ, deſierit, ſed in virtutem. at profecto arbitratur iſte Dionyſodorus me ipſi ſuccenſere; verum ego non ſuccenſeo, ſed contra illa dico, quæ adverſus me haud recte dicere mihi videtur. at tu, Dionyſodore, inquit, contradictionem ne convitium appelles; aliud enim profecto eſt convitium.

ιε'. Καὶ ὁ Διονυσόδωρος, Ὡς ὄντος, ἔφη, τοῦ ἀντιλέγειν, ὦ Κτήσιππε, ποιῇ τοὺς λόγους; Πάντως δήπου, (ἔφη) καὶ σφόδρα. ἢ σὺ, ὦ Διονυσόδωρε, οὐκ οἴει εἶναι ἀντιλέγειν; [1] Οὐκοῦν σύ τ' ἂν (ἔφη) ἀποδείξαις πώποτε, ἀκούσας οὐδενὸς ἀντιλέγοντος ἑτέρου ἑτέρῳ. Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη. ἀλλὰ ἀκούωμεν νῦν εἴ σοι ἀποδείκνυμι ἀντιλέγοντος Κτησίππου Διονυσοδώρῳ. Ἦ καὶ ὑπόσχοις ἂν τούτου λόγον; Πάνυ, ἔφη. Τί οὖν; (ἦ δ' ὅς) εἰσὶν ἑκάστῳ τῶν ὄντων λόγοι; Πάνυ γε. Οὐκοῦν ὡς ἔστιν ἕκαστον, ἢ ὡς οὐκ ἔστιν; Ὡς ἔστιν. Εἰ γὰρ μέμνησαι, (ἔφη) ὦ Κτήσιππε, καὶ ἄρτι ἐπεδείξαμεν μηδένα λέγοντα ὡς οὐκ ἔστι· τὸ γὰρ μὴ ὂν οὐδεὶς ἐφάνη λέγων. Τί οὖν δὴ τοῦτο; (ἦ δ' ὃς ὁ Κτήσιππος) ἧττόν τι ἀντιλέγομεν ἐγώ τε καὶ σύ; Πότερον οὖν (ἦ δ' ὅς) ἀντιλέγοιμεν ἄν, τοῦ αὐτοῦ πράγματος λόγον ἀμφότεροι λέγοντες,

15. Tum Dionyſodorus, Nunquid, Cteſippe, inquit, quaſi revera ſit Contradicere, verba facis? Omnino ſane, ut arbitror, inquit, et vehementer. an tu, Dionyſodore, non opinaris eſſe Contradicere? Nec tu profecto, inquit, *id* unquam demonſtrare poteris, quaſi aliquem audiveris alteri cuivis contradicentem. Vera dicis, inquit. verum nunc audiamus, utrum tibi demonſtrem, Cteſippo Dionyſodoro contradicente. Viſne etiam tueri quæſtionem hujuſce rei? Omnino, inquit. Quid ergo? inquit, ſuntne ſingulis earum rerum, quæ exiſtunt, definitiones? Omnino certe. Nonne igitur ut eſt unaquæque res, an ut non eſt? Ut eſt. Nam ſi meminiſti, inquit, Cteſippe, etiam modo oſtendimus neminem dicere, quemadmodum *res* non eſt; nemo enim id, quod minime exiſtit, dicere viſus eſt. Quid tandem iſtud? inquit Cteſippus; an minus *propterea* ego et tu contradicimus? Utrum igitur, inquit, contradiceremus, ſi ejuſdem rei definitionem noſtrûm

1 Οὐκέτι *Ficin.*

ἢ οὕτω μὲν ἂν δήπου ταυτὰ λέγοιμεν; Συνεχώρει. Ἀλλ', ὅταν μηδέτερος (ἔφη) τὸν τοῦ πράγματος λόγον λέγῃ, τότε ἀντιλέγοιμεν ἄν; ἢ οὕτω γε τοπαράπαν οὐδ' ἂν μεμνημένος εἴη τοῦ πράγματος οὐδέτερος ἡμῶν; Καὶ τοῦτο συνωμολόγει. Ἀλλ' ἆρα, (ἔφη) ὅταν ἐγὼ μὲν τὸν τοῦ πράγματος λόγον λέγω, σὺ δὲ ἄλλου τινὸς, ἆρα τότε ἀντιλέγομεν; ἢ ἐγὼ λέγω μὲν τὸ πρᾶγμα, σὺ δὲ οὐδὲ λέγεις τοπαράπαν; ὁ δὲ μὴ λέγων τῷ λέγοντι πῶς ἂν ἀντιλέγοι;

ιϛ'. Καὶ ὁ μὲν Κτήσιππος ἐσίγησεν· ἐγὼ δὲ θαυμάσας τὸν λόγον, Πῶς, ἔφην, ὦ Διονυσόδωρε, λέγεις; οὐ γάρ τοι ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον πολλῶν δὴ καὶ πολλάκις ἀκηκοὼς ἀεὶ θαυμάζω. καὶ γὰρ οἱ ἀμφὶ Πρωταγόραν σφόδρα ἐχρῶντο αὐτῷ, καὶ οἱ ἔτι παλαιότεροι· ἐμοὶ δὲ ἀεὶ θαυμαστός τις δοκεῖ εἶναι, καὶ τούς τε ἄλλους ἀνατρέπων, καὶ αὐτὸς αὑτόν. οἶμαι δὲ αὐτοῦ τὴν ἀλήθειαν παρὰ σοῦ μάλιστα πεύσεσθαι.

uterque cognoverit, an ita quidem, ut opinor, eadem profecto diceremus? Concedebat. Verum, quando neuter, inquit, illius rei definitionem exprimat, tuncne contradiceremus? an ita certe neuter noſtrûm rei illius omnino mentionem faceret? Et hoc confitebatur. Verum igitur, inquit, quum ego quidem illius rei definitionem exprimo, tu vero aliûs cujuſpiam, tuncne contradicimus? an ego quidem rem illam dico, tu vero nec omnino dicis? qui vero non dicit, quomodo contradicat ei, qui dicit?

16. Tum obticuit quidem Cteſippus; ego vero ſermonem admiratus, Quomodo, Dionyſodore, dicis? inquam. nihilo ſecius enim profecto, cum hunc quidem ſermonem a multis jam et ſæpe audivi, ſemper eum admiror. etenim Protagoras et illius ſectatores eo maxime utebantur, et his vel antiquiores; mihi vero ſemper mirabilis quiſpiam videtur, qui et cæteros, et ipſe ſeipſum ſubvertit. arbitror autem veritatem ipſius me abs te præcipue reſciſciturum. aliudne quid

ἄλλό τι ἢ ψευδῆ λέγειν οὐκ ἔστι; τοῦτο γὰρ δύναται ὁ λόγος. ἢ γάρ; ἀλλ' ἢ λέγοντα, τἀληθῆ λέγειν, ἢ μὴ λέγειν; Συνεχώρει. Πότερον οὖν ψευδῆ μὲν λέγειν οὐκ ἔστι, δοξάζειν μέντοι ἐστίν; Οὐδὲ δοξάζειν, ἔφη. Οὐδ' ἄρα ψευδὴς (ἦν δ' ἐγὼ) δόξα ἐστὶ τοπαράπαν. Οὐκ, ἔφη. Οὐδ' ἄρα ἀμαθία, οὐδ' ἀμαθεῖς ἄνθρωποι. ἢ οὐ τοῦτ' ἂν εἴη ἀμαθία, εἴπερ εἴη, τὸ ψεύδεσθαι τῶν πραγμάτων; Πάνυγε, ἔφη. Ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν, ἦν δ' ἐγώ. Οὐκ, ἔφη. Λόγου ἕνεκα, ὦ Διονυσόδωρε, λέγεις τὸν λόγον, ἵνα δὴ ἄτοπον λέγῃς; ἢ ὡς ἀληθῶς δοκεῖ σοι οὐδεὶς εἶναι ἀμαθὴς ἀνθρώπων; Ἀλλὰ σὺ (ἔφη) ἔλεγξον. Ἦ καὶ ἔστι τοῦτο, κατὰ τὸν σὸν λόγον, ἐξελέγξαι, μηδενὸς ψευδομένου; Οὐκ ἔστιν, ἔφη ὁ Εὐθύδημος. Οὐδ' ἄρα ἐκέλευον, ἔφη, ἐγὼ νῦν δὴ, ὁ Διονυσόδωρος, ἐξελέγξαι· τὸ γὰρ μὴ ὂν πῶς ἄν τις κελεύσαι;

eſt, quam fieri non poſſe, ut quis falſa dicat? id enim valet ſermo. nonne? ſed eum, qui dicat, aut vera dicere, aut nihil dicere? Concedebat. An igitur fieri non poteſt, ut quis falſa dicat, ut opinetur vero, fieri poteſt? Ne ut opinetur quidem, inquit. Neque igitur, eſt omnino, inquam, falſa opinio. Non, inquit. Neque igitur eſt ignorantia, nec indocti homines. an non ignorantia hoc eſſet, ſi modo eſſet, *nempe* de rebus falli? Omnino certe, inquit. Sed hoc non eſt, inquam. Non, inquit. Diſputandine gratiâ hæc loqueris, Dionyſodore, ut nimirum mirabilia loquaris? an revera tibi videtur, neminem hominum indoctum eſſe? At tu, inquit, refelle. Anne etiam ſecundum tuum ſermonem hoc eſt, Refellere, dum nemo mentitur? Non eſt, inquit Euthydemus. Neque ego igitur nunc ſane jubebam, inquit Dionyſodorus, refellere; quo enim pacto quis juberet id, quod minime exiſtit?

Ὦ Εὐθύδημε, (ἦν δ' ἐγὼ) τὰ σοφὰ ταῦτα καὶ τὰ εὖ ἔχοντα οὐ πάνυ τοι μανθάνω, ἀλλὰ παχέως πως ἐννοῶ. ἴσως μὲν οὖν φορτικώτερόν τι ἐρήσομαι· ἀλλὰ συγγίνωσκε. ὅρα δέ. εἰ γὰρ μήτε ψεύδεσθαι ἔστι, μήτε ψευδῆ δοξάζειν, μήτε ἀμαθῆ εἶναι, [1] ἀλλ' ὅτι οὐδ' ἐξαμαρτάνειν ἔστιν, ὅταν τίς τι πράττῃ· πράττοντα γὰρ οὐκ ἔστιν ἁμαρτάνειν τούτου ὃ πράττει. οὐχ οὕτω λέγετε; Πάνυ γ', ἔφη. Τοῦτό ἐστιν ἤδη (ἦν δ' ἐγὼ) τὸ φορτικὸν ἐρώτημα. εἰ γὰρ μὴ ἁμαρτάνομεν μήτε πράττοντες, μήτε λέγοντες, μήτε διανοούμενοι, ὑμεῖς, ὦ πρὸς Διὸς, εἰ ταῦτα οὕτω ἔχει, τίνος διδάσκαλοι ἥκετε; ἢ οὐκ ἄρτι ἔφατε ἀρετὴν κάλλιστ' ἂν παραδοῦναι ἀνθρώπων τῷ ἐθέλοντι μανθάνειν; Εἶτ' ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Διονυσόδωρος ὑπολαβὼν, οὕτως εἶ κρόνος, ὥστε ἃ τοπρῶτον εἴπομεν, νῦν ἀναμιμνήσκῃ· καὶ εἴτι πέρυσιν εἶπον,

O Euthydeme, inquam, ſcita hæc atque præclara haud penitus quidem intelligo, ſed properanter quodammodo mente concipio. forſan igitur moleſtius quiddam interrogabo; verum ignoſcas. animadverte vero. ſi enim fieri non poſſit, ut quis aut mentiatur, aut falſa opinetur, aut indoctus ſit, ne fieri quidem poteſt, ni tibi aliter videtur, ut quis aberret, quum aliquid agat; is enim qui agit, fieri non poteſt, ut ab eo, quod agat, aberret. nonne hoc modo dicitis? Omnino certe, inquit. Hæc jam eſt moleſta illa quæſtio, inquam. ſi enim non peccamus, neque agentes, neque loquentes, neque cogitantes, vos, per Jovem, ſi hæ res ita ſe habeant, cujuſnam rei doctores venitis? an non modo promiſiſtis vos virtutem optime omnium eum docturos eſſe, qui diſcere vellet. Itane, excepit Dionyſodorus, bardus es, Socrates, ut ea, quæ principio diximus, nunc reminiſcaris; quin et, ſiquid ſupe-

1 Forſan ἄλλοτι.

νῦν ἀναμνησθήσῃ· τοῖς δ' ἐν τῷ παρόντι λεγομένοις οὐχ ἕξεις ὅ,τι χρῇ; Καὶ γὰρ (ἔφην ἐγὼ) χαλεποί εἰσι· πάνυ εἰκότως· παρὰ σοφῶν γὰρ λέγονται. ἐπεὶ καὶ τούτῳ τῷ τελευταίῳ παγχάλεπον χρήσασθαί ἐστιν, ᾧ λέγεις. ὃ γὰρ, οὐκ ἔχω ὅ,τι χρῶμαι, ὅ,τι ποτὲ λέγεις, ὦ Διονυσόδωρε; ἢ δηλονότι ὡς οὐκ ἔχω ἐξελέγξαι αὐτόν; ἐπεὶ εἰπὲ τί σοι ἄλλο ἐννοεῖ τοῦτο τὸ ῥῆμα, ὅ, οὐκ ἔχω ὅ,τι χρήσωμαι τοῖς λόγοις. [1] Ἀλλ' ὃ σὺ λέγεις (ἔφη) τοῦτο, ὅ, πάνυ χαλεπὸν χρῆσθαι. ἐπεὶ ἀποκρίναι. Πρὶν σε ἀποκρίνασθαι, (ἦν δ' ἐγὼ) ὦ Διονυσόδωρε; Οὐκ ἀποκρίνῃ; ἔφη. Ἦ καὶ δίκαιον; Δίκαιον μέντοι, ἔφη. Κατὰ τίνα λόγον; ἦν δ' ἐγώ· ἢ δηλονότι κατὰ τόνδε, ὅτι σὺ νῦν πάνσοφός τις ἡμῖν ἀφῖξαι περὶ λόγους, καὶ οἶσθα ὅτε δεῖ ἀποκρίνασθαι, καὶ ὅτε μή· καὶ νῦν οὐδ' ἂν ὁτιοῦν ἀποκρίνῃ, ἅτε

riori anno dixerim', id nunc ſis recordaturus; non vero habebis, quomodo iis utaris, quæ in præſentia dicuntur? Etenim ſunt, inquam, difficilia; et prorſus merito; a ſapientibus enim dicuntur. quoniam et ultimum illud, quod ais, perdifficiliter utendum eſt. hoc enim, Me non habere, quomodo utar, quid tandem tibi ſonat, Dionyſodore? an nimirum me non habere unde id refellam? alioqui dic, quid aliud apud te ſibi velit hoc dictum, Me non habere, quomodo ſermonibus uſurus ſim. Aliudne tibi, inquit, hoc ſonat, Perdifficiliter utendum eſt? alioqui reſponde. Priuſquam tu reſpondeas, inquam, Dionyſodore? Non reſpondes? inquit. Anne etiam æquum eſt? Æquum profecto, inquit. Qua ratione? inquam; an eâ nimirum, quia tu nunc peritiſſimus quiſpiam de ſermonibus nobis adveniſti, et noſti, quando oporteat reſpondere, et quando non; et nunc quidem nihil omnino re-

1 Forſan cum interrog.

γιγνώσκων ὅτε οὐ δεῖ; Λαλεῖς, (ἔφη) [1] ἀμελήσας ἀποκρίνασθαι ἢ ὅτε μή. Ἀλλ', ὦ 'γαθὲ, πείθου καὶ ἀποκρίνου· ἐπειδὴ καὶ ὁμολογεῖς με σοφὸν εἶναι.

ιζʹ. Πειστέον τοι, (ἦν δ' ἐγὼ)· καὶ ἀνάγκη, ὡς ἔοικε· σὺ γὰρ ἄρχεις. ἀλλ' ἐρώτα. Πότερον οὖν ψυχὴν ἔχοντα νοεῖ τὰ νοοῦντα; ἢ καὶ τὰ ἄψυχα; Τὰ ψυχὴν ἔχοντα. Οἶσθα οὖν τι (ἔφη) ῥῆμα ψυχὴν ἔχον; Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. Τί οὖν ἄρτι ἤρου ὅ,τι μοι νοεῖ τὸ ῥῆμα; Τί ἄλλό γε (ἦν δ' ἐγὼ) ἢ ἐξήμαρτον διὰ τὴν βλακείαν; ἢ οὐκ ἐξήμαρτον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὀρθῶς εἶπον, εἰπὼν ὅτι νοεῖ τὰ ῥήματα; πότερα φῄς ἐξαμαρτάνειν με ἢ οὔ; εἰ γὰρ μὴ ἐξήμαρτον, οὐδὲ σὺ ἐξελέγξεις καίπερ σοφὸς ὤν, οὐδ' ἔχεις [2] ὅτι χρῇ τῷ λόγῳ· εἰ δ' ἐξήμαρτον, οὐδ' οὕτως ὀρθῶς λέγεις, φάσκων οὐκ εἶναι ἐξαμαρτάνειν. καὶ ταῦτα

ſpondere volueris, quippe ſciens, quod non oporteat? Garris, inquit, curæ non habens, quando oporteat reſpondere, et quando non. verum, vir bone, pare et reſponde; quoniam et confiteris me eſſe ſapientem.

17. Parendum ſane, inquam, et, ut videtur, neceſſe eſt; tu enim principatum tenes. verum interroga. Utrum igitur ea, quæ cogitant, animam habentia cogitant? an etiam inanimata? Ea, quæ animam habent. Noſtine igitur, inquit, dictum aliquod, quod animam habet? Non ego, per Jovem. Cur igitur modo interrogabas, quidnam apud me ſibi velit dictum? Quid aliud certe, inquam, quam præ ſocordia erravi? vel non erravi, ſed hoc quoque recte dixi, dum dicta ſibi velle dixi? utrum errare me ais, necne? ſi enim non erravi, neque tu refelles quantumvis ſapiens, nec habes, quomodo ſermoni reſpondeas; ſin erravi, ne ita quidem recte loqueris, quoniam ais fieri non poſſe,

1 For. ἀμελήσας ὅτε δεῖ ἀποκρίνεσθαι καὶ ὅτε μή *Corn.* 2 For. ὅ,τι.

οὐ πρὸς ἃ πέρυσιν ἔλεγες λέγω. ἀλλὰ ἔοικεν (ἔφην ἐγὼ) ὦ Διονυσόδωρέ τε καὶ Εὐθύδημε, οὗτος μὲν ὁ λόγος ἐν ταυτῷ μένειν, καὶ ἔτι ὥσπερ τὸ παλαιὸν καταβαλὼν πίπτειν· καὶ ὥστε μὴ τοῦτο πάσχειν, οὐδ' ὑπὸ τῆς ὑμετέρας που τέχνης ἐξευρῆσθαι, καὶ ταῦτα οὑτωσὶ θαυμαστῆς οὔσης εἰς ἀκρίβειαν λόγων. Καὶ ὁ Κτήσιππος, Θαυμάσιά γε λέγετ', ἔφη, ὦ ἄνδρες Θούριοι, εἴτε Χῖοι, εἴθ' ὁπόθεν καὶ ὅπῃ χαίρετον ὀνομαζόμενοι· ὡς ὑμῖν οὐδὲν μέλει τοῦ παραληρεῖν. Καὶ ἐγὼ φοβηθεὶς μὴ λοιδορία γένηται, πάλιν κατεπράϋνον τὸν Κτήσιππον, καὶ εἶπον, Ὦ Κτήσιππε, καὶ νῦν δὴ ἃ πρὸς Κλεινίαν ἔλεγον, καὶ πρὸς σὲ ταὐτὰ ταῦτα λέγω, ὅτι οὐ γιγνώσκεις τὴν τῶν ξένων τὴν σοφίαν, ὅτι θαυμασία ἐστίν· ἀλλ' οὐκ ἐθέλετον ἡμῖν ἐπιδείξασθαι σπουδάζοντες, ἀλλὰ τὸν Πρωτέα μιμεῖσθον τὸν Αἰγύπτιον σοφιστήν, γοητεύοντε ἡμᾶς. ἡμεῖς οὖν τὸν Μενέλαον μιμώμεθα, καὶ μὴ ἀφιώμεθα τοῖν

ut quiſquam erret. atque hæc non adverſus ea, quæ ſuperiori anno dixiſti, dico. ſed videtur, inquam, Dionyſodore et Euthydeme, hic quidem ſermo in eodem loco manere, etetiamnum, quemadmodum olim, poſtquam proſtravit alium, *ipſe* concidere; et quominus hoc ei accidat, ne veſtrâ quidem forſan arte inventum eſſe, idque, cum tam mira ſit in accurata ſermonum ratione. Tum Cteſippus, Mirabilia certe, inquit, dicitis, viri Thurii, ſive Chii, ſive undecunque et quomodocunque vos nominari gaudetis; quoniam haud curæ eſt vobis, utrum deſipiatis, necne. Ego autem veritus ne oriretur convitium, demulſi rurſus Cteſippum, dixique, O Cteſippe, et nunc ſane quæ Cliniæ dicebam, hæc eadem tibi quoque dico, te *nempe* ignorare mirabilem eſſe iſtorum hoſpitum ſapientiam; verum nolunt ſerio rem agentes nobis exhibere, ſed Proteum ſophiſtam Ægyptium imitantur, nos præſtigiis decipientes. nos igitur Menelaum imitemur, nec viros dimittamus, donec ſeſe

ἀνδροῖν, ἕως ἂν ἡμῖν ἐκφήνητον ἐφ' ᾧ αὐτὼ σπουδάζετον· οἶμαι γάρ τι αὐτοῖν πάγκαλον φανεῖσθαι, ἐπειδὰν ἄρξωνται σπουδάζειν· ἀλλὰ δεώμεθα καὶ παραμυθώμεθα καὶ προσευχώμεθα αὐτοῖν ἐκφανῆναι.

ιη'. Ἐγὼ οὖν μοι δοκῶ καὶ αὐτὸς πάλιν ὑφηγήσασθαι οἷω προσεύχομαι αὐτὼ φανῆναί μοι. ὅθεν γὰρ τὸ πρότερον [1] ἀπελίποντο, ἑξῆς τούτοις πειράσομαι, ὅπως ἂν δύνωμαι, διελθεῖν, ἐάν πως ἐκκαλέσωμαι, καὶ ἐλεήσαντέ με καὶ οἰκτείραντε συντεταμένον καὶ σπουδάζοντα, καὶ αὐτὼ σπουδάσητον. σὺ δέ, ὦ Κλεινία, (ἔφην) ἀνάμνησόν με πόθεν τότ' ἀπελίπομεν. ὡς μὲν οὖν ἐγᾦμαι, ἐνθένδε ποθὲν φιλοσοφητέον ὡμολογήσαμεν τελευτῶντες. ἦ γάρ; Ναί, ἦ δ' ὅς. Ἡ δέ γε φιλοσοφία, κτῆσις ἐπιστήμης. οὐχ οὕτως; ἔφην. Ναί, ἔφη. Τίνα ποτ' οὖν ἂν κτησάμενοι ἐπιστήμην, ὀρθῶς κτησαίμεθα; ἆρ' οὐ τοῦτο μὲν ἁπλοῦν, ὅτι ταύτην ἥ τις ἡμᾶς ὀνήσει; Πάνυ γ',

nobis patefaciant, qua in re ſcilicet ipſi ſerio agant ; ipſorum enim perpulchrum quiddam appariturum eſſe arbitror, ubi ſerio agere inceperint ; eos vero rogemus, adhortemur, precemur, ut ſeſe patefaciant.

18. Videor igitur mihi egomet iterum præmonſtraturus, quales precor eos, ut ſeſe mihi oſtendant. inde enim, unde prius deſtiti, quod deinceps ſequitur, conabor, quomodocunque poſſim, percurrere, ſi aliquo modo eos eliciam, ut mei miſerti omnes nervos intendentis ſerioque agentis ipſi quoque ſerio agant. tu vero, Clinia, ſuggere mihi, inquam, unde tum temporis deſtitimus. hinc alicunde igitur, ut arbitror, tandem confitebamur philoſophandum eſſe. nonne? Etiam, inquit. Certe vero philoſophia eſt ſcientiæ poſſeſſio. nonne ita eſt ? inquam. Etiam, inquit. Quam tandem igitur ſcientiam adepti, recte adepti fuerimus? nonne hoc quidem perſpicuum eſt, quòd illam adepti, quæ nobis profuerit ?

1 For. ἀπέλιπον, τὸ ἑξῆς.

ἔφη. Ἆρ' οὖν ἡμᾶς ἄν τι ὀνήσειεν, εἰ ἐπισταίμεθα γιγνώσκειν περιιόντες ὅπου τῆς γῆς χρυσίον πλεῖστον κατορώρυκται; Ἴσως, ἔφη. Ἀλλὰ τοπρότερον (ἦν δ' ἐγὼ) τοῦτό γε ἐξηλέγξαμεν, ὅτι οὐδὲν πλέον, οὐδ' εἰ ἄνευ πραγμάτων καὶ τοῦ ὀρύττειν τὴν γῆν, τὸ πᾶν ἡμῖν χρυσίον γένοιτο. ὥστε οὐδ' εἰ τὰς πέτρας χρυσᾶς ἐπισταίμεθα ποιεῖν, οὐδενὸς ἂν ἀξία ἡ ἐπιστήμη εἴη· εἰ γὰρ μὴ κεχρῆσθαι ἐπιστησόμεθα τῷ χρυσίῳ, οὐδὲν ὄφελος αὐτοῦ ἐφάνη ὄν. ἢ οὐ μέμνησαι; ἔφην ἐγώ. Πάνυγ' (ἔφη) μέμνημαι. Οὐδέ γε, ὡς ἔοικε, τῆς ἄλλης ἐπιστήμης ὄφελος γίγνεται οὐδὲν, οὔτε χρηματιστικῆς, οὔτε ἰατρικῆς, οὔτε ἄλλης οὐδεμιᾶς, ἥτις ποιεῖν τι ἐπίσταται, χρῆσθαι δὲ μὴ ᾧ ἂν ποιήσῃ. οὐχ οὕτως; Συνέφη. Οὐδ' εἴγε εἴ τις ἐστὶν ἐπιστήμη ὥστε ἀθανάτους ποιεῖν, ἄνευ τοῦ ἐπίστασθαι τῇ ἀθανασίᾳ χρῆσθαι, οὐδὲ ταύτης ἔοικεν ὄφελος

Omnino certe, inquit. An igitur nobis quicquam prodeſſet, ſi ſcire poſſemus, dum peragraremus, ubi terrarum auri plurimum defoſſum ſit? Fortaſſis, inquit. At prius, inquam, hoc certe probavimus, quòd nihil præſtat, etiam ſi ſine labore effodiendoque terram omne nobis aurum contingeret. quamobrem neque etiam ſi lapides aureos facere ſciremus, ullius pretii eſſet hæc ſcientia; ſi enim uti auro neſciverimus, nulla ex eo utilitas apparuit. an non meminiſti? inquam. Omnino certe, inquit, memini. Neque ex cætera quidem, ut videtur, ſcientia, ulla provenit utilitas, neque ex pecuniæ quærendæ arte, neque ex medicina, neque ex alia quaquam, quæ facere quid ſciat, non vero illo, quod fecerit, uti. nonne ita eſt? Conſenſit. Neque etiam ſiqua ſit ſcientia, quæ homines immortales faciat, uti vero immortalitate neſciat, neque ex illa videtur eſſe ulla utilitas; ſiquid ex illis, quæ

οὐδέν· εἴ τι δεῖ τοῖς πρόσθεν ὡμολογημένοις τεκμαίρεσθαι. Συνεδόκει ἡμῖν πάντα ταῦτα.

ιθ'. Τοιαύτης τινὸς ἄρα ἡμῖν ἐπιστήμης δεῖ, ὦ καλὲ παῖ, (ἦν δ' ἐγὼ) ἐν ᾗ συμπέπτωκεν ἅμα τό, τε ποιεῖν καὶ τὸ ἐπίστασθαι χρῆσθαι τούτῳ ὃ ἂν ποιῇ. Φαίνεται, ἔφη. Πολλοῦ ἄρα δεῖ, ὡς ἔοικεν, ἡμᾶς λυροποιοὺς δεινοὺς εἶναι, καὶ τοιαύτης τινὸς ἐπιστήμης ἐπηβόλους. ἐνταῦθα γὰρ δὴ χωρὶς μὲν ἡ ποιοῦσα τέχνη, χωρὶς δὲ ἡ χρωμένη διῄρηται, τοῦ αὐτοῦ πέρι· ἡ γὰρ λυροποιϊκὴ καὶ ἡ κιθαριστικὴ πολὺ διαφέρετον ἀλλήλοιν. οὐχ οὕτω; Συνέφη. Οὐδὲ μὴν αὐλοποιϊκῆς γε δηλονότι δεόμεθα· καὶ γὰρ αὕτη ἑτέρα τοιαύτη. Συνεδόκει. Ἀλλά, πρὸς θεῶν, (ἔφην ἐγὼ) εἰ τὴν λογοποιϊκὴν τέχνην μάθοιμεν, ἆρά ἐστιν αὕτη ἣν ἔδει κεκτημένους ἡμᾶς εὐδαίμονας εἶναι; Οὐκ οἶμαι, ἔφη, ἐγώ, ὁ Κλεινίας ὑπολαβών. Τίνι τεκμηρίῳ (ἦν δ' ἐγὼ) χρῇ; Ὁρῶ (ἔφη)

prius conceſſa ſunt, conjicere oportet. Hæc omnia inter nos conveniebant.

19. Scientiâ ergo ejuſmodi quâdam nobis opus eſt, mi belle puer, inquam, in qua et effectio et ſcientia eo utendi, quod ipſa fecerit, ſimul concurrunt. Apparet, inquit. Multum ergo, ut videtur, intereſt, noſne ſimus præſtantes lyrarum fabri, an ſcientiæ ejuſmodi cujuſdam compotes. nam hîc nimirum ea ars, quæ facit, ab altera, quæ utitur, de eadem re ſeorſim disjuncta eſt; lyrarum enim fabricandarum ars et ars citharœdica multum inter ſe differunt. nonne ita eſt? Conſenſit. Neque ſane tibiarum certe fabricandarum arte omnino indigemus; etenim hæc eſt alia ejuſmodi. Ita illi quoque viſum eſt. Sed, per Deos, inquam, ſi artem orationum condendarum diſceremus, num hæc eſt illa, quâ acquiſitâ neceſſe erat nos beatos eſſe? Non arbitror ego, excepit Clinias. Quonam argumento, inquam, id colligis? Video, inquit, quoſdam orationum

τινὰς λογοποιοὺς, οἳ τοῖς ἰδίοις λόγοις οἷς αὐτοὶ ποιοῦσιν οὐκ ἐπίστανται χρῆσθαι, ὥσπερ οἱ λυροποιοὶ ταῖς λύραις· ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα ἄλλοι δυνατοὶ χρῆσθαι οἷς ἐκεῖνοι εἰργάσαντο, οἱ [1] λυροποιεῖν αὐτοὶ ἀδύνατοι. δῆλον οὖν ὅτι καὶ περὶ λόγους χωρὶς ἡ τοῦ ποιεῖν τέχνη καὶ ἡ τοῦ χρῆσθαι. Ἱκανόν μοι δοκεῖς (ἔφην ἐγὼ) τεκμήριον λέγειν ὅτι οὐχ αὕτη ἐστὶν ἡ τῶν λογοποιῶν τέχνη, ἣν ἂν κτησάμενός τις εὐδαίμων εἴη· καίτοι ἐγὼ ᾤμην ἐνταῦθά που φανήσεσθαι τὴν ἐπιστήμην ἣν δὴ πάλαι ζητοῦμεν. καὶ γάρ μοι οἵ τε ἄνδρες αὐτοὶ οἱ λογοποιοὶ, ὅταν συγγένωμαι αὐτοῖς, ὑπέρσοφοι, ὦ Κλεινία, δοκοῦσιν εἶναι· καὶ αὐτὴ ἡ τέχνη αὐτῶν θεσπεσία τις καὶ ὑψηλή. καὶ μέντοι οὐδὲν θαυμαστόν· ἔστι γὰρ τῆς τῶν ἐπῳδῶν τέχνης μόριον, μικρῷ τε ἐκείνης ὑποδεεστέρα. ἡ μὲν γὰρ τῶν ἐπῳδῶν, ἐχέων τε καὶ φαλαγγίων καὶ σκορπίων καὶ

conditores, qui ſuis propriis, quas ipſi condunt, orationibus uti neſciunt, quemadmodum lyrarum fabri lyris *uti neſciunt*; ſed et hîc alii iis uti poſſunt, quas hi finxerunt, dum ipſi orationes condere nequeunt. perſpicuum igitur eſt, quòd in orationibus quoque disjuncta ſit ea ars, quæ facit, ab illa, quæ utitur. Idoneo mihi videris, inquam, oſtendere argumento artem illorum, qui orationes condunt, non illam eſſe, quam quis adeptus beatus foret; licet ego arbitrabar hîc alicubi apparituram ſcientiam illam, quam dudum ſane quærimus. etenim mihi et viri ipſi, qui orationes condunt, ubi cum illis verſer, egregiè, mi Clinia, ſapientes videntur; ipſaque illorum ars divina quædam *apparet* atque excelſa. neque vero hoc mirum eſt; eſt enim artis incantamentorum particula, illâque parum inferior. illa enim incantamentorum ars, viperarum phalangiorum ſcorpionum

1 Repone λογοποιεῖν.

τῶν ἄλλων θηρίων τε καὶ νόσων κήλησίς ἐστιν· ἡ δὲ, δικαστῶν τε καὶ ἐκκλησιαστῶν καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων κήλησίς τε καὶ παραμυθία τυγχάνει οὖσα. ἤ σοι (ἔφην ἐγὼ) ἄλλως πως δοκεῖ; Οὔκ· ἀλλ' οὕτω μοι φαίνεται, (ἔφη) ὡς σὺ λέγεις.

κ'. Ποῖ οὖν (ἔφην ἐγὼ) [1]τραποίμεθ' ἂν, ὅτι ἐπὶ ποίαν τέχνην; Ἐγὼ μὲν οὐκ εὐπορῶ, ἔφη. Ἀλλ' (ἦν δ' ἐγὼ) οἶμαι εὑρηκέναι. Τίνα; ἔφη ὁ Κλεινίας. Ἡ στρατηγικὴ μοι δοκεῖ (ἔφην) τέχνη παντὸς μᾶλλον εἶναι ἣν ἄν τις κτησάμενος εὐδαίμων εἴη. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. Πῶς; ἦν δ' ἐγώ. Θηρευτική τις ἥδε γε ἐστὶ τέχνη ἀνθρώπων. Τί δὴ οὖν; ἔφην ἐγώ. Οὐδεμία (ἔφη) τῆς θηρευτικῆς αὐτῆς ἐπιπλέον ἐστὶν, ἢ ὅσον θηρεῦσαι καὶ χειρώσασθαι. ἐπειδὰν δὲ χειρώσωνται τοῦτο ὃ ἂν θηρεύσωνται, οὐ δύνανται τούτῳ χρῆσθαι· ἀλλ' οἱ μὲν κυνηγέται καὶ οἱ ἁλιεῖς τοῖς ὀψοποιοῖς παραδιδόασιν· οἱ δ' αὖ γεωμέτραι καὶ οἱ ἀστρο-

cæterarumque ferarum atque morborum delinitio eſt; hæc vero eſt judicum atque eorum, qui interſunt concioni, cæterarumque turbarum delinitio et blanditia. an tibi, inquam, aliter quodammodo videtur? Non; ſed ita, inquit, ut tu ais, mihi apparet.

20. Quorſum igitur, inquam, nos præterea convertamus? ad quam artem? Non mihi quidem liquet, inquit. At, inquam, me illam comperiſſe arbitror. Quamnam? inquit Clinias. Imperatoria, inquam, ars illa potiſſimum videtur mihi, quam quis adeptus beatus foret. Mihi certe non videtur. Quî fit iſtud? inquam. Hæc certe ars quædam hominum venandorum eſt. Quid tandem ergo? inquam. Nulla *pars*, inquit, ipſius artis venatoriæ latius patet, quam ut venetur et ſubigat. poſtquam vero illud, quod venati fuerint, ſubegerint, uti illo nequeunt. ſed venatores quidem et piſcatores coquis *id* tradunt; geometræ

1 For. τεκποίμεθ' ἂν ἔτι; ἐπὶ π. *Steph.*

νόμοι καὶ οἱ λογιστικοί (θηρευτικοὶ γάρ εἰσι καὶ οὗτοι· οὐ γὰρ ποιοῦσιν τὰ διαγράμματα ἕκαστοι τούτων, ἀλλὰ τὰ ὄντα ἀνευρίσκουσιν) ἅτε οὖν χρῆσθαι αὐτοὶ αὐτοῖς οὐκ ἐπιστάμενοι, ἀλλὰ θηρεῦσαι μόνον, παραδιδόασι δήπου τοῖς διαλεκτικοῖς καταχρῆσθαι αὐτῶν τοῖς εὑρήμασιν, ὅσοι γε αὐτῶν μὴ παντάπασιν ἀνόητοί εἰσιν. Εἶεν, (ἦν δ' ἐγὼ) ὦ κάλλιστε καὶ σοφώτατε Κλεινία, τοῦτο οὕτως ἔχοι. Πάνυ μὲν οὖν. καὶ οἵ γε στρατηγοὶ (ἔφη) οὕτω τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπειδὰν ἢ πόλιν τινὰ θηρεύσωνται ἢ στρατόπεδον, παραδιδόασι τοῖς πολιτικοῖς ἀνδράσι· αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἐπίστανται χρῆσθαι τούτοις ἃ ἐθήρευσαν· ὥσπερ, οἶμαι, οἱ ὀρτυγοθῆραι τοῖς ὀρτυγοτρόφοις παραδιδόασιν. εἰ οὖν (ἦ δ' ὅς) δεόμεθα ἐκείνης τῆς τέχνης ἥτις ἂν ᾧ ἂν κτήσηται, ἢ ποιήσασα, ἢ θηρευσαμένη αὐτή, καὶ ἐπιστήσεται χρῆσθαι, καὶ ἡ τοιαύτη ποιήσει ἡμᾶς μακαρίους, ἄλλην δή τινα (ἔφη) ζητητέον ἀντὶ τῆς στρατηγικῆς.

vero viciſſim et aſtronomi et calculatores (nam et hi venatorii ſunt; horum enim ſinguli diagrammata non faciunt, ſed res, quæ exiſtunt, inveſtigant) quum igitur iis ipſi uti neſciunt, venari vero ſolum, *eas*, ſane opinor, tradunt dialecticis, ut ipſorum inventis utantur, quicunque certe illorum haud plane inſipientes ſint. Eſto, inquam, pulcherrime et ſapientiſſime Clinia, ſic ſe res habeat. Omnino profecto. ita eodem quoque modo imperatores, inquit, poſtquam urbem aliquam aut caſtra venati fuerint, civilibus hominibus *ea* tradunt; ipſi enim neſciunt iis uti, quæ venati fuerunt; quemadmodum, opinor, coturnicum aucupes coturnicum altoribus *eas* tradunt. ſi igitur, inquit, illa arte nobis opus ſit, quæ illo, quod penes eam fuerit, cum aut fecerit id ipſa, aut venata fuerit, ſciet quoque uti, arſque hujuſmodi nos beatos efficiet, alia profecto quædam quærenda eſt, inquit, pro peritia imperatoria.

κα΄. ΚΡ. Τί λέγεις σύ, ὦ Σώκρατες; ἐκεῖνο τὸ μειράκιον τοιαῦτ᾽ ἐφθέγξατο; ΣΩΚ. Οὐκ οἴει, ὦ Κρίτων; ΚΡ. Μὰ Δία, οὐ μέντοι. οἶμαι γὰρ αὐτὸν ἐγὼ, εἰ ταῦτ᾽ εἶπεν, οὔτ᾽ Εὐθυδήμου οὔτε ἄλλου οὐδενὸς ἔτ᾽ ἀνθρώπου δεῖσθαι εἰς παιδείαν. ΣΩΚ. Ἀλλ᾽ ἄρα, ὦ πρὸς Διὸς, μὴ ὁ Κτήσιππος ἦν ὁ ταῦτ᾽ εἰπών; ἐγὼ δ᾽ οὐ μέμνημαι; ΚΡ. Ποῖος Κτήσιππος; ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν τόγε εὖ οἶδα, ὅτι οὔτε Εὐθύδημος, οὔτε ὁ Διονυσόδωρος ἦν ὁ εἰπὼν ταῦτα. ἀλλ᾽, ὦ δαιμόνιε Κρίτων, μή τις τῶν κρειττόνων παρὼν αὐτὰ ἐφθέγξατο; ὅτι γὰρ ἤκουσά γε ταῦτα, εὖ οἶδα. ΚΡ. Ναὶ μὰ Δία, ὦ Σώκρατες· τῶν κρειττόνων μέντοι τίς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ πολύ γε. ἀλλὰ μετὰ τοῦτο ἔτι τινὰ ἐζητήσατε τέχνην; καὶ εὕρετε ἐκείνην, ἢ οὐχ εὕρετε, ἧς ἕνεκα ἐζητεῖτε; ΣΩΚ. Πόθεν ὦ μακάριε εὕρομεν; ἀλλ᾽ ἦμεν πάνυ γελοῖοι, ὥσπερ τὰ παιδία τὰ τὰς κορυδοὺς διώκοντα· ἀεὶ

21. CR. Quid ais, Socrates? illene adoleſcens talia locutus eſt? SOC. Non opinaris, Crito? CR. Non equidem, per Jovem. opinor enim, ſi hæc dixerit, neque Euthydemo neque alio præterea quopiam ad inſtitutionem ei opus eſſe. SOC. At, per Jovem, ergo, num Cteſippus fuit, qui hæc dixit? et ego non memini? CR. Quis Cteſippus! SOC. At vero hoc certe ſatis ſcio, neque Euthydemum neque Dionyſodorum hæc dixiſſe. ſed, o mirande Crito, num aliquis ex Præſtantioribus, qui adfuerit, hæc dixit? nam me hæc certe audiviſſe ſatis ſcio. CR. Ita, per Jovem, Socrates; ex præſtantioribus ſane aliquis mihi fuiſſe videtur, et quidem maxime. verum poſt hæc quam præterea artem quæſiviſtis? illamne quoque inveniſtis, an non inveniſtis, cujus gratiâ quærebatis? SOC. Unde, o beate, inveniſſemus? ſed eramus prorſus ridiculi, quemadmodum pueri, qui galeritas perſequun-

ᾠόμεθα ἑκάστην τῶν ἐπιστημῶν αὐτίκα λήψεσθαι, αἱ δ' ἀεὶ ὑπεξέφυγον. τὰς μὲν οὖν πολλὰς τί ἄν σοι λέγοιμι; ἐπὶ δὲ δὴ τὴν βασιλικὴν ἐλθόντες τέχνην, καὶ διασκοπούμενοι αὐτήν, εἰ αὕτη εἴη ἡ τὴν εὐδαιμονίαν παρέχουσά τε καὶ ἀπεργαζομένη, ἐνταῦθα ὥσπερ εἰς λαβύρινθον ἐμπεσόντες, οἰόμενοι ἤδη ἐπὶ τέλει εἶναι, περικάμψαντες πάλιν, ὥσπερ ἐν ἀρχῇ τῆς ζητήσεως ἀνεφάνημεν ὄντες, καὶ τοῦ ἴσου δεόμενοι ὅσουπερ ὅτε τὸ πρῶτον ἐζητοῦμεν. ΚΡ. Πῶς δὴ τοῦτο ὑμῖν συνέβη, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ἐγὼ φράσω.

κβ'. Ἔδοξε γὰρ δὴ ἡμῖν ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ βασιλικὴ τέχνη ἡ αὐτὴ εἶναι. ΚΡ. Τί οὖν δή; ΣΩΚ. Ταύτῃ τῇ τέχνῃ ἥ τε στρατηγικὴ καὶ αἱ ἄλλαι παραδιδόναι ἄρχειν τῶν ἔργων ὧν αὐταὶ δημιουργοί εἰσιν, ὡς μόνῃ ἐπισταμένῃ χρῆσθαι. σαφῶς οὖν ἐδόκει ἡμῖν αὕτη εἶναι ἣν ζητοῦμεν, καὶ ἡ αἰτία τοῦ

tur; ſemper arbitrabamur nos unamquamque ſcientiam ſtatim apprehenſuros, illæ vero ſemper ſuffugiebant. quid igitur pleraſque tibi dicam? at vero, quum ad regiam artem perveniſſemus, eamque conſideraremus, utrum illa eſſet, quæ felicitatem præſtaret atque efficeret, hîc tanquam in labyrinthum illapſi, quum jam ad finem nos acceſſiſſe arbitraremur, curſum noſtrum rurſus circumflectentes, velut in diſquiſitionis principio apparuimus, tantoque diſtantes intervallo, quicquid id fuerit, quanto quum primum quærebamus. CR. Quomodo tandem hoc vobis contigit, Socrates? SOC. Ego dicam.

22. Viſa eſt enim nobis profecto civilis et regia ars eadem eſſe. CR. Quid tandem ergo? SOC. Huic arti viſa eſt imperatoria cæteræque artes ſummam tribuere poteſtatem eorum operum, quorum hæ ſunt opifices, utpote quæ ſola illis uti ſciat. liquido igitur nobis illa videbatur, quam quæ-

ὀρθῶς πράττειν ἐν τῇ πόλει, καὶ ἀτεχνῶς κατὰ τὸ Αἰσχύλου ἰαμβεῖον, μόνη ἐν τῇ πρύμνῃ καθῆσθαι τῆς πόλεως, πάντα κυβερνῶσα, καὶ πάντων ἄρχουσα, καὶ πάντα χρήσιμα ποιεῖν. ΚΡ. Οὐκοῦν καλῶς ὑμῖν ἐδόκει, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Σὺ κρινεῖς, ὦ Κρίτων, ἐὰν βούλῃ ἀκούειν καὶ τὰ μετὰ ταῦτα συμβάντα ἡμῖν. αὖθις γὰρ δὴ πάλιν ἐσκοποῦμεν ὧδέ πως. φέρε, πάντων ἄρχουσα ἡ βασιλικὴ τέχνη τί ἡμῖν ἀπεργάζεται ἔργον; ἢ οὐδέν; πάντως δήπου, ἡμεῖς ἔφαμεν πρὸς ἀλλήλους. οὐ καὶ σὺ ἂν ταῦτα φαίης, ὦ Κρίτων; ΚΡ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Τί οὖν ἂν φαίης αὐτῆς ἔργον εἶναι; ὥσπερ εἰ ἐγώ σε ἐρωτῴην, πάντων ἄρχουσα ἡ ἰατρικὴ ὧν ἄρχει, τί ἔργον παρέχεται; οὐ τὴν ὑγίειαν φαίης; ΚΡ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Τί δέ; ἡ ὑμετέρα τέχνη ἡ γεωργία, πάντων ἄρχουσα ὧν ἄρχει, τί ἀπεργάζεται; οὐ τὴν τροφὴν ἂν φαίης τὴν ἐκ τῆς γῆς παρέχειν ἡμῖν; ΚΡ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Τί δέ; ἡ βα-

rebamus, cauſaque bene res gerendi in civitate, et revera ſecundum carmen illud Æſchyli iambeum ſola *in puppi civitatis* ſedere, omnia *gubernans* et omnibus imperans, omniaque utilia efficere. CR. Nonne igitur vobis recte videbatur, Socrates? SOC. Tu judicabis, Crito, ſi ea quoque, quæ nobis poſt hæc contigerunt, audire velis. rurſus enim profecto in hunc ferè modum nobiſcum conſiderabamus. age, regia illa ars, quæ omnibus imperat, quid efficit nobis opus? an nullum? omnino, noſtra quidem ſententia, inter nos diximus. nonne et tu hæc diceres, Crito? CR. Etiam. SOC. Quid igitur diceres illius eſſe opus? quaſi ego a te quærerem, medicina, dum iis omnibus imperat, quibus imperat, quid opus efficit? nonne diceres ſanitatem? CR. Etiam. SOC. Quid vero? veſtra ars agricultura, dum iis omnibus imperat, quibus imperat, quid efficit? nonne diceres eam nobis victum illum præſtare, qui e terra provenit? CR. Etiam. SOC. Quid ve-

ϖολιτική, πάντων ἄρχουσα ὧν ἄρχει, τί ἀπεργάζεται; ἴσως οὐ ϖάνυγ᾽ εὐπορεῖς. ΚΡ. Μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς, ὦ Κρίτων. ἀλλὰ τοσόνδε γε οἶδα, ὅτι εἴπερ ἐστὶν αὕτη ἣν ἡμεῖς ζητοῦμεν, ὠφέλιμον αὐτὴν δεῖ εἶναι. ΚΡ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἀγαθόν γέ τι δεῖ ἡμῖν αὐτὴν παραδιδόναι; ΚΡ. Ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ἀγαθὸν δέ γε ϖου ὡμολογήσαμεν ἀλλήλοις ἐγώ τε καὶ Κλεινίας, οὐδὲν εἶναι ἄλλο ἢ ἐπιστήμην τινά. ΚΡ. Ναὶ, οὕτως ἔλεγες. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὰ μὲν ἄλλα ἔργα ἃ φαίη ἄν τις ϖολιτικῆς εἶναι (ϖολλὰ δέ ϖου ταῦτ᾽ ἂν εἴη, οἷον, ϖλουσίους τοὺς ϖολίτας ϖαρέχειν καὶ ἐλευθέρους καὶ ἀστασιάστους) ϖάντα ταῦτα, οὔτε κακὰ οὔτε ἀγαθὰ ἐφάνη; ἔδει δὲ σοφοὺς ϖοιεῖν καὶ ἐπιστήμης μεταδιδόναι, εἴπερ ἔμελλεν αὕτη εἶναι ἡ ὠφελοῦσά τε καὶ εὐδαίμονας ϖοιοῦσα; ΚΡ. Ἔστι ταῦτα.

ro? ars regia, dum iis omnibus imperat, quibus imperat, quid efficit? forſan haud penitus quidem tibi liqueat. CR. Minime, per Jovem, Socrates. SOC. Neque enim nobis, Crito. tantum vero certe noſti, ſi modo ea ſit, quam nos quærimus, illam utilem eſſe oportere. CR. Omnino certe. SOC. Nonne igitur aliquid certe boni eam nobis tradere oportet? CR. Neceſſe eſt, Socrates. SOC. Conſenſimus vero inter nos alicubi ego et Clinias bonum certe nihil aliud eſſe, quam ſcientiam quandam. CR. Etiam, ſic dicebas. SOC. Nonne igitur cætera quidem opera, quæ quis ad civilem artem dixerit pertinere (multa vero, opinor, hæc eſſent, ut cives præſtare divites liberos et quietos) nonne hæc omnia neque mala neque bona apparuerunt? oportebat vero ſapientes efficere ſcientiamque impertire, ſi modo ea futura eſſet, quæ prodeſſet, beatoſque efficeret? CR. Ita eſt.

τότε γοῦν οὕτως ὑμῖν ὡμολογήθη ὡς σὺ τοὺς λόγους ἀπήγγειλας. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν ἡ βασιλικὴ σοφοὺς ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀγαθούς; ΚΡ. Τί γὰρ κωλύει, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ἀλλ' ἆρα πάντας καὶ πάντως ἀγαθούς; καὶ πᾶσαν ἐπιστήμην, σκυτοτομικήν τε καὶ τεκτονικήν, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας αὕτη ἡ παραδιδοῦσά ἐστιν; ΚΡ. Οὐκ οἶμαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ἀλλὰ τίνα δὴ ἐπιστήμην; ἢ τί χρησόμεθα; τῶν μὲν γὰρ ἔργων οὐδενὸς δεῖ αὐτὴν δημιουργὸν εἶναι τῶν μήτε κακῶν μήτε ἀγαθῶν, ἐπιστήμην δὲ παραδιδόναι μηδεμίαν ἄλλην ἢ αὐτὴν ἑαυτήν. λέγωμεν δὴ οὖν τίς ποτέ ἐστιν αὕτη, ἢ τί χρησόμεθα. βούλει φῶμεν, ὦ Κρίτων, ᾗ τ' ἄλλους ἀγαθοὺς ποιήσομεν; ΚΡ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οἳ τί ἔσονται ἡμῖν ἀγαθοί, καὶ τί χρήσιμοι; ἢ ἔτι λέγωμεν ὅτι ἄλλους ποιήσουσιν, οἱ δὲ ἄλλοι ἐκεῖνοι, ἄλλους; [1] ὅτι δέ ποτε ἀγαθοί εἰσιν, οὐδαμοῦ ἡμῖν

ſic utique tunc inter vos convenit, ut tu diſceptationem retuliſti. SOC. Nunquid igitur ars regia homines ſapientes et bonos efficit? CR. Quid enim prohibet, Socrates? SOC. Verum omneſne, eoſque omnino bonos? omnemque ſcientiam ſutoriam et fabrilem cæteraſque omnes iſtane tradit? CR. Haud ego quidem arbitror, Socrates. SOC. At quam ſcilicet ſcientiam? quamve ad rem ea utemur? nullius enim operum, quæ neque mala neque bona ſunt, oportet eam eſſe opificem, aliam vero nullam ſcientiam tradere, quam ipſam ſeipſam. age igitur, dicamus quænam tandem hæc ſit, quamve ad rem ea utemur. viſne eam ſtatuamus, Crito, quâ ſcilicet bonos efficiemus alios? CR. Omnino certe. SOC. Hi autem quanam in re nobis erunt boni, quamve ad rem utiles? an etiamnum dicamus, quòd alios efficient *bonos*, illi vero alii, alios? at in qua re tandem ſint boni, nuſquam nobis ap-

1 ὅ,τι *Ficin.*

φαίνονται, ἐπειδήπερ τὰ ἔργα τὰ λεγόμενα εἶναι τῆς πολιτικῆς ἀπεδοκιμάσαμεν. ἀλλ' ἀτεχνῶς, τὸ λεγόμενον, ὁ Διὸς Κόρινθος γίγνεται· καὶ (ὅπερ ἔλεγον) τοῦ ἴσου ἡμῖν ἐνδεῖ, ἢ ἔτι πλέονος, πρὸς τὸ εἰδέναι τίς ποτ' ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη ἐκείνη ἣ ἡμᾶς εὐδαίμονας ποιήσειε. ΚΡ. Νὴ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, εἰς πολλήν γε ἀπορίαν, ὡς ἔοικεν, ἀφίκεσθε.

κγ΄. ΣΩΚ. Ἔγωγε οὖν καὶ αὐτὸς, ὦ Κρίτων, ἐπειδὴ ἐν ταύτῃ τῇ ἀπορίᾳ ἐνεπεπτώκειν, πᾶσαν ἤδη φωνὴν ἠφίειν, δεόμενος τοῖν ξένοιν, ὥσπερ Διοσκούρω ἐπικαλούμενος, σῶσαι ἡμᾶς, ἐμέ τε καὶ τὸ μειράκιον, ἐκ τῆς τρικυμίας τοῦ λόγου· καὶ παντὶ τρόπῳ σπουδάσαι, καὶ σπουδάσαντας ἐπιδεῖξαι τίς ποτ' ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη, ἧς τυχόντες ἂν καλῶς τὸ ἐπίλοιπον βίον διέλθοιμεν. ΚΡ. Τί οὖν; ἠθέλησέ τι ὑμῖν ἐπιδεῖξαι ὁ Εὐθύδημος; ΣΩΚ. Πῶς γὰρ οὔ; καὶ ἤρξατό γε, ὦ ἑταῖρε, πάνυ μεγαλοφρόνως τοῦ λόγου, ὧδε.

paret, ſiquidem ea opera, quæ ad civilem artem pertinere dicuntur, repudiavimus. ſed revera, ut eſt in proverbio, Jovis Corinthus contigit; et, velut dixi, æquo diſtamus intervallo, vel etiam majori, ad ſciendum quæ tandem ſit illa ſcientia, quæ nos beatos efficeret. CR. Per Jovem, Socrates, in multam certe dubitationem, ut videtur, incidiſtis.

23. SOC. Egomet igitur, mi Crito, poſtquam in hanc dubitationem illapſus eram, ſumma jam vocis contentione uſus ſum, obteſtatuſque ſum hoſpites, eos tanquam Dioſcuros invocans, ut nos ſervarent, me ſcilicet et adoleſcentem, e decumano hujus ſermonis fluctu; et omni ratione rem ſerio agerent, ſerioque agentes exhiberent, quæ tandem illa ſit ſcientia, quâ acquiſitâ reliquam vitam præclare tranſigeremus. CR. Quid ergo? voluitne quicquam vobis exhibere Euthydemus? SOC Quidni enim? et prorſus con

Πότερον δή σε, (ἔφη) ὦ Σώκρατες, ταύτην τὴν ἐπιστήμην περὶ ἣν πάλαι ἀπορεῖτε, διδάξω; ἢ ἐπιδείξω ἔχοντα; Ὦ μακάριε, (ἦν δ' ἐγὼ) ἔστι δὲ ἐπὶ σοὶ τοῦτο; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἐπίδειξον τοίνυν με, νὴ Δί', (ἔφην ἐγὼ) ἔχοντα· πολὺ γὰρ ῥᾷον ἢ μανθάνειν τηλικόνδε ἄνδρα. Φέρε δή, μοι ἀπόκριναι, ἔφη· ἔστιν ὅ, τι ἐπίστασαι; Πάνυ γε, (ἦν δ' ἐγὼ) καὶ πολλά, σμικρά γε. Ἀρκεῖ, ἔφη. ἆρ' οὖν δοκεῖς οἷόν τέ τι τῶν ὄντων, τοῦτο ὃ τυγχάνει ὄν, αὐτὸ τοῦτο μὴ εἶναι; Ἀλλά, μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. Οὐκοῦν σὺ (ἔφη) ἐπίστασαί τι; Ἔγωγε. Οὐκοῦν ἐπιστήμων εἶ, εἴπερ ἐπίστασαι; Πάνυγε, τούτου γε αὐτοῦ. Οὐδὲν διαφέρει. ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη σε ἔχει πάντα ἐπίστασθαι ἐπιστήμονά γε ὄντα; Μὰ Δί', (ἔφην ἐγὼ) ἐπεὶ πολλὰ ἄλλ' οὐκ ἐπίσταμαι. Οὐκοῦν, εἴτι μὴ ἐπίστασαι, οὐκ ἐπιστήμων εἶ; Ἐκείνου

fidenter, mi tu, hoc modo orationem certe auſpicatus eſt. Utrum ſane, inquit, te, Socrates, hanc, de qua pridem dubitatis, ſcientiam docebo, an oſtendam te ipſam habere? O beate, inquam, hoccine vero in tua ſitum eſt poteſtate? Omnino profecto, inquit. Nunc ergo oſtende, per Jovem, inquam, me illam habere; id enim multo facilius, quam ut ego, qui tam provectus ſum ætate, diſcam. Age vero, mihi reſponde, inquit; eſtne quicquam, quod ſcias? Omnino certe, inquam, et multa, parva ſaltem. Satis eſt, inquit. exiſtimaſne igitur fieri poſſe, ut quidquam eorum, quæ exiſtunt, id ipſum, quod eſt, non ſit? At, per Jovem, non ego. Nonne igitur tu, inquit, ſcis aliquid? Etiam. Nonne igitur ſciens es, ſi modo ſcias? Omnino certe, hujuſce quidem rei. Nihil intereſt. nonne vero neceſſe eſt te omnia ſcire, dum ſciens certe ſis? *Nequaquam*, per Jovem, inquam, quoniam multa alia haud ſcio. Nonne igitur, ſiquid neſcis, non ſci-

γε, ὦ φίλε, ἦν δ' ἐγώ. Ἦττον οὖν τι (ἔφη) οὐκ ἐπιστήμων εἶ; ἄρτι δ' ἐπιστήμων ἔφησθα εἶναι. καὶ οὕτω τυγχάνεις ὢν αὐτὸς οὗτος ὃς εἶ, καὶ αὖ πάλιν οὐκ εἶ, κατὰ ταὐτὰ ἅμα. Εἶεν, (ἦν δ' ἐγὼ) Εὐθύδημε· τὸ γὰρ λεγόμενον, καλὰ δὴ πάντα λέγεις. πῶς οὖν ἐπίσταμαι ἐκείνην τὴν ἐπιστήμην ἣν ἐζητοῦμεν; ὡς δὴ τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι τὸ αὐτὸ εἶναί τε καὶ μή· εἴπερ ἓν ἐπίσταμαι, ἅπαντα ἐπίσταμαι· οὐ γὰρ ἂν εἴην ἐπιστήμων τε καὶ ἀνεπιστήμων ἅμα· εἰ δὲ πάντα ἐπίσταμαι, κἀκείνην δὴ τὴν ἐπιστήμην ἔχω. ἆρα οὕτω λέγεις; καὶ τοῦτό ἐστι τὸ σοφόν; Αὐτὸς σαυτόν γε δὴ ἐξελέγχεις, (ἔφη) ὦ Σώκρατες.

κδ'. Τί δέ; (ἦν δ' ἐγὼ) ὦ Εὐθύδημε, σὺ οὐ πέπονθας τοῦτο τὸ αὐτὸ πάθος; ἐγὼ γάρ τοι μετὰ σοῦ ὁτιοῦν ἂν πάσχων, καὶ μετὰ Διονυσοδώρου τοῦδε, φίλης κεφαλῆς, οὐκ ἂν πάνυ ἀγανακτοίην. εἰπέ μοι, σφὼ οὐχὶ τὰ μὲν ἐπίστασθον τῶν ὄντων, τὰ δὲ οὐκ

ens es? Illius quidem rei, mi tu, inquam. An minus propterea, inquit, non ſciens es? modo vero te ſcientem eſſe dicebas. atque adeo ille ipſe es, qui es, et rurſus contra non es, ſecundum eadem ſimul. Eſto, inquam, Euthydeme; nam, ut fert proverbium, omnia ſane præclara dicis. qua igitur ratione ſcientiam illam, quam quærebamus, ſcio? quoniam nimirum fieri non poteſt, ut quidvis ſit idem, et non ſit; ſi modo unum ſcio, omnia ſcio; neque enim poſſem eſſe ſimul ſciens et neſciens; quod ſi omnia ſcio, illam quoque ſane ſcientiam habeo. itane ergo dicis? et hoccine eſt ſapiens illud? Ipſe teipſum, inquit, certe quidem refellis, Socrates.

24. Quid vero? Euthydeme, inquam, annon hoc ipſum tibi contigit? ego enim profecto, quicquid tecum, cumque hoc Dionyſodoro, dilecto capite, patiar, non valde ægre ferrem. dic mihi, nonne vos alias res ſcitis, alias neſcitis?

ἐπίστασθον; Ἥκιστά γε, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Διονυσόδωρος. Πῶς λέγετον; ἔφην ἐγώ. Ἀλλ' οὐδὲν ἄρα ἐπίστασθον; Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς. Πάντ' ἄρα (ἔφην ἐγὼ) ἐπίστασθον, ἐπειδήπερ καὶ ὁτιοῦν; Πάντ', ἔφη. καὶ σύ γε πρὸς, εἴπερ καὶ ἓν ἐπίστασαι, πάντα ἐπίστασαι. Ὦ Ζεῦ (ἔφην ἐγὼ) ὡς θαυμαστὸν λέγεις· καὶ ἀγαθὸν μέγα πέφανται. μῶν καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πάντ' ἐπίστανται, ἢ οὐδέν; Οὐ γὰρ δήπου (ἔφη) τὰ μὲν ἐπίστανται, τὰ δ' οὐκ ἐπίστανται· καὶ εἰσὶν ἅμα ἐπιστήμονές τε καὶ ἀνεπιστήμονες. Ἀλλὰ τί; ἦν δ' ἐγώ. Πάντες (ἦ δ' ὅς) πάντα ἐπίστανται, εἴπερ καὶ ἕν. Ὦ πρὸς τῶν θεῶν, (ἦν δ' ἐγὼ) ὦ Διονυσόδωρε, (δῆλοι γάρ μοι ἐστὸν ἤδη ὅτι σπουδάζετον, καὶ μόλις ὑμᾶς παρεκαλεσάμην σπουδάζειν) αὐτὼ τῷ ὄντι πάντα ἐπίστασθον; οἷον τεκτονικὴν καὶ σκυτικήν; Πάνυγ', ἔφη. Ἦ καὶ νευρορράφειν αὖ δυνατὼ ἐστόν; Καὶ, ναὶ μὰ Δία, καττύειν, ἔφη.

Minime certe, Socrates, Dionyſodorus inquit. Quî dicitis? inquam. nihilne vero igitur ſcitis? Et maxime, inquit. Omniane igitur, inquam, ſcitis, quoniam et quidlibet? Omnia, inquit. et tu certe præterea, ſi modo vel unum aliquid ſcias, omnia ſcias. Proh Jupiter! inquam; rem dicis admirabilem; et bonum ingens apparuit. num et cæteri omnes omnia ſciunt, vel nihil? Vix enim profecto, opinor, inquit, ſciunt alia, alia neſciunt; et ſunt ſimul tum ſcientes tum neſcientes. At quomodo, inquam, res ſe habet? Omnes, inquit, omnia ſciunt, ſi modo vel unum. O per deos, inquam, Dionyſodore, (nunc enim mihi manifeſtum eſt vos ſerio agere, et ægre vos ad ſerio agendum elicui) ipſine revera omnia ſcitis, ut artem fabrilem, et coriariam? Omnino certe, inquit. An et præterea *calceos* nervis conſuere poteſtis? Næ per Jovem, et eos reficere, inquit. An et

Ἦ καὶ τὰ τοιαῦτα; τοὺς ἀστέρας ὁπόσοι εἰσὶ, καὶ τὴν ἄμμον; Πάνυ γε, ἦ δ᾽ ὅς. εἶτ᾽ οὐκ ἂν οἴει ὁμολογῆσαι ἡμᾶς; Καὶ ὁ Κτήσιππος ὑπολαβὼν, Πρὸς Διὸς, ἔφη, Διονυσόδωρε, τεκμήριόν τι μοὶ τούτων ἐπιδείξατον τοιόνδε, ᾧ εἴσομαι ὅτι ἀληθῆ λέγετον. Τί ἐπιδείξω; ἔφη. Οἶσθα Εὐθύδημον ὁπόσους ὀδόντας ἔχει, καὶ ὁ Εὐθύδημος, ὁπόσους σύ; Οὐκ ἐξαρκεῖ σοι (ἔφη) ἀκοῦσαι ὅτι πάντα ἐπιστάμεθα; Μηδαμῶς, ἦ δ᾽ ὅς· ἀλλὰ τοῦτο ἔτι ἡμῖν μόνον εἴπατον, καὶ ἐπιδείξατον, ὅτι ἀληθῆ λέγετον. καὶ ἐὰν εἴπητον ὁπόσους ἑκάτερος ἔχει ὑμῶν, καὶ φαίνησθε γνόντες, ἡμῶν ἀριθμησάντων, ἤδη πεισόμεθα ὑμῖν καὶ τἆλλα. ἡγουμένω οὖν σκώπτεσθαι, οὐκ ἠθελέτην, ἀλλ᾽ ὡμολογησάτην πάντα χρήματα ἐπίστασθαι, καθ᾽ ἓν ἕκαστον ἐρωτώμενοι ὑπὸ Κτησίππου. ὁ γὰρ Κτήσιππος πάνυ ἀπαρακαλύπτως, οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἠρώτα τελευτῶν, καὶ τὰ αἴσχιστα, εἰ ἐπισταίσθην.

iſta hujuſmodi *ſcitis*? ſtellarum numerum et arenæ? Omnino certe, inquit. putaſne, quæſo, nos non confeſſuros eſſe? Tum excepit Cteſippus, Per Jovem, Dionyſodore, argumentum iſtarum rerum mihi aliquid hujuſmodi præbete, quo vos vera loqui certior ero. Quid præbebo? inquit. Noſtine, quot dentes habeat Euthydemus, atque Euthydemus, quot tu? Non tibi ſat eſt, inquit, audiviſſe nos omnia ſcire? Nequaquam, inquit; ſed hoc unum præterea nobis dicite, et oſtendite vos vera loqui. et ſi dixeritis, quot dentes veſtrum uterque habeat, idque noviſſe videamini, poſtquam nos numeraverimus, tum in cæteris quoque rebus vobis fidem habebimus. Cum igitur ſe irrideri putaverint, noluerunt, ſed confeſſi ſunt ſe omnes res ſcire, dum ſingulatim a Cteſippo interrogabantur. Cteſippus enim inverecunde prorſus nihil non, etiam vel turpiſſima, tandem ab illis in-

τὼ δὲ ἀνδρειότατα ὁμόσε ᾔτην τοῖς ἐρωτήμασιν, ὁμολογοῦντες εἰδέναι· ὥσπερ οἱ κάπροι οἱ πρὸς τὴν πληγὴν ὁμόσε ὠθούμενοι. ὥστ' ἔγωγε καὶ αὐτός, ὦ Κρίτων, ὑπ' ἀπιστίας ἠναγκάσθην τελευτῶν ἐρέσθαι τὸν Εὐθύδημον εἰ καὶ ὀρχεῖσθαι ἐπίσταιτο ὁ Διονυσόδωρος. Ὁ δέ, Πάνυ, ἔφη. Οὐ δήπου (ἦν δ' ἐγὼ) καὶ ἐς μαχαίρας γε κυβιστᾶν, καὶ ἐπὶ τροχοῦ δινεῖσθαι, τηλικοῦτος ὤν. οὕτω πόῤῥω σοφίας ἥκει; Οὐδὲν (ἔφη) ὅ,τι οὔ. Πότερον δὲ (ἦν δ' ἐγὼ) πάντα νῦν μόνον ἐπίστασθον, ἢ καὶ ἀεί; Καὶ ἀεί, ἔφη. Καὶ ὅτε παιδία ἤστην καὶ εὐθὺς γενόμενοι ἠπίστασθε; Πάντα, ἐφάτην ἅμα ἀμφοτέρω. Καὶ ἡμῖν μὲν ἄπιστον ἐδόκει εἶναι τὸ πρᾶγμα. Ὁ δ' Εὐθύδημος, Ἀπιστεῖς, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Πλήν γ' ὅτι (ἦν δ' ἐγὼ) εἰκὸς ὑμᾶς ἐστι σοφοὺς εἶναι. Ἀλλ' ἢν (ἔφη) ἐθελήσῃς μοι ἀποκρίνεσθαι, ἐγὼ ἐπιδείξω καί σε ταῦτα τὰ θαυμαστὰ ὁμολογοῦντα. Ἀλλὰ μὴν (ἦν δ' ἐγὼ) ἥδιστα

terrogabat, utrum ſcirent. hi vero quam fortiſſime quæſtiones invaſerunt, ſcire ſe confitentes; velut apri in ictum irruentes. ut egomet præ incredulitate, Crito, tandem coactus ſim quærere ab Euthydemo, an etiam ſaltare Dionyſodorus ſciret. Ille vero, Omnino, reſpondit. Non utique, opinor, inquam, et in gladios quidem inverſo capite ſaltare, et ſuper rotam volutari, quum tam provectus ſit ætate. eone ſapientiæ proceſſit? Nihil eſt, inquit, quod iſte ignorat. Utrum vero, inquam, omnia jam nunc tantum ſcitis, an etiam ſemper? Etiam ſemper, inquit. Num etiam, quando pueri eratis, ſtatimque ac nati, ſciviſtis. Omnia, reſponderunt ſimul uterque. Tum nobis quidem res incredibilis videbatur. Euthydemus vero ait, Non credis, Socrates. Excepto hoc certe ſolum, inquam, quòd veriſimile eſt vos ſapientes eſſe. Atqui, inquit, ſi mihi volueris reſpondere, oſtendam te quoque

ταῦτα ἐξελέγχωμαι. εἰ γάρ τοι λέληθα ἐμαυτὸν σοφὸς ὤν, σὺ δὲ τοῦτο ἐπιδείξεις ὡς πάντα ἐπίσταμαι καὶ ἀεί, τί μεῖζον ἕρμαιον αὐτοῦ ἂν εὕροιμι ἐν παντὶ τῷ βίῳ; Ἀποκρίνου δή, ἔφη. Ὡς ἀποκρινουμένου ἐρώτα.

κε΄. Ἆρ᾽ οὖν, (ἔφη) ὦ Σώκρατες, ἐπιστήμων του εἶ, ἢ οὔ; Ἔγωγε. Πότερον οὖν ᾧ ἐπιστήμων εἶ, τούτῳ καὶ ἐπίστασαι; ἢ ἄλλῳ τῳ; Ὧ ἐπιστήμων· οἶμαι γάρ σε ψυχὴν λέγειν. ἢ οὐ τοῦτο λέγεις; Οὐκ αἰσχύνῃ, (ἔφη) ὦ Σώκρατες, ἐρωτώμενος ἀντερωτᾷν; Εἶεν, ἦν δ᾽ ἐγώ· ἀλλὰ πῶς ποιῶ; οὕτω γὰρ ποιήσω ὅπως ἂν σὺ κελεύῃς. ὅταν μὴ εἰδῶ ὅ,τι ἐρωτᾷς, κελεύεις με ὅμως ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἐπανέρεσθαι; Ὑπολαμβάνεις γάρ δήπου τὶ (ἔφη) ὃ λέγω. Ἔγωγε, ἦν δ᾽ ἐγώ. Πρὸς τοῦτο τοίνυν ἀποκρίνου ὃ ὑπολαμβάνεις. Τί οὖν; (ἔφην) ἂν σὺ μὲν

hæc mirabilia confitentem. At vero, inquam, quam libentiſſime in his rebus redarguor. nam ſi profecto mihi latuerit me ſapientem eſſe, tu vero oſtenderis ſcire me omnia, et ſemper, quid majus illo lucrum inſperatum in omni vita invenire poſſem? Age, reſponde, inquit. Me ut reſponſurum interroga.

25. An igitur, inquit, alicujus rei ſciens es, Socrates, an non? Etiam. Utrum igitur, quo ſciens es, eo quoque ſcis, an alio quopiam? Quo ſciens ſum; arbitror enim te animam dicere. an non hoc dicis? Non te pudet, Socrates, quum interrogeris, inquit, viciſſim interrogare? Eſto, inquam; ſed quid faciam? ita enim faciam, ut tu juſſeris. quum haud ſciam, quid interrogas, jubeſne tamen me reſpondere, non vero rurſum interrogare? Concipis enim mente profecto, inquit, aliquo modo quod dico. *nonne?* Etiam, inquam. Nunc ergo ad illud, quod mente concipis, reſponde. Quid ergo? inquam, ſi tu quidem aliâ

ἄλλῃ ἐρωτᾷς διανοούμενος, ἐγὼ δὲ ἄλλῃ ὑπολάβω, ἔπειτα πρὸς τοῦτο ἀποκρίνωμαι, ἐξαρκεῖ σοι ἐὰν μηδὲν πρὸς ἔπος ἀποκρίνωμαι; Ἔμοιγε, ἦ δ' ὅς· οὐ μέντοι σοί γε ὡς ἐγῷμαι. Οὐ τοίνυν, μὰ Δία, ἀποκρινοῦμαι (ἦν δ' ἐγὼ) πρότερον πρὶν ἂν πύθωμαι. Οὐκ ἀποκρίνῃ (ἔφη) πρὸς ἃ ἂν ἀεὶ ὑπολαμβάνῃς, ὅτι ἔχων φλυαρεῖς, καὶ ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος. Κἀγὼ ἔγνων αὐτὸν ὅτι μοι χαλεπαίνοι διαστέλλοντι τὰ λεγόμενα, βουλόμενός με θηρεῦσαι, τὰ ὀνόματα περιστήσας. ἀνεμνήσθην οὖν τοῦ Κόννου, ὅτι μοι κἀκεῖνος χαλεπαίνει ἑκάστοτε, ὅταν αὐτῷ μὴ ὑπείκω· ἔπειτά μου ἧττον ἐπιμελεῖται, ὡς ἀμαθοῦς ὄντος. ἐπειδὴ οὖν διενοούμην καὶ παρὰ τούτοιν φοιτᾷν, ᾤηθην δεῖν ὑπείκειν, μή με σκαιὸν ἡγησάμενοι φοιτητὴν, μὴ προσδέχοιντο. εἶπον οὖν, Ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι, Εὐθύδημε, οὕτω ποιεῖν, ποιητέον· σὺ γὰρ πάντως που κάλλιον ἐπίστασαι διαλέγεσθαι ἢ ἐγὼ, [1] τέχνην

mente interroges, ego vero aliâ concepero, et deinde ad hoc reſpondero, ſatiſne eſt tibi, ſi nihil ad rem reſpondero? Mihi quidem inquit; non vero certe tibi, ut opinor. Non ergo, per Jovem, jam reſpondebo, inquam, priuſquam intellexero. Non reſpondes, inquit, ad ea, quæ ſemper mente concipis, quia nugaris, et ineptior es, quam decet. Tum ego illum mihi ſuccenſum animadverti, quòd dicta diſtinguerem, cum ipſe vocabulis circumdatis me captare voluerit. recordatus igitur ſum Conni, quòd ille quoque mihi ſemper ſuccenſet, quando ipſi non obſequor; et deinde mei veluti indocilis minorem curam gerit. quoniam igitur apud hos quoque inſtitui in animo habere, arbitratus ſum obſequi oportere, ne me diſcipulum nequam rati repudiarent. dixi igitur, At ſi tibi, Euthydeme, ita agere videtur, agendum; tu enim omnino melius, opinor, quam ego, diſputandi rationem tenes, quippe tu qui-

1 *τέχνην ἔχων σὺ μὲν, ἐγὼ δ' ἰδιώτης ὢν ἄνθρωπος Steph.* MSS.

ἔχων, ἰδιώτου ἀνθρώπου. ἐρώτα οὖν πάλιν ἐξ ἀρχῆς. Ἀποκρίνου δὴ (ἔφη) πάλιν, πότερον ἐπίστασαί τῳ ἃ ἐπίστασαι, ἢ οὔ; Ἔγωγε, (ἔφην) τῇ γε ψυχῇ. Οὗτος αὖ (ἔφη) προσαποκρίνεται τοῖς ἐρωτωμένοις. οὐ γὰρ ἔγωγε ἐρωτῶ ὅτῳ· ἀλλ' εἰ ἐπίστασαί τῳ. Πλέον αὖ (ἔφην ἐγὼ) τοῦ δέοντος ἀπεκρινάμην ὑπὸ ἀπαιδευσίας· ἀλλὰ συγγίγνωσκέ μοι. ἀποκρινοῦμαι γὰρ ἤδη ἁπλῶς ὅτι ἐπίσταμαί τῳ ἀεὶ ἃ ἐπίσταμαι. Πότερον (ἢ δ' ὅς) τῷ αὐτῷ τούτῳ γ' ἀεί; ἢ ἔστι μὲν ὅτε τούτῳ, ἔστι δὲ ὅτε ἑτέρῳ; Ἀεί, ὅταν ἐπίστωμαι, (ἦν δ' ἐγὼ) τούτῳ. Οὐκ αὖ (ἔφη) παύσῃ παραφθεγγόμενος; Ἀλλ' ὅπως μή τι ἡμᾶς σφάλῃ τὸ ἀεὶ τοῦτο. Οὔκουν ἡμᾶς γε, (ἔφη) ἀλλ' εἴπερ, σέ. ἀλλ' ἀποκρίνου, εἰ ἀεὶ τούτῳ ἐπίστασαι. Ἀεί, ἦν δ' ἐγώ· ἐπειδὴ δεῖ ἀφελεῖν τὸ Ὅταν. Οὐκοῦν ἀεὶ μὲν τούτῳ

dem artem habes, ego vero rudis ſum homo. interroga igitur denuo ab initio. Reſponde denuo profecto, inquit, utrum ea, quæ ſcis, re aliquâ ſcias, an non? Etiam, inquam, certe animâ. Iſte rurſus, inquit, plus, quam oportet, ad quæſita reſpondet. quoniam ego certe non quânam re interrogo; ſed an aliquâ re ſcias. Plus rurſus, inquam, quam oportebat, præ imperitia reſpondi; ſed mihi ignoſcas. jam enim ſimpliciter reſpondebo, quòd ſcio re aliquâ ſemper, quæ ſcio. Utrum, inquit, hâc quidem ipſâ re ſemper? an modo hâc, modo aliâ quâdam? Semper, inquam, hâc, quando ſcio. Non rurſus, inquit, deſines præter rem loqui? At *vereor*, ne illud Semper nos quidpiam fallat. Nos quidem nequaquam, inquit, ſed, ſi modo *fallat*, te *fallet*. ſed reſponde, utrum ſemper hâc re ſcias. Semper, inquam; quandoquidem adimendum eſt illud Quando. Nonne igitur ſemper quidem hâc re

ἐπίστασαι; ἀεὶ δ' ἐπιστάμενος, πότερον τὰ μὲν τούτῳ ἐπίστασαι ᾧ ἐπίστασαι, τὰ δ' ἄλλῳ; ἢ τούτῳ πάντα; Τούτῳ (ἔφην ἐγὼ) ἅπαντα, ἅ γ' ἐπίσταμαι. Τοῦτ' ἐκεῖνο (ἔφη) ἥκει τὸ αὐτὸ παράφθεγμα. Ἀλλ' ἀφαιρῶ (ἔφην ἐγὼ) τὸ, ἅ γ' ἐπίσταμαι. Ἀλλὰ μηδὲ ἓν (ἔφη) ἀφέλῃς· οὐδὲν γάρ σου δέομαι. ἀλλά μοι ἀπόκριναι· δύναιο ἂν ἅπαντα ἐπίστασθαι, εἰ μὴ πάντα ἐπίσταιο; Τέρας γὰρ ἂν εἴη, ἦν δ' ἐγώ. Καὶ ὃς εἶπε, Προστίθει τοίνυν ἤδη ὅ, τι βούλει· ἅπαντα γὰρ ὁμολογεῖς ἐπίστασθαι. Ἔοικα· (ἔφην ἐγὼ) ἐπειδήπερ γε οὐδεμίαν ἔχει δύναμιν τὸ, ἃ ἐπίσταμαι· πάντα δὲ ἐπίσταμαι. Οὐκοῦν καὶ ἀεὶ ὁμολόγηκας ἐπίστασθαι τούτῳ ᾧ ἐπίστασαι; εἴτε ὅταν ἐπίστῃ, εἴτε ὅπως βούλει· ἀεὶ γὰρ ὡμολόγηκας ἐπίστασθαι, καὶ ἅμα πάντα. δῆλον οὖν ὅτι καὶ παῖς ὢν ἠπίστω, καὶ ὅτ' ἐγίγνου, καὶ ὅτ' ἐφύου· καὶ πρὶν αὐτὸς γενέσθαι, καὶ πρὶν οὐρανὸν καὶ γῆν γενέσθαι, ἠπίστω ἅπαντα,

ſcis? ſemper vero ſciens, utrum ſcis quædam hâc re, quâ ſcis, alia vero aliâ quâdam? an hâc re omnia? Hâc re, inquam, omnia, ea certe, quæ ſcio. Hoc nobis eſt idem illud, inquit, incongruens reſponſum. Sed adimo illud, inquam, Ea certe, quæ ſcio. Sed ne unum quidem adimas, inquit; nihil enim auxilii tui indigeo. at mihi reſponde; poſſeſne omnia ſcire, niſi omnia ſcires. Portentum enim eſſet, inquam. Tum dixit ille, Jam itaque addas, quicquid velis; omnia enim fateris te ſcire. Videor, inquam; quandoquidem certe nullam vim habet illud, Ea, quæ ſcio; omnia vero ſcio. Nonne igitur confeſſus es te hâc re, quâ ſcis, etiam ſemper ſcire? ſive quando ſcis, ſive quomodocunque velis; nam confeſſus es te ſemper ſcire, et ſimul omnia. perſpicuum igitur eſt te, etiam quum puer eſſes, et quum gignereris, et quum naſcereris, ſciviſſe; et antequam ipſe natus eſſes, et antequam cœlum et terra oriren-

εἴπερ ἀεὶ ἐπίστασαι. κἀγὼ, νὴ μὰ Δία, (ἔφη) αὐτὸς ἀεὶ ἐπιστήσῃ, καὶ ἅπαντα, ἂν ἐγὼ βούλωμαι. Ἀλλὰ βουληθείης, (ἦν δ' ἐγὼ) ὦ πολύτιμε Εὐθύδημε, εἰ δὴ τῷ ὄντι ἀληθῆ λέγεις. ἀλλ' οὔ σοι πάνυ πιστεύω ἱκανῷ εἶναι, εἰ μή σοι συμβουληθείη ὁ ἀδελφὸς σοῦ οὑτοσὶ Διονυσόδωρος· οὕτω δὲ, τάχ' ἄν.

κϛ'. Εἴπετον δέ μοι, ἦν δ' ἐγώ. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα οὐκ ἔχω ὑμῖν πῶς ἀμφισβητοίην, οὕτως εἰς σοφίαν τερατώδεσιν ἀνθρώποις, ὅπως οὐ πάντα ἐγὼ ἐπίσταμαι, ἐπειδήπερ ὑμεῖς φατέ· τὰ δὲ τοιάδε πῶς φῶ ἐπίστασθαι, Εὐθύδημε; ὡς ἀγαθοὶ ἄνδρες, ἄδικοί εἰσιν. φέρε εἰπὲ, τοῦτο ἐπίσταμαι; ἢ οὐκ ἐπίσταμαι; Ἐπίστασαι μέντοι, ἔφη. Τί; ἦν δ' ἐγώ. Ὅτι οὐκ ἄδικοί εἰσιν οἱ ἀγαθοί. Πάνυ γε (ἦν δ' ἐγὼ) πάλαι. ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐρωτῶ· ἀλλ' ὡς ἄδικοί εἰσιν οἱ ἀγαθοὶ, ποῦ ἐγὼ τοῦτο ἔμαθον; Οὐδαμοῦ, ἔφη ὁ Διονυσόδωρος. Οὐκ ἄρα ἐπίσταμαι (ἔφην) τοῦτο ἐγώ. Διαφθείρεις, ἔφη, τὸν λόγον,

tur, ſciſti omnia, ſi modo ſemper ſcias. et, næ per Jovem, inquit, tu ſemper ſcies, et omnia, ſi ego velim. At utinam volueris, inquam, mi pretioſe Euthydeme, ſi reapſe profecto vera dicas. ſed valere te non penitus confido, niſi tecum conſentiret frater iſte tuus Dionyſodorus; ita vero, fortaſſis.

26. Dicite vero mihi, inquam. quoniam in cæteris quidem rebus vobiſcum contendere non poſſum, viris tam portentoſa ſapientia præditis, quominus ego omnia ſciam, quandoquidem vos affirmatis; res vero hujuſmodi qua ratione ſcire me dicam, Euthydeme? quòd nimirum boni viri injuſti ſint. dic age, hoccine ſcio, an non ſcio? Scis profecto, inquit. Quid? inquam. Quòd boni non ſunt injuſti. Omnino certe, inquam, jampridem. at non iſtud quæro; ſed bonos eſſe injuſtos, ubi ego hoc didici? Nullibi, inquit Dionyſodorus. Non ergo, inquam, hoc ego ſcio. Corrumpis, Dionyſodoro dicit Euthy-

ὁ Εὐθύδημος πρὸς τὸν Διονυσόδωρον· καὶ φανήσεται οὑτοσὶ οὐκ ἐπιστάμενος· καὶ ἐπιστήμων ἅμα ὢν καὶ ἀνεπιστήμων. Καὶ ὁ Διονυσόδωρος ἠρυθρίασεν. Ἀλλὰ σὺ (ἦν δ' ἐγὼ) πῶς λέγεις, ὦ Εὐθύδημε; οὐ δοκεῖ σοι ὀρθῶς ὁ ἀδελφὸς λέγειν, ὁ πάντα εἰδώς; Ἀδελφὸς γὰρ, ἔφη, ἐγώ εἰμι Εὐθυδήμου, ταχὺ ὑπολαβὼν ὁ Διονυσόδωρος; Κἀγὼ εἶπον, Ἔασον, ὦ 'γαθὲ, ἕως ἂν Εὐθύδημός με διδάξῃ ὡς ἐπίσταμαι τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ὅτι ἄδικοί εἰσι· καὶ μή μοι φθονήσῃς τοῦ μαθήματος. Φεύγεις, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Διονυσόδωρος, καὶ οὐκ ἐθέλεις ἀποκρίνεσθαι. Εἰκότως γ', εἶπον ἐγώ· ἥττων γάρ εἰμι καὶ τοῦ ἑτέρου ὑμῶν· ὥστε πολλοῦ δέω μὴ οὐ δύο γε φεύγειν. πολὺ γάρ που εἰμὶ φαυλότερος τοῦ Ἡρακλέους· ὃς οὐχ οἷός τε ἦν τῇ τε ὕδρᾳ διαμάχεσθαι σοφιστείᾳ οὔσῃ, καὶ διὰ τὴν σοφίαν ἀνιείσῃ, εἰ μίαν κεφαλὴν ἀποτμηθείη τοῦ λόγου, πολλὰς ἀντὶ τῆς μιᾶς, καὶ καρκίνῳ ἑτέρῳ τινὶ σοφιστῇ, ἐκ θαλάττης ἀφιγμένῳ,

demus, ſermonem; videbiturque iſte non ſciens; atque eodem tempore ſciens et neſciens. Erubuitque Dionyſodorus. Tu vero, inquam, quid ais, Euthydeme? nonne tibi recte dicere videtur frater tuus, qui omnia ſcit? Ergone frater ſum ego Euthydemi? properanter excepit Dionyſodorus. Ego vero dixi, Sine, vir bone, donec me docuerit Euthydemus ſcire me, quòd viri boni injuſti ſint; neque mihi hanc doctrinam invideas. Fugis, Socrates, Dionyſodorus inquit, neque vis reſpondere. Merito certe, inquam; nam vel alterutri veſtrûm ſum impar; quare multum abeſt, quin duos certe fugiam. nam multo, opinor, imbecillior ſum Hercule; qui non potuit ſimul cum hydra depugnare, (quæ ſophiſtica erat, quæque ſapientiâ ſuâ, ſi unum ſermonis abſciſſum eſſet caput, multa pro uno ſubmittebat) et cum cancro, alio quodam ſophiſta, qui e mari advenerat, nuper, ut mihi videtur, in portum

νεωστὶ, μοὶ δοκεῖν, καταπεπλευκότι· ὃς ἐπειδὴ αὐτὸν ἐλύπει οὕτως, ἐκ τοῦ ἐπ' ἀριστερὰ λέγων καὶ δάκνων, τὸν Ἰόλεων τὸν ἀδελφιδοῦν βοηθὸν ἐπεκαλέσατο· ὁ δὲ αὐτῷ ἱκανῶς ἐβοήθησεν. ὁ δ' ἐμὸς Ἰόλεως, Πατροκλῆς, εἰ ἔλθοι, πλέον ἂν θάτερον ποιήσειεν.

κζ'. Ἀπόκριναι δὴ, (ἔφη ὁ Διονυσόδωρος) ὁπότε σοι ταῦτα ὕμνηται, πότερον ὁ Ἰόλεως τοῦ Ἡρακλέους μᾶλλον ἦν ἀδελφιδοῦς, ἢ σός. Κράτιστον τοίνυν μοι, ὦ Διονυσόδωρε, (ἦν δ' ἐγὼ) ἀποκρίνασθαί σοι. οὐ γὰρ μὴ ἀνῇς ἐρωτῶν· σχεδόν τι (ἐγὼ τοῦτ' εὖ οἶδα) φθονῶν, καὶ διακωλύων ἵνα μὴ διδάξῃ με Εὐθύδημος ἐκεῖνο τὸ σοφόν. Ἀποκρίνου δὴ, ἔφη. Ἀποκρίνουμαι δὴ (εἶπον) ὅτι τοῦ Ἡρακλέους ἦν ὁ Ἰόλεως ἀδελφιδοῦς, ἐμὸς δ' (ὡς ἐμοὶ δοκεῖν) οὐδ' ὁπωστιοῦν. οὐ γὰρ Πατροκλῆς ἦν αὐτῷ πατὴρ, ὁ ἐμὸς ἀδελφός· ἀλλὰ παραπλήσιον μὲν τοὔνομα Ἰφικλῆς, ὁ Ἡρακλέους ἀδελφός. Πατροκλῆς δὲ (ἦ δ' ὅς) σός; Πάνυγ', (ἔφην ἐγὼ) ὁμομήτριός γε, οὐ μέντοι

appulſo; cumque hic ſimili modo eum afflixit, loquendo ac mordendo ad ſiniſtram, Iolaum fratris ſui filium imploravit; ille autem ſatis eum adjuvavit. meus vero Iolaus, Patrocles, ſi veniret, magis hujus contrarium præſtaret.

27. Age, reſponde, inquit Dionyſodorus, quando hæc a te decantata ſint, utrum Iolaus magis Herculi fuerit fratris filius, quam tibi. Optimum igitur mihi eſt, Dionyſodore, inquam, reſpondere tibi. noles enim deſinere interrogare; fere (ut ſatis ſcio) invidens, atque impediens quo minus ſapiens illud me docuerit Euthydemus. Age, reſponde, inquit. Reſpondebo ſane, inquam, Iolaum Herculi fuiſſe fratris filium, mihi vero, ut mihi videtur, nequaquam. quoniam Patrocles, frater meus, huic non erat pater; ſed nomine affinis Iphicles, Herculis frater. Patrocles vero, inquit, tuus? Omnino certe, inquam, eadem quidem matre, non vero eodem patre. Frater

ὁμοπάτριος. Ἀδελφὸς ἄρα ἐστί σοι, καὶ οὐκ ἀδελφός. Οὐχ ὁμοπάτριός γε, ὦ βέλτιστε, ἔφην· ἐκείνου μὲν γὰρ Χαιρέδημος ἦν πατήρ, ἐμὸς δὲ, Σωφρονίσκος. Πατὴρ δὲ ἦν (ἔφη) Σωφρονίσκος, καὶ Χαιρέδημος; Πάνυγ', ἔφην· ὁ μέν γε, ἐμός, ὁ δὲ, ἐκείνου. Οὐκοῦν (ἦ δ' ὅς) ἕτερος ἦν Χαιρέδημος τοῦ πατρός; Τοὐμοῦγ', ἔφην ἐγώ. Ἆρ' οὖν πατὴρ ἦν, ἕτερος ὢν πατρός; ἢ σὺ εἶ ὁ αὐτὸς τῷ λίθῳ; Δέδοικα μὲν ἔγωγ', (ἔφην) μὴ φανῶ ὑπὸ σοῦ ὁ αὐτός· οὐ μέντοι μοι δοκῶ. Οὐκοῦν ἕτερος εἶ (ἔφη) τοῦ λίθου; Ἕτερος μέντοι. Ἄλλο τι οὖν ἕτερος (ἦ δ' ὅς) ὢν λίθου, οὐ λίθος εἶ· καὶ ἕτερος ὢν χρυσοῦ, οὐ χρυσὸς εἶ. Ἔστι ταῦτα. Οὐκοῦν καὶ ὁ Χαιρέδημος, (ἔφη) ἕτερος ὢν πατρὸς, οὐκ ἂν πατὴρ εἴη; Ἔοικεν (ἦν δ' ἐγὼ) οὐ πατὴρ εἶναι. Εἰ γὰρ δήπου, ἔφη, πατήρ ἐστιν ὁ Χαιρέδημος, ὑπολαβὼν ὁ Εὐθύδημος, πάλιν αὖ ὁ Σωφρονίσκος, ἕτερος ὢν πατρὸς, οὐ πατήρ ἐστιν· ὥστε σὺ, ὦ Σώ-

ergo tibi eſt, et non frater. Non eodem quidem patre, dixi, vir optime; illius enim pater erat Chæredemus, meus vero Sophroniſcus. Pater vero, inquit, Sophroniſcus erat, et Chæredemus. *nonne?* Omnino certe,inquam;ille quidem meus, hic vero illius. Nonne igitur, inquit, alius erat Chæredemus a patre? A meo certe, inquam. An igitur pater erat, cum alius a patre eſſet? anne tu idem es, qui lapis? Vereor quidem, inquam, ne per te idem appaream; mihi vero non videor. Nonne igitur, inquit, alius es a lapide? Alius profecto. Ergo, ni tu aliter ſentis, inquit, cum alius ſis a lapide, non es lapis; et, cum alius ſis ab auro, non es aurum. Ita eſt. Nonne igitur Chæredemus quoque, inquit, cum alius ſit a patre, non eſſet pater? Videtur, inquam, non eſſe pater. Nam ſi utique,opinor, excepit Euthydemus, pater ſit Chæredemus,rurſus Sophroniſcus contra,cum alius ſit a patre, non eſt pater; unde tu, Socra-

κράτες, ἀπάτωρ εἶ. Καὶ ὁ Κτήσιππος ἐκδεξάμενος, Ὁ δὲ ὑμέτερος, ἔφη, αὖ πατὴρ οὐ ταὐτὰ ταῦτα πέπονθεν; ἕτερός ἐστιν τοῦ ἐμοῦ πατρός. Πολλοῦ γ', ἔφη, δεῖ, ὁ Εὐθύδημος. Ἀλλὰ (ἦ δ' ὅς) ὁ αὐτός; Ὁ αὐτὸς μέντοι. Οὐκ ἂν συμβουλοίμην. ἀλλὰ πότερον, ὦ Εὐθύδημε, ἐμὸς μόνον ἐστὶ πατὴρ, ἢ καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων; Καὶ τῶν ἄλλων, ἔφη. ἢ οἴει τὸν αὐτὸν, πατέρα ὄντα, οὐ πατέρα εἶναι; Ὤμην δῆτα, ἔφη ὁ Κτήσιππος. Τί δέ; (ἦ δ' ὅς) χρυσὸν ὄντα, μὴ χρυσὸν εἶναι; ἢ ἄνθρωπον ὄντα, μὴ ἄνθρωπον; Μὴ γὰρ, (ἔφη ὁ Κτήσιππος) ὦ Εὐθύδημε, τὸ λεγόμενον, οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις. δεινὸν γὰρ λέγεις πρᾶγμα, εἰ ὁ σὸς πατὴρ, πάντων ἐστὶ πατήρ. Ἀλλ' ἔστιν, ἔφη. Πότερον ἀνθρώπων; (ἦ δ' ὅς ὁ Κτήσιππος) ἢ καὶ ἵππων; ἢ καὶ τῶν ἄλλων πάντων ζώων; Πάντων, ἔφη. Ἦ καὶ μήτηρ, ἡ μήτηρ; Καὶ ἡ μήτηρ γε. Καὶ τῶν ἐχίνων ἄρα (ἔφη) ἡ σὴ μήτηρ μήτηρ ἐστὶ τῶν

tes, ſine patre es. Tum excepit Cteſippus, At veſtro viciſſim patri nonne hæc eadem contigerunt? alius eſt a meo patre. *nonne*? Multo quidem ſecus eſt, inquit Euthydemus. Idemne vero? inquit. Idem profecto. Non conſentirem. atqui, Euthydeme, utrum meus duntaxat pater eſt, an et cæterorum hominum? Et cæterorum, inquit. an opinaris eundem, qui pater ſit, non eſſe patrem? Opinabar ſane, inquit Cteſippus. Quid vero? inquit, id quod aurum ſit, non eſſe aurum? an eum, qui homo ſit, non eſſe hominem. Neque enim profecto, inquit Cteſippus, Euthydeme, linum lino, ut aiunt, connectis. nam gravem rem commemoras, ſi pater tuus eſt omnium pater. Atqui eſt, inquit. Utrum hominum? inquit Cteſippus, an et equorum? an et cæterorum omnium animalium? Omnium, inquit. An et mater, mater? Et mater certe. Ergo echinorum quoque marinorum, inquit, mater

θαλαττίων. Καὶ ἡ σή γ', ἔφη. Καὶ σὺ ἄρα ἀδελφὸς εἶ τῶν κωβιῶν καὶ κυναρίων καὶ χοιριδίων. Καὶ γὰρ σύ, ἔφη. Καὶ πρὸς ἄρα σοι πατήρ ἐστι καὶ κύων. Καὶ γὰρ σοί, ἔφη. Αὐτίκα δέ γε, (ἦ δ' ὃς ὁ Διονυσόδωρος) ἄν μοι ἀποκρίνῃ, ὦ Κτήσιππε, ὁμολογήσεις ταῦτα. εἰπὲ γάρ μοι, ἔστι σοι κύων; Καὶ μάλα πονηρός, ἔφη ὁ Κτήσιππος. Ἔστιν οὖν αὐτῷ κυνίδια; Καὶ μάλ' (ἔφη) ἕτερα τοιαῦτα. Οὐκοῦν πατήρ ἐστιν αὐτῶν ὁ κύων; Ἔγωγέ τοι εἶδον (ἔφη) αὐτὸν ὀχεύοντα τὴν κύνα. Τί οὖν; οὐ σός ἐστιν ὁ κύων; Πάνυ γε, ἔφη. Οὐκοῦν πατὴρ ὤν, σός ἐστιν; ὥστε σὸς πατὴρ γίγνεται ὁ κύων, καὶ σὺ κυναρίων ἀδελφός. Καὶ αὖθις ταχὺ ὑπολαβὼν ὁ Διονυσόδωρος, ἵνα μὴ πρότερόν τι εἴπῃ ὁ Κτήσιππος, Καὶ ἔτι γέ μοι μικρὸν, ἔφη, ἀπόκριναι. τύπτεις τὸν κύνα τοῦτον; Καὶ ὁ Κτήσιππος γελάσας, Νὴ τοὺς θεοὺς, ἔφη· οὐ γὰρ δύναμαι σέ. Οὐκοῦν τὸν σαυτοῦ πατέρα

eſt tua mater. Et tua certe, inquit. Et tu igitur frater es gobiorum et catulorum et porcellorum. Nam et tu, inquit. Et porro tibi igitur pater eſt etiam canis. Nam et tibi, inquit. At continuo quidem, inquit Dionyſodorus, ſi mihi reſpondeas, Cteſippe, hæc confiteberis. dicito enim mihi, eſtne tibi canis? Et malus admodum, inquit Cteſippus. Habetne catulos? Et omnino, inquit, alii ejuſdem indolis. Nonne igitur canis pater illorum eſt? Ipſe profecto vidi, inquit, eum cum cane fœmina coeuntem. Quid ergo? nonne tuus eſt canis? Omnino certe, inquit. Nonne igitur, cum pater ſit, tuus eſt? itaque canis fit tuus pater, et tu catulorum frater. Rurſuſque properanter ſuſcepit Dionyſodorus, ut ne quid prius diceret Cteſippus, Præterea autem parvum quid ſaltem mihi reſponde. verberaſne hunc canem? Tum Cteſippus ridens, Ita, per Deos, inquit; quando te non poſſum. Nonne igitur patrem tuum,

(ἔφη) τύπτεις; Πολὺ μέντοι (ἔφη) δικαιότερον τὸν ὑμέτερον πατέρα τύπτοιμι, ὅ,τι μαθὼν σοφοὺς υἱεῖς οὕτως ἔφυσεν. Ἀλλ' ἦπου, ὦ Εὐθύδημε, (ἔφη ὁ Κτήσιππος) πόλλ' ἀγαθὰ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας σοφίας ταύτης ἀπολέλαυκεν ὁ πατὴρ ὁ ὑμέτερός τε καὶ ὁ τῶν κυνιδίων.

κη'. Ἀλλ' οὐδὲν δεῖται πολλῶν ἀγαθῶν, ὦ Κτήσιππε, οὔτ' ἐκεῖνος, οὔτε σύ. Οὐδὲ σὺ, (ἦ δ' ὃς) ὦ Εὐθύδημε, αὐτός; Οὐδὲ ἄλλος γε οὐδεὶς ἀνθρώπων. εἰπὲ γάρ μοι, ὦ Κτήσιππε, εἰ ἀγαθὸν νομίζεις εἶναι ἀσθενοῦντι φάρμακον πιεῖν, ἢ οὐκ ἀγαθὸν εἶναί σοι δοκεῖ, ὅταν δέηται· ἢ εἰς πόλεμον ὅταν ἴῃ, ὅπλα ἔχοντα μᾶλλον ἰέναι, ἢ ἄνοπλον. Ἔμοιγε, ἔφη. καίτοι οἶμαί τι σε τῶν καλῶν ἐρεῖν. Σὺ ἄριστα εἴσῃ, ἔφη· ἀλλ' ἀποκρίνου. ἐπειδὴ γὰρ ὡμολόγεις ἀγαθὸν εἶναι, φάρμακον, ὅταν δέῃ, πίνειν ἀνθρώπῳ· ἄλλο τι

inquit, verberas? Longe vero, inquit, juſtiùs veſtrum patrem verberarem, *interr'garemque*, quâ de cauſâ ſapientes filios ſic genuerit. At certe, ni fallor, Euthydeme, inquit Cteſippus, multis bonis ex hac veſtra ſapientia veſter ille et catulorum pater potitus eſt.

28. At neque ille neque tu, Cteſippe, multis bonis indigetis. Neque tu ipſe, Euthydeme? inquit. Ne alius quidem quiſquam mortalium. dic enim mihi, Cteſippe, utrum bonum eſſe cenſeas ægrotanti medicamentum bibere, an non bonum tibi videatur, quando indigeat; vel, cum quis ad bellum proficiſcatur, potius armatum quam inermem proficiſci. Mihi certe, inquit, ita videtur. quanquam arbitror te pulchrum quiddam dicturum eſſe. Tu optime intelliges, inquit; at reſponde. quandoquidem enim confitebaris bonum eſſe homini medicamentum bibere, quando opus ſit; hoc bonum, ni tu aliter ſentis,

τοῦτο ἀγαθὸν ὡς πλεῖστον δεῖ πίνειν, καὶ καλῶς ἐκεῖ ἕξει, ἐάν τις αὐτὸ τρίψας, ἐγκεράσῃ ἐλλεβόρου ἅμαξαν. Καὶ ὁ Κτήσιππος εἶπε, Πάνυγε σφόδρα, ὦ Εὐθύδημε, ἐὰν ᾖ γε ὁ πίνων ὅσος ἀνδριὰς ὁ ἐν Δελφοῖς. Οὐκοῦν (ἔφη) καὶ ἐν τῷ πολέμῳ, ἐπειδὴ ἀγαθόν ἐστιν ὅπλα ἔχειν, ὡς πλεῖστα δεῖ ἔχειν δόρατά τε καὶ ἀσπίδας, ἐπειδήπερ ἀγαθόν ἐστι; Μάλα δήπου, ἔφη ὁ Κτήσιππος. σὺ δ' οὐκ οἴει, ὦ Εὐθύδημε, ἀλλὰ μίαν, καὶ ἓν δόρυ; Ἔγωγε. Ἦ καὶ τὸν Γηρυόνην ἂν (ἔφη) καὶ τὸν Βριάρεων οὕτω σὺ ὁπλίσαις; ἐγὼ δὲ ᾤμην σε δεινότερον εἶναι, ἅτε ὁπλομάχην ὄντα, καὶ τόνδε τὸν ἑταῖρον. Καὶ ὁ μὲν Εὐθύδημος ἐσίγησεν· ὁ δὲ Διονυσόδωρος πρὸς τὰ πρότερον ἀποκεκριμένα τῷ Κτησίππῳ ἤρετο, Οὐκοῦν καὶ χρυσίον (ἦ δ' ὅς) ἀγαθὸν δοκεῖ σοι εἶναι ἔχειν; Πάνυ· καὶ ταῦτά γε, πολὺ, ἔφη ὁ

quamplurimum oportet bibere, reſque illic bene ſe habebit, ſiquis id treverit,immiſcueritque veratri vehem. Tum Cteſippus dixit, Omnino quidem et magnopere, Euthydeme, modo ille, qui bibat, tantus ſit, quanta eſt ſtatua Delphica. Nonne igitur, inquit, et in bello, ſiquidem bonum eſt arma habere, quamplurimas oportet habere haſtaſque et clypeos, quoniam certe bonum eſt? Maxime ſane, ut opinor, inquit Cteſippus. tu vero non *revera* putas, Euthydeme, *rem ita ſe habere*; ſed unum *clypeum* et unam haſtam *habendam*, nonne? Ita eſt. Anne etiam Geryonem, inquit, et Briareum tu hoc modo armares? ego vero arbitrabar peritiorem te eſſe, utpote qui hoplomachus es, ut et hunc *tuum* ſodalem. Et tacuit quidem Euthydemus; Dionyſodorus vero adverſus ea, quæ prius reſponderat Cteſippus, *hæc* interrogavit, Nonne igitur et aurum habere, inquit, tibi videtur bonum? Omnino; idque quidem multum, inquit Cteſippus. Quid

Κτήσιππος. Τί οὖν; ἀγαθὸν οὐ δοκεῖ σοι χρήματα ἀεί τ᾽ ἔχειν καὶ πανταχοῦ; Σφόδρα, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τὸ χρυσίον ἀγαθὸν ὁμολογεῖς εἶναι; Ὡμολογήκαμεν οὖν, ἦ δ᾽ ὅς. Οὐκοῦν ἀεὶ δεῖ αὐτὸ ἔχειν, καὶ πανταχοῦ, καὶ ὡς μάλιστα ἐν ἑαυτῷ; καὶ εἴη ἂν εὐδαιμονέστατος, εἰ ἔχοι χρυσίου μὲν τρία τάλαντα ἐν τῇ γαστρὶ, τάλαντον δ᾽ ἐν τῷ κρανίῳ, στατῆρα δὲ χρυσοῦ ἐν ἑκατέρῳ τῷ ὀφθαλμῷ; Φασί γε οὖν, ὦ Εὐθύδημε, (ἔφη ὁ Κτήσιππος) τούτους εὐδαιμονεστάτους εἶναι Σκυθῶν καὶ ἀρίστους ἄνδρας, οἳ χρυσίον τε ἐν τοῖς κρανίοις ἔχουσι πολὺ τοῖς ἑαυτῶν, ὥσπερ σὺ νῦν δὴ ἔλεγες τὸν κύνα τὸν πατέρα· καὶ ὃ θαυμασιώτερόν γε ἔτι, ὅτι καὶ πίνουσιν ἐκ τῶν ἑαυτῶν κρανίων κεχρυσωμένων, καὶ ταῦτα ἐντὸς καθορῶσι, τὴν ἑαυτῶν κορυφὴν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες.

κθ΄. Πότερον δὲ ὁρῶσιν (ἔφη ὁ Εὐθύδημος) καὶ Σκύθαι τε καὶ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τὰ δυνατὰ ὁρᾶν, ἢ τὰ ἀδύνατα; Τὰ

ergo? annon bonum tibi videtur pecunias habere ſemper et ubique? Magnopere, inquit. Nonne igitur et aurum bonum eſſe confiteris? Confeſſi ergo ſumus, inquit. Nonne igitur unumquemque oportet ſemper id habere, et ubique, et quam maxime in ſeipſo? beatiſſimuſque ille eſſet, ſi haberet in ventre auri quidem tria talenta, talentum in cranio, ſtaterem vero aureum in utroque oculo? Ita certe ferunt, Euthydeme, inquit Cteſippus, eos apud Scythas feliciſſimos et primarios viros eſſe, qui multum auri habent in ſuis craniis, quomodo tu paulo ante canem dicebas patrem; quodque adhuc certe mirabilius eſt, illos etiam bibere ex craniis ſuis deauratis, hæcque intus conſpicere, ſuum verticem in manibus geſtantes.

29. Utrum vero vident, inquit Euthydemus, tam Scythæ, quam cæteri homines, quæ poſſunt videri, (τὰ δυνατὰ ὁρᾶν,) an quæ non poſſunt? Quæ poſſunt

δυνατὰ δήπου. Οὐκοῦν καὶ σύ; ἔφη. Κἀγώ. Ὁρᾷς οὖν τὰ ἡμέτερα ἱμάτια; Ναί. Δυνατὰ οὖν ὁρᾶν ἐστὶ ταῦτα; Ὑπερφυῶς, ἔφη ὁ Κτήσιππος. Τί δέ; ἦ δ' ὅς. Μηδέν. Σὺ δ' ἴσως οὐκ οἴει ὁρᾶν αὐτά· οὕτως ἡδὺς εἶ. Ἀλλά μοι δοκεῖς, Εὐθύδημε, οὐ καθεύδων ἐπικεκοιμῆσθαι, [1] καὶ οἷόν τε λέγοντα μηδὲν λέγειν, καὶ σὺ τοῦτο ποιεῖν. Ἦ γὰρ οὐχ οἷόν τε (ἔφη ὁ Διονυσόδωρος) σιγῶντα λέγειν; Οὐδ' ὁπωστιοῦν, ἦ δ' ὃς ὁ Κτήσιππος. Ἆρ' οὐδὲ λέγοντα σιγᾶν; Ἔτι ἧττον, ἔφη. Ὅταν οὖν λίθους λέγῃς, καὶ ξύλα, καὶ σιδήρια, οὐ σιγῶντα λέγεις; Οὔκουν, εἴγε ἐγὼ (ἔφη) παρέρχομαι ἐν τοῖς χαλκείοις· ἀλλὰ φθεγγόμενα καὶ βοῶντα μέγιστον τὰ σιδήρια λέγεται, ἐάν τις ἅψηται. ὥστε τοῦτο μὲν ὑπὸ σοφίας ἔλαθες οὐδὲν εἰπών. Ἀλλ' ἔτι μοι τὸ ἕτερον ἐπιδείξατον, ὅπως αὖ ἐστι λέγοντα σιγᾶν.

utique, opinor. Nonne igitur et tu? inquit. Et ego. Videſne igitur noſtras veſtes? Etiam. Poſſuntne igitur videre iſtæ? (δυνατὰ ὁρᾶν ἐστί;) Egregie, inquit Cteſippus. Quid vero? inquit. Nihil. Tu vero fortaſſis haud putas videre illas; ita ſuavis homo es. At mihi videris, Euthydeme, non dormiens obdormire, ac, ſi fieri poteſt, ut, qui dicit, nihil dicat, id tu quoque facere. Anne ergo fieri non poteſt, inquit Dionyſodorus, ut, qui tacet, dicat? Ne ullo quidem modo, inquit Cteſippus. Anne neque ut, qui dicit, taceat? Adhuc minus, inquit. Quando igitur lapides ligna et ferramenta dicis, nonne tacentia dicis? Profecto non, ſi modo ego, inquit, in æris officinis prætercam; ſed maxime ſonantia et reboantia ferrea dicuntur, ſi quis illa tetigerit. quare in hac quidem re te nihil dixiſſe præ ſapientia latuit. at præterea mihi illud alterum exhibete, quomodo viciſſim fieri poſſit, ut, qui dicit,

1 For. καὶ εἰ οἷόν τι *Steph.*

Καί μοι ἐδόκει ὑπεραγωνιᾷν ὁ Κτήσιππος διὰ τὰ παιδικά. Ὅταν σιγᾷς, (ἔφη ὁ Εὐθύδημος) οὐ πάντα σιγᾷς; Ἔγωγε, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν καὶ τὰ λέγοντα σιγᾷς, εἴπερ τῶν ἁπάντων ἐστὶ τὰ λέγοντα; Τί δέ; (ἔφη ὁ Κτήσιππος) οὐ σιγᾷ πάντα; Οὐ δήπου, ἔφη ὁ Εὐθύδημος. Ἀλλ' ἆρα, ὦ βέλτιστε, λέγει τὰ πάντα; Τά γε δήπου λέγοντα. Ἀλλὰ (ἦ δ' ὅς) οὐ τοῦτο ἐρωτῶ· ἀλλὰ, τὰ πάντα σιγᾷ, ἢ λέγει; Οὐδέτερα, καὶ ἀμφότερα, ἔφη ὑφαρπάσας ὁ Διονυσόδωρος. εὖ γὰρ οἶδα ὅτι τῇ ἀποκρίσει οὐχ ἕξεις ὅ,τι χρῇ. Καὶ ὁ Κτήσιππος, ὥσπερ εἰώθει, μέγα πάνυ ἀνακαγχάσας, Ὦ Εὐθύδημε, ἔφη, ὁ ἀδελφός σου ἐξημφοτέρικε τὸν λόγον, καὶ ἀπόλωλέ τε καὶ ἥττηται. Καὶ ὁ Κλεινίας πάνυ ἥσθη καὶ ἐγέλασεν· ὥστε ὁ Κτήσιππος ἐγένετο πλείων ἢ δεκαπλάσιος. ὁ δ' ἐδόκει

taceat. Et mihi videbatur Cteſippus propter puerum adamatum vehementer contendere. Quando taces, inquit Euthydemus, annon omnia taces? Etiam, inquit. Nonne igitur illa quoque, quæ dicunt, taces, ſi modo ea, quæ dicunt, in numero ſint omnium rerum? Quid vero? inquit Cteſippus, non tacent omnia? Non utique, opinor, inquit Euthydemus. Atqui, vir optime, dicuntne omnia? Ea certe profecto, ut opinor, quæ dicunt. At illud non interrogo, inquit; hoc vero, omniane tacent, an dicunt? Neutra, et utraque, ait ſubripiens ſermonem Dionyſodorus. ſatis enim ſcio te, quomodo huic reſponſioni occurras, non habiturum. Tum Cteſippus, pro more ſuo, maximo ſublato cachinno, Mi Euthydeme, inquit, tuus frater ſermonis utrinque jacturam fecit, periitque et victus eſt. Clinias porro valde delectatus riſit; adeo ut Cteſippus decuplo major factus fuerit. mihi vero

μοι, ἅτε πανοῦργος ὢν ὁ Κτήσιππος παρ' αὐτῶν τούτων αὐτὰ ταῦτα παρηκηκόει. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλων τοιαύτη σοφία τῶν νῦν ἀνθρώπων.

λ'. Κἀγὼ εἶπον, Τί γελᾷς, ὦ Κλεινία, ἐπὶ σπουδαίοις οὕτω πράγμασι καὶ καλοῖς; Σὺ γὰρ ἤδη τι πώποτε εἶδες, ὦ Σώκρατες, καλὸν πρᾶγμα; ἔφη ὁ Διονυσόδωρος. Ἔγωγε, (ἔφην) καὶ πολλά γε, ὦ Διονυσόδωρε. Ἆρα ἕτερα ὄντα τοῦ καλοῦ; (ἔφη) ἢ ταυτὰ τῷ καλῷ; Κἀγὼ ἐν παντὶ ἐγενόμην ὑπὸ ἀπορίας· καὶ ἡγούμην δίκαια πεπονθέναι ὅτι ἔγρυξα. ὅμως δὲ, ἕτερα, ἔφην, αὐτοῦ γε τοῦ καλοῦ· πάρεστι μέντοι ἑκάστῳ αὐτῶν κάλλος τι. Ἐὰν οὖν (ἔφη) παραγένηταί σοι βοῦς, βοῦς εἶ· καὶ ὅτι νῦν ἐγώ σοι πάρειμι, Διονυσόδωρος εἶ. Εὐφήμει τοῦτό γε, ἦν δ' ἐγώ. Ἀλλὰ τίνα τρόπον (ἔφη) ἑτέρου ἑτέρῳ παραγενομένου, τὸ ἕτερον, ἕτερον ἂν εἴη; Ἆρα τοῦτο (ἔφην ἐγὼ) ἀπορεῖς; Ἤδη δὲ τοῖν ἀνδροῖν τὴν σοφίαν ἐπεχείρουν μιμεῖσθαι, ἅτε

videbatur, quòd Cteſippus, utpote qui vafer fuit, hæc ipſa illis ipſis ſublegerat. quoniam iſtiuſmodi ſapientiâ non alius quiſquam hac tempeſtate præditus eſt.

30. Tum dixi, Quid rides, Clinia, de rebus adeo ſeriis ac pulchris? Tune enim jam unquam pulchrum quid, Socrates, vidiſti? inquit Dionyſodorus. Etiam, inquam, et multa certe, Dionyſodore. Anne alia a pulchro, inquit, an eadem cum pulchro? Tum ego omnino hæſitavi; et juſta me pati arbitratus ſum, quòd mutiverim. attamen dixi, alia ab ipſo quidem pulchro; adeſt vero ſingulis pulchritudo quædam. Si igitur, inquit, bos tibi adſit, bos es; et porro, quia ego nunc tibi adſum, Dionyſodorus es. Bona verba hîc ſaltem quæſo, inquam. Quo vero modo, inquit, cum aliud adſit alii, hoc aliud fuerit aliud? Hâc de re, inquam, dubitas? Jam vero virorum ſapientiam conabar imitari, utpote qui illius

ἐπιθυμῶν αὐτῆς. Πῶς γὰρ οὐκ ἀπορῶ (ἔφη) καὶ ἐγὼ καὶ οἱ ἄλλοι ἅπαντες ἄνθρωποι ὃ μή ἐστι; Τί λέγεις, (ἦν δ' ἐγὼ) ὦ Διονυσόδωρε; οὐ τὸ καλὸν, καλόν ἐστι; καὶ τὸ αἰσχρὸν, αἰσχρόν; Ἐὰν ἔμοιγε (ἔφη) δοκῇ. Οὐκοῦν δοκεῖ; Πάνυγε, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τὸ ταυτὸν, ταυτόν; καὶ τὸ ἕτερον, ἕτερον; οὐ γὰρ δήπου τόγε ἕτερον, ταυτόν. ἀλλ' ἔγωγε οὐδ' ἂν παῖδα ᾤμην τοῦτο ἀπορῆσαι ὡς οὐ τὸ ἕτερον, ἕτερόν ἐστιν. ἀλλ', ὦ Διονυσόδωρε, τοῦτο μὲν ἑκὼν παρῆκας· [1] ἔπειτα ἀλλά μοι δοκεῖτε, ὥσπερ οἱ δημιουργοὶ, οἷς ἕκαστα προσήκει ἀπεργάζεσθαι, καὶ ὑμεῖς τὸ διαλέγεσθαι παγκάλως ἀπεργάζεσθαι. Οἶσθα οὖν ὅ,τι προσήκει ἑκάστοις τῶν δημιουργῶν; πρῶτον, τίνα χαλκεύειν προσήκει; Οἶδα ἔγωγε ὅτι χαλκέα. Τί δέ κεραμεύειν; Κεραμέα. Τί δέ σφάττειν τε καὶ ἐκδέρειν, καὶ τὰ μικρὰ κρέα κατακόψαντα ἕψειν καὶ ὀπτᾷν; Μάγειρον, ἦν δ' ἐγώ. Οὐκοῦν ἐάν τις

ſtudioſus eram. Quidni enim, inquit, et ego et cæteri omnes dubitemus de eo, quod minime eſt? Quid ais, inquam, Dionyſodore? nonne pulchrum pulchrum eſt? et turpe turpe? Si mihi certe, inquit, videatur. Nonne igitur videtur? Omnino certe, inquit. Nonne igitur et idem idem eſt? et aliud aliud? quoniam profecto, ut opinor, quod aliud eſt, non idem eſt. at certe ego ne puerum quidem de hoc dubitare arbitrabar, quòd aliud non ſit aliud. at, mi Dionyſodore, hoc quidem ultro prætermiſiſti; quoniam in rebus cæteris videmini mihi, ut artifices, quibus convenit peragere ſingula, ita vos diſputationem perpulchre peragere. Noſtine igitur, quid ſingulis artificibus conveniat? primum, cui æs cudere conveniat? Novi certe ego, quòd fabro ærario. Quid vero, luto fingere? Figulo. Quid vero, jugulare et excoriare, et parvas carnes concidentem elixare et aſſare? Coquo, inquam. Nonne

1 For. ἐπεὶ τὰ ἄλλα *Corn.*

(ἔφη) τὰ προσήκοντα πράττῃ, ὀρθῶς πράξει; Μάλιστα. Προσήκει δέ γε, ὡς φὴς, τὸν μάγειρον κατακόπτειν καὶ ἐκδέρειν. ὡμολόγησας ταῦτα, ἢ οὔ; Ὡμολόγησα, ἔφην· ἀλλὰ συγγνώμην μοι ἔχε. Δῆλον τοίνυν (ἦ δ᾽ ὅς) ὅτι ἄν τις σφάξας τὸν μάγειρον καὶ κατακόψας ἑψήσῃ καὶ ὀπτήσῃ, τὰ προσήκοντα ποιήσει· καὶ ἐὰν τὸν χαλκέα τις αὐτὸν χαλκεύῃ, καὶ τὸν κεραμέα κεραμεύῃ, καὶ οὗτος τὰ προσήκοντα πράξει. Ὦ Πόσειδον· (ἦν δ᾽ ἐγὼ) ἤδη κολοφῶνα ἐπιτίθης τῇ σοφίᾳ. ἆρά μοι ποτὲ αὕτη παραγενήσεται ὥστε μοι οἰκεία γενέσθαι; Ἐπιγνοίης ἂν αὐτὴν, ὦ Σώκρατες (ἔφη) οἰκείαν γενομένην; Ἐάν σύ γε βούλῃ, (ἔφην ἐγὼ) δηλονότι.

λα΄. Τί δέ; (ἦ δ᾽ ὅς) τὰ σαυτοῦ οἴει γιγνώσκειν; Εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. ἀπὸ σοῦ γὰρ δεῖ ἄρχεσθαι, τελευτᾶν δ᾽ εἰς Εὐθύδημον τόνδε. Ἆρ᾽ οὖν (ἔφη) ταῦτα ἡγῇ σὰ εἶναι ὧν ἂν ἄρξῃς, καὶ ἐξῇ σοι αὐτοῖς χρῆσθαι ὅ,τι ἂν βούλῃ; οἷον,

igitur, inquit, ſiquis convenientia agat, recte aget? Maxime. Certe vero convenit, ut ais, coquum concidere et excoriare. hæcne confeſſus es, annon? Confeſſus ſum, inquam; verum da mihi veniam. Jam conſtat igitur, inquit, ſiquis coquum jugulans et concidens elixaverit et aſſaverit, illum convenientia facturum; et ſiquis ipſum fabrum ærarium cudat, et figulum fingat, hunc quoque convenientia acturum. O Neptune! inquam, jam colophonem ſapientiæ imponis. iſtane mihi ita aderit aliquando, ut mihi propria fiat? Cognoſceresne, inquit, illam, Socrates, ſi tibi propria facta fuerit? Si tu quidem velis, inquam, ſcilicet.

31. Quid vero? inquit, tene tua cognoſcere arbitraris? Ni tu aliud quid dicas. a te enim oportet incipere, rem vero claudere apud Euthydemum iſtum. An igitur, inquit, hæc tua eſſe cenſes, quibus imperaveris, quibuſque uti pro arbitratu tibi licuerit? ut, quoad

βοῦς καὶ πρόβατα, ἆρ' ἂν ἡγοῖο ταῦτα σὰ εἶναι, ἅ σοι ἐξείη καὶ ἀποδόσθαι, καὶ δοῦναι, καὶ θῦσαι ὅτῳ βούλει θεῶν; ἃ δ' ἂν μὴ οὕτως ἔχῃ, οὐ σά; Κἀγὼ, (ᾔδειν γὰρ ὅτι ἐξ αὐτῶν καλόν τι ἀνακύψοιτο τῶν ἐρωτημάτων, καὶ ἅμα βουλόμενος ὅτι τάχιστ' ἀκοῦσαι) Πάνυ μὲν οὖν, ἔφην, οὕτως ἔχει· τὰ τοιαῦτα ἐστὶ μόνα ἐμά. Τί δέ; ζῶα (ἔφη) οὐ ταῦτα καλεῖς ἃ ἂν ψυχὴν ἔχῃ; Ναὶ, ἔφην. Ὁμολογεῖς οὖν τῶν ζώων ταῦτα μόνα εἶναι σὰ, περὶ ἃ ἄν σοι ἐξουσία ᾖ πάντα ταῦτα ποιεῖν ἃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον; Ὁμολογῶ. Καὶ ὃς, εἰρωνικῶς πάνυ ἐπισχὼν, ὥς τι μέγα σκοπούμενος, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἔστι σοι Ζεὺς πατρῷος; Καὶ ἐγὼ ὑποπτεύσας ἥξειν τὸν λόγον ᾗπερ ἐτελεύτησεν, ἄπορόν τινα στροφὴν ἔφευγόν τε καὶ ἐστρεφόμην ἤδη, ὥσπερ ἐν δικτύῳ εἰλημμένος· Οὐκ ἔστιν, (ἦν δ' ἐγὼ)

boves atque oves, num hæc tua eſſe cenſeres, quæ vendere, dare, et cuivis Deo ſacrificare tibi liceret? ea vero, quæ aliter conſtituantur, haud tua? Tum ego, (quippe qui noſſem pulchrum quiddam ex quæſtionibus illis emerſurum, ſimulque cuperem quàm celerrime audire) Omnino profectò, inquam, ita res ſe habet; ſolæ ex omnibus res hujuſmodi ſunt meæ. Quid vero? nonne hæc, inquit, vocas animalia, quæ animam habeant? Etiam, inquam. Confiterisne igitur hæc ſola ex animalibus eſſe tua, de quibus tibi ſit poteſtas ea omnia agendi, quæ modo dixi? Confiteor. Ille vero valde εἰρωνικῶς ſe inhibens, quaſi magnum aliquid animo ſuo volveret, Dic mihi, inquit, mi Socrates, eſtne tibi Jupiter patrius? Tum ego, cum ſuſpicarer, in eum locum, quo deſiit, venturum eſſe ſermonem, ambiguâ quâdam ſtrophâ effugi meque jam contorſi, velut in reti captus; Non eſt, Dionyſo-

ὦ Διονυσόδωρε. Ταλαίπωρος ἄρα τὶς σύ γε ἄνθρωπος εἶ· καὶ οὐδὲ Ἀθηναῖος, ᾧ μήτε θεοὶ πατρῷοί εἰσιν, μήτε ἱερά, μήτε ἄλλο μηδὲν καλὸν καὶ ἀγαθόν. Ἔα, (ἦν δ' ἐγὼ) ὦ Διονυσόδωρε, εὐφήμει τε καὶ μὴ χαλεπῶς με προδίδασκε. ἔστι γὰρ ἔμοιγε καὶ βωμοί, καὶ ἱερὰ οἰκεῖα καὶ πατρῷα, καὶ τἆλλα ὅσαπερ τοῖς ἄλλοις Ἀθηναίοις τῶν τοιούτων. Εἶτα τοῖς ἄλλοις (ἔφη) Ἀθηναίοις οὐκ ἔστι Ζεὺς ὁ Πατρῷος; Οὐκ ἔστιν (ἦν δ' ἐγὼ) αὕτη ἡ ἐπωνυμία Ἰώνων οὐδενί, οὐδ' ὅσοι ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως ἀπῳκισμένοι εἰσιν, οὐδ' ἡμῖν· ἀλλὰ Ἀπόλλων Πατρῷος, διὰ τὴν τοῦ Ἴωνος γένεσιν. Ζεὺς δ' ἡμῖν Πατρῷος μὲν οὐ καλεῖται, Ἕρκειος δὲ καὶ Φράτριος· καὶ Ἀθηνᾶ Φρατρία. Ἀλλ' ἀρκεῖ γε, ἔφη ὁ Διονυσόδωρος· ἔστι γάρ σοι, ὡς ἔοικεν, Ἀπόλλων τε καὶ Ζεὺς καὶ Ἀθηνᾶ. Πάνυ, ἦν δ' ἐγώ. Οὐκοῦν καὶ οὗτοί σοι θεοὶ ἂν εἶεν; ἔφη. Πρόγονοι (ἦν δ' ἐγὼ) καὶ

dore, inquam. Certe igitur tu miſer quidam homo es; neque etiam Athenienſis, cui neque Dii patrii, neque ſacra, neque aliud quid honeſtum atque bonum. Sine, inquam, Dionyſodore, bona verba quæſo, neque acerbe mihi præcipias. ſunt enim mihi quidem aræ, et ſacra tum domeſtica tum patria, et cætera quæcunque id genus habeant cæteri Athenienſes. Deinde cæteris, inquit, Athenienſibus non eſt Jupiter Patrius? Non eſt, inquam, appellatio iſta Ionum cuiquam, neque illis, qui ex hac urbe in colonias deducti ſunt, neque nobis; ſed Apollo Patrius, propter Ionis natales. Jupiter vero a nobis Patrius quidem non vocatur, Herceus vero et Phratrius; Minerva quoque Phratria. At ſatis quidem eſt, inquit Dionyſodorus; eſt enim tibi, ut videtur, Apollo, et Jupiter, et Minerva. Omnino, inquam. Nonne igitur hi quoque, inquit, tibi eſſent Dii? Progenitores, in-

δεσπόται. Ἀλλ' οὖν σοί γε, ἔφη. ἢ οὐ σοὺς ὡμολόγηκας αὐτοὺς εἶναι; Ὡμολόγηκα, ἔφην. τί γὰρ πάθω; Οὐκοῦν (ἔφη) καὶ ζῶά εἰσιν οὗτοι οἱ θεοί; ὡμολόγηκας γὰρ, ὅσα ψυχὴν ἔχει, ζῶα εἶναι. ἢ οὗτοι οἱ θεοὶ οὐκ ἔχουσι ψυχήν; Ἔχουσιν, ἦν δ' ἐγώ. Οὐκοῦν καὶ ζῶά εἰσιν; Ζῶα, ἔφην. Τῶν δέ γε ζώων (ἔφη) ὡμολόγηκας ταῦτ' εἶναι σὰ, ὅσα ἄν σοι ἐξῇ καὶ δοῦναι, καὶ ἀποδόσθαι, καὶ θῦσαι ἂν θεῷ ὅτῳ ἂν βούλῃ. Ὡμολόγηκα, ἔφην. οὐκ ἔστι γάρ μοι ἀνάδυσις, ὦ Εὐθύδημε. Ἴθι δή μοι εὐθὺς (ἦ δ' ὅς) εἰπὲ, ἐπειδὴ σὸν ὁμολογεῖς εἶναι τὸν Δία, καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς, ἆρα ἔξεστί σοι αὐτοὺς ἀποδόσθαι, ἢ δοῦναι, ἢ ἄλλ' ὅ,τι ἂν βούλῃ χρῆσθαι ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ζώοις; Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Κρίτων, ὥσπερ πληγεὶς ὑπὸ τοῦ λόγου, ἄφωνος ἐκείμην· ὁ δὲ Κτήσιππός μοι ἰὼν ὡς βοηθήσων, Πύπαξ ὦ Ἡράκλεις· ἔφη, καλοῦ λόγου. Καὶ ὁ Διονυσόδωρος,

quam, et domini. At certe tibi igitur, inquit. an non hos tuos eſſe confeſſus es? Confeſſus ſum, inquam. nam quid agam? Nonne igitur, inquit, Dii iſti animalia quoque ſunt? nam confeſſus es ea omnia, quæ animam habent, eſſe animalia. an Dii iſti non habent animam? Habent, inquam. Nonne igitur et animalia ſunt? Animalia, inquam. At certe ex animalibus, inquit, hæc tua eſſe confeſſus es, quæ et dare, et vendere, et Deo cuilibet ſacrificare liceret. Confeſſus ſum, inquam. neque enim conceditur mihi palinodia, Euthydeme. Agedum, dic mihi, inquit, illico, quoniam tuum eſſe Jovem confiteris, cæteroſque Deos, licetne tibi illos vendere, aut dare, aut illis, ſicut cæteris animalibus, quovis alio modo uti? Ego igitur profecto, mi Crito, tanquam ſermone percuſſus, mutus jacui; Cteſippus vero mihi quaſi auxilio veniens, Pypax proh Hercules! inquit, præclarum ſermonem! Tum Dionyſodorus,

Πότερον οὖν, ἔφη, ὁ Ἡρακλῆς πύπαξ ἐστὶν, ἢ ὁ πύπαξ Ἡρακλῆς; Καὶ ὁ Κτήσιππος, Ὦ Πόσειδον, ἔφη, δεινῶν λόγων. ἀφίσταμαι· ἀμάχω τὼ ἄνδρε.

λβ΄. Ἐνταῦθα μέντοι, ὦ φίλε Κρίτων, οὐδεὶς ὅστις οὐ τῶν παρόντων ὑπερεπῄνεσε τὸν λόγον· καὶ τὼ ἄνδρε γελῶντε καὶ κροτοῦντε καὶ χαίροντε, ὀλίγου παρετάθησαν. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῖς ἔμπροσθεν, ἐφ᾽ ἑκάστοις πᾶσι παγκάλως ἐθορύβουν μόνοι οἱ τοῦ Εὐθυδήμου ἐρασταί· ἐνταῦθα δὲ, ὀλίγου καὶ οἱ κίονες οἱ ἐν τῷ Λυκείῳ ἐθορύβησάν τ᾽ ἐπὶ τοῖν ἀνδροῖν, καὶ ἥσθησαν. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ αὐτὸς οὕτω διετέθην, ὥστε ὁμολογεῖν μηδένας πώποτε τῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν οὕτω σοφούς· καὶ παντάπασι καταδουλωθεὶς ὑπὸ τῆς σοφίας αὐτοῖν, ἐπὶ τὸ ἐπαινεῖν τε καὶ ἐγκωμιάζειν αὐτὼ ἐτραπόμην· καὶ εἶπον, Ὦ μακάριοι σφὼ τῆς θαυμαστῆς φύσεως, οἳ τοσοῦτον πρᾶγμα οὕτω ταχὺ καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐξειργάσασθον. πολλὰ μὲν

Utrum ergo, inquit, Hercules pypax eſt, an pypax Hercules? Tum Cteſippus, O Neptune, inquit, graves ſermones! cedo; inexpugnabiles ſunt iſti viri.

32. Hîc vero, mi Crito, nemo non illorum, qui aderant, ſermonem magnopere laudavit; ipſique viri ridendo crepando exultando pene enecti ſunt. nam prius quidem ſingulis dictis præclariſſime aſtrepebant ſoli Euthydemi ſectatores; hîc vero prope vel Lycei columnæ viris aſtrepuere, et gaviſæ ſunt. egomet igitur profecto ita affectus ſum, ut confiterer me neminem mortalium adeo ſapientem vidiſſe unquam; prorſuſque illorum ſapientiæ mancipatus ad laudandum eos atque ornandum me contuli; dixique, O vos beati propter admirabile ingenium, qui rem tantam tam cito et exiguo tempore abſolviſtis! multa alia quidem præclara habent veſtri ſermones,

οἷω καὶ ἄλλα οἱ λόγοι ὑμῶν καλὰ ἔχουσιν, ὦ Εὐθύδημέ τε καὶ Διονυσόδωρε· ἐν δὲ τοῖς, καὶ τοῦτο μεγαλοπρεπέστερον, ὅτι τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν σεμνῶν δὴ καὶ δοκούντων τὶ εἶναι, οὐδὲν ὑμῖν μέλει, ἀλλὰ τῶν ὁμοίων ὑμῖν μόνον. ἐγὼ γὰρ εὖ οἶδα ὅτι τούτους τοὺς λόγους πάνυ μὲν ἂν ὀλίγοι ἀγαπῷεν ἄνθρωποι ὅμοιοι ὑμῖν· οἱ δ' ἄλλοι οὕτως ἀγνοοῦσιν αὐτοὺς, ὥστ' εὖ οἶδ' ὅτι αἰσχυνθεῖεν ἂν μᾶλλον ἐξελέγχοντες τοιούτοις λόγοις τοὺς ἄλλους, ἢ αὐτοὶ ἐξελεγχόμενοι. καὶ τόδε αὖ ἕτερον δημοτικόν τι καὶ πρᾶον ἐν τοῖς λόγοις, ὅτι ὅταν μὴ φῆτε καλὸν εἶναι μηδὲν μήτε ἀγαθὸν πρᾶγμα, μήτε λευκὸν, μηδ' ἄλλο τῶν τοιούτων μηδὲν, μήτε τοπαράπαν ἑτέρων ἕτερον, ἀτεχνῶς μὲν τῷ ὄντι ξυῤῥάπτετε τὰ στόματα τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ καὶ φατέ· ὅτι δ' οὐ μόνον τὰ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ δόξαιτε ἂν καὶ τὰ ὑμέτερα αὐτοὶ, τοῦτο πάνυ χάριέν τέ ἐστι, καὶ τὸ ἐπαχθὲς τῶν λόγων ἀφαιρεῖται. τὸ δὲ δὴ μέγιστον, ὅτι ταῦτα

Euthydeme et Dionyſodore; in iis vero, hoc quidem præcipue magnificum, quòd plerorumque hominum, et gravium profecto atque honeſtorum, nullam curam geratis, ſed eorum tantum, qui veſtri ſunt ſimiles. ego enim certe ſcio pauciſſimos homines, eoſque veſtri ſimiles, hoſce ſermones affectaturos; cæteri vero ita ignorant eos, ut certo ſciam, magis eos puderet, ſi iſtiuſmodi ſermonibus alios refellerent, quam ſi ipſi refellerentur. hoc aliud vero præterea populare quiddam ac manſuetum ſermonibus ineſt, quòd quando affirmatis nullam eſſe rem pulchram bonamve, aut albam, nec aliud quid ejuſmodi, neque prorſus quidquam ab aliis diverſum, plane quidem revera hominum ora conſuitis, ut vos etiam profitemini; quòd vero non aliorum tantum, ſed veſtra etiam ora ipſi conſuere videri velitis, id et pergratum eſt, et ſermonum offenſionem aufert. ſummum vero profecto eſt;

οὕτως ἔχει ὑμῖν καὶ τεχνικῶς ἐξεύρηται, ὥστε πάνυ ὀλίγῳ χρόνῳ ὁντινοῦν ἂν μαθεῖν ἀνθρώπων. ἔγνων ἔγωγε· καὶ τῷ Κτησίππῳ τὸν νοῦν προσέχων ὡς ταχὺ ὑμᾶς ἐκ τοῦ παραχρῆμα μιμεῖσθαι οἷός τ' ἦν. τούτου μὲν οὖν τοῦ πράγματος σφῷν τὸ σοφὸν, πρὸς μὲν τὸ ταχὺ παραδιδόναι, καλὸν, ἐναντίον δ' ἀνθρώπων διαλέγεσθαι, οὐκ ἐπιτήδειον. ἀλλ' ἄν γέ μοι πείθησθε, εὐλαβήσεσθε μὴ πολλῶν ἐναντίον λέγειν, ἵνα μὴ ταχὺ ἐκμαθόντες, ὑμῖν μὴ εἰδῶσι χάριν. ἀλλὰ μάλιστα μὲν αὐτὼ πρὸς ἀλλήλω μόνω διαλέγεσθον· εἰ δὲ μὴ, εἴπερ ἄλλου του ἐναντίον, ἐκείνου μόνου ὃς ἂν ὑμῖν διδῷ ἀργύριον. τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα, ἐὰν σωφρονῆτε, καὶ τοῖς μαθηταῖς συμβουλεύσετε, μηδέποτε μηδενὶ ἀνθρώπων διαλέγεσθαι, ἀλλ' ἢ ὑμῖν τε καὶ αὐτοῖς. τὸ γὰρ σπάνιον, ὦ Εὐθύδημε, τίμιον· τὸ δὲ ὕδωρ εὐωνότατον, ἄριστον ὂν,

hæc vobis ita conſtitui, atque adeo artificioſe excogitari, ut plane exiguo tempore poſſit quilibet ea diſcere. ego ipſe hoc ſenſi; Cteſippoque animum adverto, quam cito vos eveſtigio imitari poterat. hujus igitur veſtri rei myſterium, eo quod cito quidem doceri poſſit, præclarum eſt, ad diſſerendum vero coram hominibus minus aptum. ſin me ſaltem audiatis, cavebitis, ne coram multis loquamini, ne, ubi cito perdidicerint, vobis non habeant gratiam. at maxime quidem vos ipſi inter vos tantum diſſerite; ſin minus, ſi modo coram alio quopiam, coram illo tantum, qui vobis argentum perſolvat. hæc ipſa vero, ſi ſapitis, veſtros quoque diſcipulos monebitis, ne unquam cum hominum quoquam diſſerant, niſi vobiſcum et ſecum invicem. quod enim rarum, Euthydeme, pretioſum; aqua vero viliſſima, quum ſit optima, ut ait

ὡς ἔφη Πίνδαρος. ἀλλ' ἄγετε (ἦν δ' ἐγώ) ὅπως κἀμὲ καὶ Κλεινίαν τόνδε παραδέξησθον.

λγ'. ΤΑΥΤΑ, ὦ Κρίτων, καὶ ἄλλ' ἄττα ἔτι βραχέα διαλεχθέντες, ἀπῄμεν. σκόπει οὖν ὅπως συμφοιτήσῃς παρὰ τὼ ἄνδρε. ὡς ἐκείνω φατὸν οἵω τ' εἶναι διδάξαι τὸν ἐθέλοντ' ἀργύριον διδόναι, καὶ οὔτε φύσιν οὔθ' ἡλικίαν ἐξείργειν οὐδεμίαν. ὃ δὲ καὶ σοὶ μάλιστα προσήκει ἀκοῦσαι· ὅτι οὐδὲ [1] τοῦ χρηματίζεσθαι φατὸν διακωλύειν οὐδὲν, μὴ οὐ παραλαβεῖν ὁντινοῦν εὐπετῶς τὴν σφετέραν σοφίαν. ΚΡ. Καὶ μὴν, ὦ Σώκρατες, φιλήκοος μὲν ἔγωγε, καὶ ἡδέως ἄν τι μάθοιμι· κινδυνεύω μέντοι κἀγὼ εἷς εἶναι τῶν οὐχ ὁμοίων Εὐθυδήμῳ, ἀλλ' ἐκείνων ὧν δὴ καὶ σὺ ἔλεγες, τῶν ἥδιον ἂν ἐξελεγχομένων ὑπὸ τῶν τοιούτων λόγων ἢ ἐξελεγχόντων. ἀτὰρ γελοῖον μέν μοι δοκεῖ εἶναι τὸ νουθετεῖν σε, ὅμως

Pindarus. verum agite, inquam, ut meque et hunc Cliniam in veſtram diſciplinam recipiatis.

33. CUM hæc, mi Crito, et pauca alia quædam præterea collocuti eſſemus, diſceſſimus. circumſpice igitur, quî nobiſcum ad hos viros accedere poſſis. hi enim profitentur ſe poſſe docere eum, qui argentum perſolvere velit, neque excludere ſe ullum ingenium aut ætatem. quod vero tibi quoque præcipue audire convenit; aiunt, quòd ne lucri quidem comparandi ſtudium omnino impediat, quominus eorum ſapientiam quilibet facile percipiat. CR. Et profectò, Socrates, ipſe audiendi quidem cupidus ſum, libenterque aliquid diſcerem; ſed ego quoque ex illorum numero eſſe videor, qui diſſimiles ſunt Euthydemo, illorum nimirum, quos tu quoque memorabas, qui libentius hujuſmodi ſermonibus refellerentur, quam refellerent. at ridiculum quidem mihi videtur te admonere, vellem tamen, quæ ſaltem audivi, tibi comme-

1 For. τὸ τοῦ

δὲ ἄγ' ἤκουσον, ἐθέλω σοι ἀπαγγεῖλαι. τῶν ἀφ' ὑμῶν ἀπιόντων οἶσθ' ὅτι προσελθών τίς μοι περιπατοῦντι, ἀνὴρ οἰόμενος πάνυ εἶναι σοφὸς, τούτων τις τῶν περὶ τοὺς λόγους τοὺς εἰς τὰ δικαστήρια δεινῶν, Ὦ Κρίτων, ἔφη, οὐδὲν ἀκροᾷ τῶνδε τῶν σοφῶν; Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦν δ' ἐγώ. οὐ γὰρ οἷός τ' ἦν προστὰς κατακούειν, ὑπὸ τοῦ ὄχλου. Καὶ μὴν (ἔφη) ἄξιόν γ' ἦν ἀκοῦσαι. Τί; ἦν δ' ἐγώ. Ἵνα ἤκουσας ἀνδρῶν διαλεγομένων, οἱ νῦν σοφώτατοί εἰσι τῶν περὶ τοὺς τοιούτους λόγους. Κἀγὼ εἶπον, Τί οὖν ἐφαίνοντό σοι; Τί δὲ ἄλλο (ἦ δ' ὅς) ἢ ἅπερ ἀεὶ ἄν τις τῶν τοιούτων ἀκούσαι ληρούντων, καὶ περὶ οὐδενὸς ἀξίων ἀναξίαν σπουδὴν ποιουμένων. οὑτωσὶ γάρ πως καὶ εἶπε τοῖς ὀνόμασι. Καὶ ἐγὼ, Ἀλλὰ μέντοι, ἔφην, χάριέν γέ τοι πρᾶγμά ἐστιν ἡ φιλοσοφία. Ποῖον (ἔφη) χάριεν, ὦ μακάριε; οὐδενὸς μὲν οὖν ἄξιον. ἀλλὰ καὶ εἰ νῦν

morare. noſtine quòd ex illis, qui a vobis diſceſſerunt, acceſſerit mihi deambulanti quidam, homo ſe ſapientiſſimum eſſe putans, quidam nempe ex illis, qui in orationibus judicialibus experti ſunt? Nihilne, inquit, ex iſtis ſapientibus audis, Crito? Non, per Jovem, inquam. nequivi enim ante alios ſtare ut exaudirem, propter multitudinem. Et profecto, inquit, operæ certe pretium erat audire. Quapropter? inquam. Sic viros illos diſputantes audiviſſes, qui hac tempeſtate omnium in hujuſmodi ſermonibus occupatorum ſapientiſſimi ſunt. Ego autem, Quid tibi ergo videbantur? inquam. Quid vero aliud, inquit, quam ea, quæ ſemper quis ab iſtiuſmodi hominibus audire poſſit nugantibus, et in rebus prorſus vilibus vilem operam ponentibus? Sic enim quodammodo verbis quoque locutus eſt. Tum ego, Atqui, inquam, certe quidem res ſcita eſt philoſophia. Quid, inquit, ſcitum, o beate! imo vile prorſus. verum etiam, ſi paulo ante adfuiſſes, plane,

παρεγένου, πάνυ ἄν σε οἶμαι αἰσχυνθῆναι ὑπὲρ τοῦ σεαυτοῦ ἑταίρου· οὕτως ἦν ἄτοπος, ἐθέλων ἑαυτὸν παρέχειν ἀνθρώποις οἷς οὐδὲν μέλει ὅ,τι ἂν λέγωσι, παντὸς δὲ ῥήματος ἀντέχονται. καὶ οὗτοι (ὅπερ ἄρτι ἔλεγον) ἐν τοῖς κρατίστοις εἰσὶ τῶν νῦν. ἀλλὰ γὰρ, ὦ Κρίτων, (ἔφη) τὸ πρᾶγμα αὐτὸ καὶ οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ τῷ πράγματι διατρίβοντες πάνυ φαῦλοί εἰσι καὶ καταγέλαστοι. ἐμοὶ δὲ, ὦ Σώκρατες, τὸ πρᾶγμα ἐδόκει οὐκ ὀρθῶς ψέγειν οὔθ' οὗτος, οὔτ' εἴ τις ἄλλος ψέγει. τὸ μέντοι ἐθέλειν διαλέγεσθαι τοιούτοις ἐναντίον πολλῶν ἀνθρώπων, ὀρθῶς μοι ἐδόκει μέμφεσθαι.

λδ'. ΣΩΚ. Ὦ Κρίτων, θαυμάσιοι εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες. ἀτὰρ οὔπω οἶδα ὅ,τι μέλλω ἐρεῖν. ποτέρων ἦν ὁ προσελθών σοι, καὶ μεμφόμενος τὴν φιλοσοφίαν; πότερον τῶν ἀγωνίσασθαι δεινῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις ῥήτωρ τις, ἢ τῶν τοὺς τοιούτους εἰσπεμπόντων, ποιητὴς λόγων οἷς οἱ ῥήτορες ἀγω-

ut arbitror, erubuiſſes familiaris tui cauſâ; adeo abſurdus erat, quippe qui ſe præbere vellet hominibus, quibus nihil curæ eſt, quid loquantur, unicuique vero vocabulo adhærent. hi porro, ut modo dicebam, inter præſtantiſſimos in hoc ævo exſtant. ſed enim, mi Crito, inquit, res ipſa, et homines, qui in ea verſantur, omnino viles ſunt et ridiculi. Mihi vero, Socrates, haud merito rem illam vituperare viſus eſt ille, neque quiſquis alius eam vituperet. attamen coram multis cum id genus hominibus diſputare velle, id merito reprehendere mihi videbatur.

34. SOC. O Crito, admirabiles ſunt iſtiuſmodi viri. at nondum, quid dicturus ſim, ſcio. utrorum e numero erat ille, qui ad te accedebat, philoſophiamque culpabat? utrum eorum, qui decertandi in foris juridicis periti ſunt, orator aliquis, an eorum, qui iſtiuſmodi homines immittunt, orationum ſcriptor, quibus decer-

νίζονται; ΚΡ. Ἥκιστα, νὴ τὸν Δία, ῥήτωρ· οὐδὲ οἶμαι πώποτ' αὐτὸν ἐπὶ δικαστήριον ἀναβεβηκέναι, ἀλλ' ἐπαΐειν αὐτόν φασι περὶ τοῦ πράγματος, νὴ τὸν Δία, καὶ δεινὸν εἶναι, καὶ δεινοὺς λόγους συντιθέναι. ΣΩΚ. Ἤδη μανθάνω· περὶ τούτων καὶ αὐτὸς νῦν δὴ ἔμελλον λέγειν. οὗτοι γάρ εἰσι μὲν, ὦ Κρίτων, οὓς ἔφη Πρόδικος μεθόρια φιλοσόφου τε ἀνδρὸς καὶ πολιτικοῦ. οἴονται δ' εἶναι πάντων σοφώτατοι ἀνθρώπων· πρὸς δὲ τῷ εἶναι, καὶ δοκεῖν πάνυ παρὰ πολλοῖς. ὥστε παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμεῖν, ἐμποδὼν σφίσιν εἶναι οὐδένας ἄλλους, ἢ τοὺς περὶ φιλοσοφίαν ἀνθρώπους. ἡγοῦνται οὖν, ἐὰν τούτους εἰς δόξαν καταστήσωσι μηδενὸς δοκεῖν ἀξίους εἶναι, ἀναμφισβητήτως ἤδη παρὰ πᾶσι τὰ νικητήρια εἰς δόξαν οἴσεσθαι σοφίας πέρι. εἶναι μὲν γὰρ τῇ ἀληθείᾳ σφᾶς σοφωτάτους· ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις λόγοις ὅταν ἀποληφθῶσιν, ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Εὐθύδημον κολούεσθαι. σοφοὶ δὲ ἡγοῦνται εἶναι πάνυ

tant oratores? CR. Minime, per Jovem, orator; neque arbitror illum unquam in forum juridicum conſcendiſſe, ſed rem ipſam, per Jovem, callere eum aiunt, et ipſum eſſe peritum, peritaſque orationes componere. SOC. Jam teneo; de his ego quoque modo dicturus eram. hi enim ſunt quidem, Crito, quos Prodicus philoſophi et civilis viri confinia vocabat. putant vero ſe omnium hominum ſapientiſſimos exiſtere; et præterea quòd tales exiſtant, ſe quoque tales omnino videri apud multos. quocirca, ut apud omnes clari ſint, nullos alios iis impedimento eſſe, quam philoſophos. opinantur igitur futurum ut, ſi efficerent, ut hi nullius pretii viderentur, jam ſine controverſia apud omnes ſapientiæ nomine palmam reportarent. eſſe enim ſe revera ſapientiſſimos; quum vero in privatis ſermonibus intercipiantur, ab Euthydemi ſectatoribus imminui. ſe vero, omnino ut par eſt, ſapientes eſſe

εἰκότως· μετρίως μὲν γὰρ φιλοσοφίας ἔχειν, μετρίως δὲ πολιτικῶν, πάνυ ἐξ εἰκότος λόγου· μετέχειν γὰρ ἀμφοτέρων ὅσον ἔδει, ἐκτὸς δὲ ὄντες κινδύνων καὶ ἀγώνων καρποῦσθαι τὴν σοφίαν. ΚΡ. Τί οὖν; δοκοῦσί σοί τι, ὦ Σώκρατες, λέγειν; ΣΩΚ. Οὐ γάρ τοι. ΚΡ. Ἀλλ' ὅγε λόγος ἔχει τινὰ εὐπρέπειαν τῶν ἀνδρῶν. ΣΩΚ. Καὶ γὰρ ἔχει ὄντως, ὦ Κρίτων, εὐπρέπειαν μᾶλλον ἢ ἀλήθειαν. οὐ γὰρ ῥᾴδιον αὐτοὺς πεῖσαι ὅτι καὶ ἄνθρωποι, καὶ τἄλλα πάντα ὅσα μεταξύ τινοῖν δυοῖν ἐστι, καὶ ἀμφοτέροιν τυγχάνει μετέχοντα, ὅσα καὶ ἐκ κακοῦ καὶ ἀγαθοῦ, τοῦ μὲν βελτίω, τοῦ δὲ χείρω γίγνεται· ὅσα δὲ ἐκ δυοῖν ἀγαθοῖν μὴ πρὸς ταὐτόν, ἀμφοῖν χείρω, πρὸς ὃ ἂν ἑκάτερον ᾖ χρηστὸν ἐκείνων ἐξ ὧν συνετέθη· ὅσα δὲ ἐκ δυοῖν κακοῖν συντεθέντα μὴ πρὸς τὸ αὐτὸ ὄντοιν, ἐν τῷ μέσῳ ἐστὶ, ταῦτα μόνα βελτίω ἑκατέρου ἐκείνων ἐστὶν ὧν ἀμφοτέρων μέρος μετέχουσι. εἰ μὲν

opinantur; mediocriter enim homineſſe philoſophiâ præditos eſſe, mediocriter quoque rebus civilibus, omnino commode; utriuſque enim participes eſſe, quantum opus, extra vero pericula concertationeſque poſitos ſapientiæ fructus percipere. CR. Quid ergo? anne tibi aliquid momenti dicere videntur, Socrates? SOC. Profecto non. CR. Verum hominum quidem oratio ſpecioſum quid habet. SOC. Namque revera habet, Crito, ſpecioſum colorem magis, quam veritatem. non eſt enim, ut facile iis perſuadeas, homineſque et cætera omnia, quæ in medio ſint duorum quorundam, et utraque participent, quæcunque *ſcilicet* ex malo et bono conſtent, illo quidem meliora eſſe, hoc vero deteriora; quæ vero ex duobus bonis ad idem non tendentibus conſtent, ambobus deteriora eſſe, ad eam rem peragendam, ad quam utile ſit utrumque illorum, ex quibus ſint compoſita; quæ vero, dum ex duobus malis ad idem non tendentibus componuntur, in medio ſint, hæc ſola meliora eſſe utroque illo-

οὖν ἡ φιλοσοφία ἀγαθόν ἐστι καὶ ἡ πολιτικὴ πρᾶξις, πρὸς ἄλλο δὲ ἑκάτερα, οὗτοι δ' ἀμφοτέρων μετέχοντες, τούτων ἐν μέσῳ εἰσίν, οὐδὲν λέγουσιν· ἀμφοτέρων γάρ εἰσι φαυλότεροι· εἰ δὲ ἀγαθὸν καὶ κακόν, τῶν μὲν βελτίους, τῶν δὲ χείρους· εἰ δὲ κακὰ ἀμφότερα, οὕτως ἄν τι λέγοιεν ἀληθές, ἄλλως δ' οὐδαμῶς. οὐκ ἂν οὖν οἶμαι αὐτοὺς ὁμολογῆσαι οὔτε κακὼ αὐτὼ ἀμφοτέρω εἶναι, οὔτε τὸ μέν, κακόν, τὸ δέ, ἀγαθόν. ἀλλὰ τῷ ὄντι οὗτοι ἀμφοτέρων μετέχοντες, ἀμφοτέρων ἥττους εἰσὶ πρὸς ἑκάτερον, πρὸς ὃ ἥ τε πολιτικὴ καὶ ἡ φιλοσοφία ἀξίω λόγου ἐστόν· καὶ τρίτοι ὄντες τῇ ἀληθείᾳ, ζητοῦσι πρῶτοι δοκεῖν εἶναι. συγγινώσκειν μὲν οὖν αὐτοῖς χρὴ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ μὴ χαλεπαίνειν· ἡγεῖσθαι μέντοι τοιούτους εἶναι οἷοί εἰσι· πάντα γὰρ ἄνδρα χρὴ ἀγαπᾶν, ὅστις καὶ ὁτιοῦν λέγει ἐχόμενον φρονήσεως πρᾶγμα, καὶ ἀνδρείως ἐπεξιὼν διαπονεῖται.

rum, quorum utrorumque partem participent. itaque ſi bona ſit philoſophia, et civilis actio, ſed ad diverſum quid tendat utraque, hique, dum utraſque participant, in medio ſint, nihil momenti dicunt; ſunt enim utriſque viliores; ſin vero bona et mala, his quidem meliores, illis vero deteriores; ſin utræque malæ, hac quidem ratione verum aliquid dicerent, aliter vero, nequaquam. arbitror igitur, haud illos confiteri velle, aut malas eſſe utraſque, aut hanc quidem malam, illam vero bonam. ſed hi revera, dum utraſque participant, utriſque inferiores ſunt in utraque re peragenda, in qua æſtimabiles ſunt ars civilis atque philoſophia; et, cum tertii vere exiſtunt, ſtudent, ut primi eſſe videantur. condonandum igitur eſt illis deſiderium, et minime indignandum; ii tamen, ſicut ſunt, ita æſtimandi; unoquoque enim homine contentum eſſe oportet, qui vel quidlibet prudentiæ affine loquitur, in eaque viriliter navat operam, atque laborat.

λέ. ΚΡ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς περὶ τῶν υἱέων (ὥσπερ ἀεὶ πρός σε λέγω) ἐν ἀπορίᾳ εἰμί, τί δεῖ αὐτοῖς χρήσασθαι. ὁ μὲν οὖν νεώτερος, ἔτι καὶ σμικρός ἐστι· Κριτόβουλος δ' ἤδη ἡλικίαν ἔχει, καὶ δεῖταί τινος ὅστις αὐτὸν ὀνήσει. ἐγὼ μὲν οὖν, ὅταν σοὶ ξυγγένωμαι, οὕτω διατίθεμαι ὥστε μοι δοκεῖν μανίαν εἶναι, τὸ ἕνεκα τῶν παίδων ἄλλων μὲν πολλῶν σπουδὴν τοιαύτην ἐσχηκέναι, καὶ περὶ τοῦ γάμου, ὅπως ἐκ γενναιοτάτης ἔσονται μητρὸς, καὶ περὶ τῶν χρημάτων, ὅπως ὡς πλουσιώτατοι, αὐτῶν δὲ περὶ παιδείας ἀμελῆσαι. ὅταν δὲ εἴς τινα ἀποβλέψω τῶν φασκόντων ἂν παιδεῦσαι ἀνθρώπους, ἐκπέπληγμαι· καί μοι δοκεῖ εἷς ἕκαστος αὐτῶν σκοποῦντι πάνυ ἀλλόκοτος εἶναι, ὥς γε πρός σε τἀληθῆ εἰρῆσθαι. ὥστε οὐκ ἔχω ὅπως προτρέπω τὸ μειράκιον ἐπὶ φιλοσοφίαν. ΣΩΚ. Ὦ φίλε Κρίτων, οὐκ οἶσθα ὅτι ἐν παντὶ ἐπιτηδεύματι οἱ μὲν φαῦλοι, πολλοὶ καὶ οὐδενὸς ἄξιοι, οἱ δὲ σπουδαῖοι, ὀλίγοι καὶ τοῦ παντὸς ἄξιοι; ἐπεὶ γυμ-

35. CR. Et profecto, Socrates, ego quoque de filiis meis, ut perpetuo tecum loquor, in dubio ſum, quâ ratione illi tractandi ſint. minor quidem natu etiamnum vel parvus eſt; Critobulus vero jam adulta ætate eſt, eique alicujus opus eſt, qui eum juverit. ego igitur profecto, quum tecum verſor, ita affectus ſum, ut mihi inſania videatur aliarum quidem rerum complurium liberorum gratiâ talem curam habere, matrimoniique, ut ex generoſiſſima matre illi ſuſcepti fuerint, et facultatum, ut quam ditiſſimi fuerint, ipſorum vero inſtitutionem negligere. quum vero ad aliquem de illis reſpicio, qui homines erudire ſe poſſe profitentur, percellor; mihique conſideranti unuſquiſque illorum plane a re alienus videtur, ut tibi ſaltem verum fatear. quare adoleſcentem ad philoſophiam adhortari nequeo. SOC. O mi Crito, ignoraſne in omni diſciplina viles eſſe multos et nullius pretii, ſedulos vero paucos et maximi va-

ναστικὴ οὐ καλὸν δοκεῖ σοι εἶναι, καὶ χρηματιστικὴ καὶ ῥητορικὴ καὶ στρατηγία; ΚΡ. Ἔμοιγε πάντως δήπου. ΣΩΚ. Τί οὖν; ἐν ἑκάστῃ τούτων τοὺς πολλοὺς πρὸς ἕκαστον τὸ ἔργον οὐ καταγελάστους ὁρᾷς; ΚΡ. Ναὶ μὰ τὸν Δία· καὶ μάλα ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Ἦ οὖν τούτου ἕνεκα αὐτός τε φεύξῃ πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τῷ υἱεῖ οὐκ ἐπιτρέψεις; ΚΡ. Οὔκουν δίκαιόν γε, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Μὴ τοίνυν ὅ γε οὐ χρὴ ποίει, ὦ Κρίτων· ἀλλ' ἐάσας χαίρειν τοὺς ἐπιτηδεύοντας φιλοσοφίαν, εἴτε χρηστοί εἰσιν, εἴτε πονηροί, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα βασανίσας καλῶς γε καὶ εὖ, ἐὰν μέν σοι φαίνηται φαῦλον ὄν, πάντ' ἄνδρα ἀπότρεπε, μὴ μόνον τοὺς υἱεῖς· ἐὰν δὲ φαίνηται οἷον οἶμαι αὐτὸ ἐγὼ εἶναι, θαῤῥῶν δίωκε, καὶ ἄσκει, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, αὐτός τε καὶ τὰ παιδία.

ΤΕΛΟΣ ΕΥΘΥΔΗΜΟΥ Η ΕΡΙΣΤΙΚΟΥ.

loris? ſiquidem gymnaſtica, et quæſtus faciendi ſtudium, et rhetorica, et peritia imperatoria, nonne tibi res præclaræ videntur? CR. Mihi certe omnino utique. SOC. Quid ergo? in harum ſingulis nonne plerosque vides in ſingulis operibus peragendis ridiculos? CR. Næ per Jovem; et veriſſime loqueris. SOC. Anne propterea igitur omnes diſciplinas et ipſe averſaberis, filioque denegabis? CR. Haud juſtum certe profecto eſt, Socrates. SOC. Ne igitur, quod certe non oportet, jam agas, Crito; ſed miſſos faciens philoſophiæ ſectatores, an probi ſint, an improbi, re ipſâ recte ac ſatis exploratâ, ſi vilis quidem tibi videatur, unumquemque hominem, non modo filios dehortare; ſin vero talis videatur, qualem ego illam eſſe exiſtimo, animo fidenti illam perſequere et cole, tuque ipſe, ut dici profecto ſolet, et liberi tui.

FINIS EUTHYDEMI SIVE CONTENTIOSI.

Γ Ο Ρ Γ Ι Α Σ,

Η

ΠΕΡΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ,

ΚΑΛΛΙΚΛΗΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΧΑΙΡΕΦΩΝ, ΓΟΡΓΙΑΣ, ΠΩΛΟΣ.

ΠΟΛΕΜΟΥ καὶ μάχης φασὶ χρῆναι, ὦ Σώκρατες, οὕτω μεταλαγχάνειν. ΣΩΚ. Ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν, καὶ ὑστεροῦμεν; ΚΑΛ. Καὶ μάλα γε ἀστείας ἑορτῆς. πολλὰ γὰρ καὶ καλὰ Γοργίας ἡμῖν ὀλίγον

G O R G I A S,

SIVE

DE RHETORICA.

DIALOGI PERSONÆ,

CALLICLES, SOCRATES, CHÆREPHO, GORGIAS, POLUS.

BELLI et pugnæ oportet, ut aiunt, Socrates, hoc modo participem eſſe. SOC. An vero, poſt feſtum, ut dici conſuevit, venimus, et ſerius adſumus? CAL. Et feſtum valde quidem elegans. multa enim præclara nobis Gorgias paulo

πρότερον ἐπεδείξατο. ΣΩΚ. Τούτων μέντοι, ὦ Καλλίκλεις, αἴτιος Χαιρεφῶν ὅδε, ἐν ἀγορᾷ ἀναγκάσας ἡμᾶς διατρίψαι. ΧΑΙΡ. Οὐδὲν πρᾶγμα, ὦ Σώκρατες· ἐγὼ γὰρ καὶ ἰάσομαι. φίλος γάρ μοι Γοργίας· ὥστ᾽ ἐπιδείξεται ἡμῖν, εἰ μὲν δοκεῖ, νῦν· ἐὰν δὲ βούλῃ, εἰσαῦθις. ΚΑΛ. Τί δέ, ὦ Χαιρεφῶν; ἐπιθυμεῖ Σωκράτης ἀκοῦσαι Γοργίου; ΧΑΙΡ. Ἐπ᾽ αὐτό γέ τοι τοῦτο πάρεσμεν. ΚΑΛ. [1] Οὐκοῦν ὅταν βούλεσθε παρ᾽ ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε, παρ᾽ ἐμοὶ Γοργίας καταλύει, καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν. ΣΩΚ. Εὖ λέγεις, ὦ Καλλίκλεις. ἀλλ᾽ ἆρα ἐθελήσειεν ἂν ἡμῖν διαλεχθῆναι; βούλομαι γὰρ πυθέσθαι παρ᾽ αὐτοῦ τίς ἡ δύναμις τῆς τέχνης τοῦ ἀνδρός· καὶ τί ἐστιν ὃ ἐπαγγέλλεταί τε καὶ διδάσκει. τὴν δὲ ἄλλην ἐπίδειξιν εἰσαῦθις, ὥσπερ σὺ λέγεις, ποιησάσθω. ΚΑΛ. Οὐδὲν οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν, ὦ Σώκρατες· καὶ γὰρ αὐτὸ ἓν τοῦτ᾽ ἦν τῆς ἐπιδείξεως. ἐκέλευε γοῦν νῦν δὴ

ante exhibuit. SOC. Hujuſce **quidem rei,** Callicles, cauſa eſt **Chærepho** iſte, dum fecit, ut **nos** in foro immoraremur. **CHÆR.** Nihil refert, Socrates; ſiquidem ego remedium **quoque** adhibebo. mihi enim **amicus** eſt Gorgias; atque adeo, ſi ita quidem videtur, nunc ſpecimen nobis edet; ſin mavis, poſthac. CAL. Quid vero, **Chærepho**? cupitne Socrates **audire** Gorgiam? CHÆR. **Propter** id ipſum certe profecto **adſumus.** **CAL.** Quin ergo, mei viri, ad me domum venire velitis. apud me divertit Gorgias, nobiſque edet ſpecimen. SOC. Bene loqueris, Callicles. at illene voluerit nobiſcum diſſerere? vellem enim ex ipſo ſciſcitari, quæ ſit artis ſuæ virtus; et quidnam illud ſit, quod profitetur et docet. cæterarum vero rerum, quemadmodum ais, ſpecimen poſthac edat. CAL. Nihil perinde juvat, ac ſi ipſe interrogetur, Socrates; namque id ipſum profeſſionis ejus pars erat. certe

1 For. Οὐκοῦν, ὦ τᾶν, βούλεσθε *Hemſterhuſius.*

ἐρωτᾷν ὅ,τι τὶς βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι. ΣΩΚ. Ἦ καλῶς λέγεις. ὦ Χαιρεφῶν, ἐροῦ αὐτόν. ΧΑΙΡ. Τί ἔρωμαι; ΣΩΚ. Ὅστις ἐστίν. ΧΑΙΡ. Πῶς λέγεις; ΣΩΚ. Ὥσπερ ἂν εἰ ἐτύγχανεν ὢν ὑποδημάτων δημιουργὸς, ἀπεκρίνατο ἂν δήπου σοὶ ὅτι σκυτοτόμος. ἢ οὐ μανθάνεις ὃ λέγω; ΧΑΙΡ. Μανθάνω· καὶ ἐρήσομαι.

β'. Εἰπέ μοι, ὦ Γοργία, ἀληθῆ λέγει Καλλικλῆς ὅδε, ὅτι ἐπαγγέλλῃ ἀποκρίνεσθαι ὅ,τι ἄν τις σε ἐρωτᾷ; ΓΟΡ. Ἀληθῆ, ὦ Χαιρεφῶν. καὶ γὰρ δὴ νῦν αὐτὰ ταῦτα ἐπηγγελλόμην· καὶ λέγω ὅτι οὐδείς μέ πω ἠρώτηκε καινὸν οὐδὲν πολλῶν ἐτῶν. ΧΑΙΡ. Ἦπου ἄρα ῥαδίως ἀποκρίνῃ, ὦ Γοργία. ΓΟΡ. Πάρεστι τούτου πεῖραν, ὦ Χαιρεφῶν, λαμβάνειν. ΠΩΛ. Νὴ Δία· ἂν δέ γε βούλῃ, ὦ Χαιρεφῶν,

enim paulo ante jubebat quemlibet ex illis, qui intus erant, quicquid vellet interrogare, ſeque ad omnia reſponſurum promittebat. SOC. Præclare ſane loqueris. tu Chærepho illum interroga. CHÆR. Quid interrogem? SOC. Quiſnam ipſe ſit. CHÆR. Quid iſtuc verbi eſt? SOC. Perinde ac ſi calceorum eſſet artifex, reſponderet nimirum tibi, ut opinor, ſe eſſe ſutorem. an non intelligis, quod dico? CHÆR. Intelligo; et interrogabo.

2. Dic mihi, Gorgia, verene dicit hic Callicles, te profiteri ad omnia reſponſurum, de quibus quilibet te interroget? GOR. Vere, Chærepho. etenim modo ſane hæc ipſa profitebar; et affirmo neminem per multos annos novi quicquam me hactenus interrogaſſe. CHÆR. Profecto ergo crediderim te expedite reſpondere, Gorgia. GOR. Licet hujus rei, Chærepho, experimentum capere. POL. Ita per Jovem; ex me vero, ſi modo velis,

ἐμοῦ. Γοργίας μὲν γὰρ καὶ ἀπειρηκέναι μοι δοκεῖ· πολλὰ γὰρ ἄρτι διελήλυθε. ΧΑΙΡ. Τί δὲ, ὦ Πῶλε; οἴει σὺ κάλλιον ἂν Γοργίου ἀποκρίνασθαι; ΠΩΛ. Τί δὲ τοῦτο, ἐὰν σοί γε ἱκανῶς; ΧΑΙΡ. Οὐδέν· ἀλλ' ἐπειδὴ σὺ βούλει, ἀποκρίνου. ΠΩΛ. Ἐρώτα. ΧΑΙΡ. Ἐρωτῶ δή. εἰ ἐτύγχανε Γοργίας ἐπιστήμων ὢν τῆς τέχνης ἧσπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἡρόδικος, τίνα ἂν αὐτὸν ὠνομάζομεν δικαίως; οὐχ ὅπερ ἐκεῖνον; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΧΑΙΡ. Ἰατρὸν ἄρα φάσκοντες αὐτὸν εἶναι, καλῶς ἂν ἐλέγομεν. ΠΩΛ. Ναί. ΧΑΙΡ. Εἰ δέ γε ἧσπερ Ἀριστοφῶν ὁ Ἀγλαοφῶντος, ἢ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἔμπειρος ἦν τέχνης, τίνα ἂν αὐτὸν ὀρθῶς ἐκαλοῦμεν; ΠΩΛ. Δηλονότι ζωγράφον. ΧΑΙΡ. Νῦν δ' ἐπειδὴ τινὸς τέχνης ἐπιστήμων ἐστὶ, τίνα ἂν καλοῦντες αὐτὸν, ὀρθῶς καλοῖμεν; ΠΩΛ. Ὦ Χαιρεφῶν, πολλαὶ τέχναι ἐν ἀνθρώποις

Chærepho. nam Gorgias quidem mihi videtur etiam defeſſus; multa enim modo diſſeruit. CHÆR. Quid vero, Pole? tune arbitraris te pulchrius, quam Gorgiam, reſpondere poſſe? POL. Quid vero id refert, ſi modo tibi ſatis bene? CHÆR. Nihil; verum, quandoquidem tu vis, reſponde. POL. Interroga. CHÆR. Interrogo nimirum. ſi illius artis Gorgias peritus eſſet, cujus frater ipſius Herodicus, quo nomine eum merito ſignaremus? nonne illo ipſo, quo illum? POL. Omnino quidem. CHÆR. Si ergo medicum eum eſſe ſtatueremus, apte diceremus. POL. Etiam. CHÆR. Sin vero illius quidem artis peritus eſſet, cujus Ariſtophon Aglaophontis filius, aut ejuſdem frater, quo nomine eum recte appellaremus? POL. Pictoris nimirum. CHÆR. Jam vero, quando artis alicujus peritus eſt, quo nomine eum recte appellaremus? POL. O Chærepho, multæ inter homines exiſtunt artes, ex peritiis pe-

εἰσὶν ἐκ τῶν ἐμπειριῶν ἐμπείρως εὑρημέναι. ἐμπειρία μὲν γὰρ ποιεῖ τὸν αἰῶνα ἡμῶν πορεύεσθαι κατὰ τέχνην· ἀπειρία δὲ, κατὰ τύχην. ἑκάστων δὲ τούτων μεταλαμβάνουσιν ἄλλοι ἄλλων ἄλλως· τῶν δὲ ἀρίστων, οἱ ἄριστοι· ὧν καὶ Γοργίας ἐστὶν ὅδε, καὶ μετέχει τῆς καλλίστης τῶν τεχνῶν. ΣΩΚ. Καλῶς γε, ὦ Γοργία, φαίνεται Πῶλος παρεσκευάσθαι εἰς λόγους· ἀλλὰ γὰρ ὃ ὑπέσχετο Χαιρεφῶντι, οὐ ποιεῖ. ΓΟΡ. Τί μάλιστα, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Τὸ δὴ ἐρωτώμενον οὐ πάνυ μοι φαίνεται ἀποκρίνεσθαι. ΓΟΡ. Ἀλλὰ σὺ, εἰ βούλει, ἐροῦ αὐτόν. ΣΩΚ. Οὔκ· εἰ αὐτῷ γε σοὶ βουλομένῳ ἐστὶν ἀποκρίνεσθαι. ἀλλὰ πολὺ ἂν ἥδιον [1] σύ. δῆλος γάρ μοι Πῶλος καὶ ἐξ ὧν εἴρηκεν, ὅτι τὴν καλουμένην ῥητορικὴν μᾶλλον μεμελέτηκεν, ἢ διαλέγεσθαι. ΠΩΛ. Τί δὴ, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ὅτι, ὦ Πῶλε, ἐρομένου Χαιρεφῶντος, τίνος Γοργίας ἐπιστήμων

rite adinventæ. efficit enim peritia quidem, ut vita noſtra ſecundum artem progrediatur; imperitia vero, ut ſecundum fortunam. harum vero ſingularum participes ſunt alii aliarum aliter; optimarum vero optimi; e quorum numero iſte quoque Gorgias eſt, artiumque pulcherrimæ eſt particeps. SOC. Præclare quidem, Gorgia, videtur Polus ad dicendum paratus; at enim illud, quod pollicitus eſt Chærephonti, non præſtat. GOR. Quidnam potiſſimum, Socrates? SOC. Ad illud nimirum, quod interrogatur, haud apte ſatis reſpondere mihi videtur. GOR. Tu vero, ſi velis, illum interroga. SOC. Non; ſi tu quidem ipſe velis reſpondere. ſed multo libentius te *interrogarem.* namque Polum, etiam ex iis, quæ dixit, mihi perſpicuum eſt, magis in rhetorica, uti vocatur, quam in diſſerendi arte ſe exercuiſſe. POL. Cur ita tandem, Socrates? SOC. Quoniam, Pole, interrogante Chærephonte, cujus artis peritus ſit Gor-

1 σέ. MS. *Bodleianus.*

τέχνης, ἐγκωμιάζεις μὲν αὐτοῦ τὴν τέχνην, ὥσπερ τινὸς ψέγοντος. ἥτις δέ ἐστιν οὐκ ἀπεκρίνω. ΠΩΛ. Οὐ γὰρ ἀπεκρινάμην ὅτι εἴη [1]καλλίστη; ΣΩΚ. Καὶ μάλα· ἀλλ' οὐδεὶς ἐρωτᾷ ποία τις εἴη ἡ Γοργίου τέχνη, ἀλλὰ τίς, καὶ ὅντινα δέοι καλεῖν τὸν Γοργίαν. ὥσπερ τὰ ἔμπροσθέν σοι ὑπετείνατο Χαιρεφῶν, καὶ αὐτῷ καλῶς καὶ διὰ βραχέων ἀπεκρίνω· καὶ νῦν οὖν οὕτως εἰπὲ, τίς ἡ τέχνη, καὶ τίνα Γοργίαν καλεῖν χρὴ ἡμᾶς. μᾶλλον δὲ, ὦ Γοργία, αὐτὸς ἡμῖν εἰπὲ τίνα σε χρὴ καλεῖν, [2]ὡς τίνος ἐπιστήμονα τέχνης. ΓΟΡ. Τῆς ῥητορικῆς, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ῥήτορα ἄρα χρή σε καλεῖν. ΓΟΡ. Ἀγαθόν γε, ὦ Σώκρατες· εἰ δὴ ὅ γε εὔχομαι εἶναι (ὥς ἔφη Ὅμηρος) βούλει με καλεῖν. ΣΩΚ. Ἀλλὰ βούλομαι. ΓΟΡ. Κάλει δή. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ ἄλλους σε φῶμεν δυνατὸν εἶναι ποιεῖν; ΓΟΡ. Ἐπαγγέλλομαί γε δὴ ταῦτα οὐ μόνον ἐνθάδε,

gias, laudibus quidem ornas illius artem, perinde ac ſiquis eam vituperaverat; quæ vero illa ſit, non reſpondiſti. POL. Annon ergo reſpondi eſſe illam, quæ omnium pulcherrima eſt? SOC. Maxime; ſed nemo interrogabat, qualis eſſet Gorgiæ ars, ſed quænam eſſet, et quo nomine Gorgias appellandus. quomodo ſuperiores illas quæſtiones tibi propoſuit Chærepho, eique bene et breviter reſpondiſti; dic ergo nunc quoque ſimiliter, quænam ſit ars illa, et quo nomine Gorgiam appellare nos oporteat. quin potius dic nobis ipſe, Gorgia, quo nomine oporteat te appellare, et cujus artis peritum. GOR. Rhetoricæ, Socrates. SOC. Oratorem ergo te appellare oportet. GOR. Et bonum quidem, Socrates; ſi me nimirum, quod glorior eſſe, ut ait Homerus, appellare velis. SOC. Sed volo. GOR. Appella, quæſo. SOC. Nonne igitur dicamus alios quoque te oratores præſtare poſſe? GOR. Hæc nimirum profiteor quidem, non ſolum hîc, verum etiam

1 ἡ καλλίστη; MS. *Bodl.*　　2 καὶ Ficini *Verſio.*

ἀλλὰ καὶ ἄλλοθι. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν ἐθελήσαις ἄν, ὦ Γοργία, ὥσπερ νῦν διαλεγόμεθα, διατελέσαι, τὸ μὲν, ἐρωτῶν, τὸ δ', ἀποκρινόμενος· τὸ δὲ μῆκος τῶν λόγων τοῦτο, οἷον καὶ Πῶλος ἤρξατο, εἰσαῦθις ἀποθέσθαι; ἀλλ' ὅπερ ὑπισχνῇ, μὴ ψεύσῃ, ἀλλὰ ἐθέλησον κατὰ βραχὺ τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνασθαι. ΓΟΡ. Εἰσὶ μὲν, ὦ Σώκρατες, ἔνιαι τῶν ἀποκρίσεων ἀναγκαῖαι διὰ μακρῶν τῶν λόγων ποιεῖσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ πειράσομαί γε ὡς διὰ βραχυτάτων. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἕν ἐστιν ὧν φημι· μηδένα ἂν ἐν βραχυτέροις ἐμοῦ τὰ αὐτὰ εἰπεῖν. ΣΩΚ. Τούτου μὴν δεῖ, ὦ Γοργία· καί μοι ἐπίδειξιν αὐτοῦ τούτου ποίησαι, τῆς βραχυλογίας· μακρολογίας δὲ, εἰσαῦθις. ΓΟΡ. Ἀλλὰ ποιήσω· καὶ οὐδενὸς φήσεις βραχυλογωτέρου ἀκοῦσαι.

γ'. ΣΩΚ. ΦΕΡΕ δή, (ῥητορικῆς γὰρ φῂς ἐπιστήμων τέχνης εἶναι, καὶ ποιῆσαι ἂν καὶ ἄλλον ῥήτορα)

alibi. SOC. Vellesne ergo, Gorgia, pergere, quemadmodum nunc colloquimur, partim quidem interrogare, partim vero reſpondere; iſtiuſmodi vero ſermonum productionem, quam Polus etiam incepit, in aliud tempus differre? ſed in illo, quod polliceris, ne fidem fallas, ſed breviter reſpondere ad illud, quod interrogatur, velis. GOR. Sunt quidem, Socrates, nonnullæ reſponſiones propter quas neceſſarie longi ſermones habendi; non vero *longus ero*, ſed conabor certe quam breviſſime *reſpondere*. namque porro et hoc ipſum de illis unum eſt, quæ profiteor; ſcilicet neminem brevius, quam ego, eadem proferre poſſe. SOC. Hac re profecto opus eſt, Gorgia; mihique hujus ipſius ſpecimen ede, ſcilicet brevitatis; longioris vero orationis, poſthac. GOR. Edam vero; et neminem te audiviſſe breviorem confiteberis.

3. SOC. AGE vero, (te enim artis rhetoricæ peritum eſſe profiteris, et alium quoque ora-

ἡ ῥητορικὴ περὶ [1] τί τῶν ὄντων τυγχάνει οὖσα, ὥσπερ ἡ ὑφαντικὴ περὶ τὴν τῶν ἱματίων ἐργασίαν. ἢ γάρ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ ἡ μουσικὴ περὶ τὴν τῶν μελῶν ποίησιν; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Νὴ τὴν Ἥραν, ὦ Γοργία, ἀγαμαί σου τὰς ἀποκρίσεις, ὅτι ἀποκρίνῃ ὡς οἷόν τε διὰ βραχυτάτων. ΓΟΡ. Πάνυ γὰρ οἶμαι, ὦ Σώκρατες, ἐπιεικῶς τοῦτο ποιεῖν. ΣΩΚ. Εὖ λέγεις. ἴθι δή μοι ἀπόκριναι οὕτως καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς, περὶ τί τῶν ὄντων ἐστὶν ἐπιστήμη. ΓΟΡ. Περὶ λόγους. ΣΩΚ. Ποίους τούτους, ὦ Γοργία; ἆρα οἳ δηλοῦσι τοὺς κάμνοντας, ὡς ἂν διαιτώμενοι ὑγιαίνοιεν; ΓΟΡ. Οὔ. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα περὶ πάντας γε τοὺς λόγους ἡ ῥητορική ἐστιν. ΓΟΡ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν λέγειν γε ποιεῖ δυνατούς. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν περὶ ὧνπερ λέγειν, καὶ φρονεῖν; ΓΟΡ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν καὶ ἣν νῦν δὴ λέγομεν ἰατρικήν, περὶ τῶν

torem præſtare poſſe) rhetorica circa aliquam rem verſatur, ut circa veſtium opificium ars textoria. nonne? GOR. Etiam. SOC. Nonne igitur muſica quoque circa carminum compoſitionem? GOR. Etiam. SOC. Per Junonem, Gorgia, reſponſiones tuas laudo, quòd, quantum breviſſime fieri poteſt, reſpondes. GOR. Arbitror enim, Socrates, id me convenienter prorſus facere. SOC. Recte ais. agedum de rhetorica quoque mihi ſimiliter reſponde, cujuſnam rei ſcientia ſit. GOR. Sermonum. SOC. Qualium, Gorgia? num ii, qui exponunt, qua victûs ratione ægroti convaleſcere poſſint? GOR. Non. SOC. Non ergo circa omnes quidem ſermones rhetorica verſatur. GOR. Profecto non. SOC. At vero homines dicendi certe peritos efficit. GOR. Etiam. SOC. Nonne igitur efficit, ut, de quibus diſſerant, eadem quoque ſapiant? GOR. Quidni enim? SOC. An igitur medicina quoque, de qua modo memoravimus, efficit, ut homi-

1 τὶ MS. *Bodl.* et *Ficin.*

καμνόντων ποιεῖ δυνατοὺς εἶναι φρονεῖν καὶ λέγειν; ΓΟΡ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Καὶ ἡ ἰατρικὴ ἄρα, ὡς ἔοικε, περὶ λόγους ἐστί. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Τούς γε περὶ τὰ νοσήματα; ΓΟΡ. Μάλιστα. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ ἡ γυμναστικὴ περὶ λόγους ἐστὶ, τοὺς περὶ εὐεξίαν τε τῶν σωμάτων καὶ καχεξίαν; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Καὶ μὴν καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι, ὦ Γοργία, οὕτως ἔχουσιν· ἑκάστη αὐτῶν περὶ λόγους ἐστὶ τούτους, οἳ τυγχάνουσιν ὄντες περὶ τὸ πρᾶγμα οὗ ἑκάστη ἐστὶν ἡ τέχνη. ΓΟΡ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Τί οὖν δήποτε τὰς ἄλλας οὐ ῥητορικὰς καλεῖς, οὔσας περὶ λόγους, εἴπερ ταύτην ῥητορικὴν καλεῖς, ἣ ἂν ᾖ περὶ λόγους; ΓΟΡ. Ὅτι, ὦ Σώκρατες, τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν περὶ χειρουργίας τε καὶ τοιαύτας πράξεις (ὡς ἔπος εἰπεῖν) πᾶσά ἐστιν ἡ ἐπιστήμη· τῆς δὲ ῥητορικῆς οὐδέν ἐστι τοιοῦτον χειρούργημα, ἀλλὰ πᾶσα ἡ πρᾶξις

nes de ægrotis ſapere, atque diſſerere valeant? GOR. Neceſſe eſt. SOC. Ergo medicina quoque, ut videtur, circa ſermones verſatur. GOR. Etiam. SOC. Eos certe, qui ad morbos ſpectant. GOR. Maxime. SOC. Nonne igitur gymnaſtica quoque circa ſermones illos verſatur, qui ſpectant ad bonam et malam corporum habitudinem? GOR. Omnino quidem. SOC. Quinetiam cæterarum quoque artium, Gorgia, eadem eſt ratio; unaquæque illarum circa ſermones illos verſatur, qui ad eam rem ſpectant, cujus unaquæque eſt ars. GOR. Ita apparet. SOC. Age, cur tandem igitur cæteras non appellas rhetoricas, quum circa ſermones verſentur, ſiquidem eam rhetoricam appellas, quæcunque circa ſermones verſetur? GOR. Quoniam cæterarum quidem artium, Socrates, omnis ſcientia circa manuum operationes atque ejuſmodi actiones, ut ita dicam, verſatur; rhetoricæ vero nullum eſt ejuſmodi manuale opus, ſed omnis actio

καὶ ἡ κύρωσις διὰ λόγων ἐστί. διὰ ταῦτ' ἐγὼ τὴν ῥητορικὴν τέχνην ἀξιῶ εἶναι περὶ λόγους· ὀρθῶς λέγων, ὡς ἐγώ φημι. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν μανθάνω οἵαν αὐτὴν βούλει καλεῖν; τάχα δὲ εἴσομαι σαφέστερον. ἀλλ' ἀπόκριναι. εἰσὶν ἡμῖν τέχναι. ἦ γάρ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Πασῶν δὴ οἶμαι τῶν τεχνῶν, τῶν μὲν, ἐργασία τὸ πολύ ἐστι, καὶ λόγου βραχέος δέονται· ἔνιαι δὲ, οὐδενός· ἀλλὰ τὸ τῆς τέχνης περαίνοιτο ἂν καὶ διὰ σιγῆς· οἷον γραφικὴ καὶ ἀνδριαντοποιΐα, καὶ ἄλλαι πολλαί. τὰς τοιαύτας μοι δοκεῖς λέγειν, περὶ ἃς οὐ φῂς τὴν ῥητορικὴν εἶναι. ἢ οὔ; ΓΟΡ. Πάνυ μὲν οὖν καλῶς ὑπολαμβάνεις, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ἕτεραι δέ γε εἰσὶ τῶν τεχνῶν αἳ διὰ λόγου πᾶν περαίνουσι, καὶ ἔργου (ὡς ἔπος εἰπεῖν) ἢ οὐδενὸς προσδέονται, ἢ βραχέος πάνυ· οἷον ἡ ἀριθμητικὴ, καὶ ἡ λογιστικὴ, καὶ ἡ γεωμετρικὴ, καὶ ἡ πεττευτική γε, καὶ ἄλλαι πολλαὶ τέχναι. ὧν ἔνιαι σχεδόν γε ἴσους τοὺς

ejus atque primaria virtus in ſermonibus ſita eſt. quapropter ego artem rhetoricam circa ſermones verſari ſtatuo; idque recte, ut ego affirmo. SOC. An igitur intelligo, qualem illam appellare velis? forſan vero dilucidius cognoſcam. ſed reſponde. ſunt nobis artes. nonne? GOR. Etiam. SOC. Ex omnibus profecto, opinor, artibus, nonnullarum quidem pars præcipua eſt operatio, parvoque ſermone illis opus eſt; quibuſdam vero nullo; ſed artis opus etiam per ſilentium peragi poſſet: ut pictura, ſtatuaria, aliæque multæ. illas ejuſmodi mihi dicere videris, circa quas negas rhetoricam verſari. nonne ita eſt? GOR. Præclariſſime quidem rem concipis, Socrates. SOC. Aliæ vero quidem artes ſunt, quæ ſermone omnia peragunt, et opere, ut ita dicam, aut nullo indigent, aut parvo prorſus: ut arithmetica, ars computandi, geometria, et petteutica certe, aliæque multæ artes. quarum nonnullæ tan-

λόγους ἔχουσι ταῖς πράξεσιν, αἱ δὲ πολλαί, πλείους· καὶ τοπαράπαν πᾶσα ἡ πρᾶξις καὶ τὸ κῦρος αὐταῖς διὰ λόγων ἐστί. τῶν τοιούτων τινὰ μοὶ δοκεῖς λέγειν καὶ τὴν ῥητορικήν. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Ἀλλ' οὔτι τούτων γε οὐδεμίαν οἶμαί σε βούλεσθαι ῥητορικὴν καλεῖν· οὐχ ὅτι τῷ ῥήματι οὕτως εἶπες, ὅτι ἡ διὰ λόγου τὸ κῦρος ἔχουσα, ῥητορική ἐστιν· καὶ ὑπολάβοι ἄν τις, εἰ βούλοιτο δυσχεραίνειν τοῖς λόγοις, Τὴν ἀριθμητικὴν ἄρα ῥητορικήν, ὦ Γοργία, λέγεις· ἀλλ' οὐκ οἶμαί σε οὔτε τὴν ἀριθμητικήν, οὔτε τὴν γεωμετρίαν, ῥητορικὴν λέγειν. ΓΟΡ. Ὀρθῶς γὰρ οἴει, ὦ Σώκρατες, καὶ δικαίως ὑπολαμβάνεις.

δ'. ΣΩΚ. Ἴθι νυν, καὶ σὺ τὴν ἀπόκρισιν ἣν ἠρόμην διαπέρανον. ἐπεὶ γὰρ ἡ ῥητορικὴ τυγχάνει μὲν οὖσα τούτων τις τῶν τεχνῶν τῶν τοπολὺ λόγῳ χρωμένων, τυγχάνουσι δὲ καὶ ἄλλαι τοιαῦται οὖσαι, πειρῶ εἰπεῖν ἡ περὶ τί ἐν λό-

tum fere ſermonibus abundant, quantum actionibus, pleræque vero ſuperant; atque omnino omnis illarum actio et vis primaria in ſermonibus ſita eſt. ex illarum hujuſmodi numero dicere mihi videris rhetoricam quoque eſſe. GOR. Vera dicis. SOC. At minime tamen illarum quidem ullam arbitror te rhetoricam velle appellare; non, quia verbo dixeris, illam, quæ in ſermone primariam vim habeat, rhetoricam eſſe; et excipere poſſet aliquis, ſi difficilis eſſe vellet, Ergo arithmeticam, Gorgia, rhetoricam appellas; ſed non arbitror te aut arithmeticam aut geometriam rhetoricam appellare. GOR. Nam recte arbitraris, Socrates, et, ut par eſt, rem tenes.

4. SOC. Age nunc, tu quoque reſponſionem, quam popoſci, abſolve. quum enim rhetorica ex earum artium numero ſit, quæ plurimum ſermone utuntur, ſint vero et aliæ hujuſmodi, dicere aggredere, circa quid rhetorica, quæ in ſermo-

γρις τὸ κῦρος ἔχουσα ῥητορική ἐστιν. ὥσπερ ἂν εἴ τίς με ἔροιτο ὧν νῦν δὴ ἔλεγον περὶ ἡστινοσοῦν τῶν τεχνῶν, Ὦ Σώκρατες, τίς ἐστιν ἡ ἀριθμητικὴ τέχνη; εἴποιμ' ἂν αὐτῷ, ὥσπερ σὺ ἄρτι, Ὅτι τῶν διὰ λόγου τις τὸ κῦρος ἐχουσῶν. καὶ εἴ με ἐπανέροιτο, Τῶν περὶ τί; εἴποιμ' ἄν, Ὅτι τῶν περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ περιττὸν γνῶσις, ὅσα ἂν ἑκάτερα τυγχάνῃ ὄντα. εἰ δ' αὖ ἔροιτο, Τὴν δὲ λογιστικὴν τίνα καλεῖς τέχνην; εἴποιμ' ἄν, Ὅτι καὶ αὕτη ἐστὶ τῶν λόγῳ τὸ πᾶν κυρουμένων. καὶ εἰ ἐπανέροιτο, Περὶ τί; εἴποιμ' ἂν ὥσπερ οἱ ἐν τῷ δήμῳ συγγραφόμενοι, Ὅτι τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ἡ ἀριθμητικὴ, καὶ ἡ λογιστικὴ ἔχει· (περὶ τὸ αὐτὸ γάρ ἐστι τό, τε ἄρτιον καὶ τὸ περιττόν) διαφέρει δὲ τοσοῦτον, ὅτι καὶ πρὸς αὑτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα πῶς ἔχει πλήθους, ἐπισκοπεῖ τὸ περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον ἡ λογιστική. καὶ εἴ τις

nibus primariam vim habet, verſatur. quemadmodum ſiquis me interrogaret de qualibet ex illis artibus, quas modo commorabam, O Socrates, quænam ars eſt arithmetica? dicerem illi, quemadmodum tu paulo ante, Eam eſſe ex illarum artium numero, quæ in ſermone primariam vim habent. et ſi me inſuper interrogaret, Circa quid hæ verſantur? dicerem, *Arithmeticam* eſſe illarum rerum cognitionem, quæ circa par et impar verſantur, quot nimirum hæc utraque exiſtant. quod ſi rurſus interrogaret, Computandi vero artem quam artem appellas? dicerem, Hanc quoque inter eas artes recenſeri, quæ ſermone omnia primarie peragunt. et ſi inſuper interrogaret, Circa quid? dicerem, quemadmodum ſyngraphi in populo, Computandi artem, quoad cætera quidem, ſimiliter ac arithmeticam ſeſe habere; (circa idem enim verſatur, videlicet par et impar) in hoc vero differre, quòd computandi ars par et impar conſiderat, quænam ſit ſecum ipſis et inter ſe invicem multitudinis

τὴν ἀστρονομίαν ἀνέροιτο, ἐμοῦ λέγοντος, ὅτι καὶ αὕτη λόγῳ κυροῦται τὰ πάντα, Οἱ δὲ λόγοι οἱ τῆς ἀστρονομίας εἰ φαίη περὶ τί εἰσιν, ὦ Σώκρατες; εἴποιμ᾽ ἂν, Ὅτι περὶ τὴν τῶν ἄστρων φορὰν, καὶ ἡλίου καὶ σελήνης, πῶς πρὸς ἄλληλα τάχους ἔχει. ΓΟΡ. Ὀρθῶς γε λέγων σὺ, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ἴθι δὴ καὶ σὺ, ὦ Γοργία. τυγχάνει μὲν γὰρ δὴ οὖσα ἡ ῥητορικὴ τῶν λόγῳ τὰ πάντα διαπραττομένων τε καὶ κυρουμένων τίς. ἦ γάρ; ΓΟΡ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩΚ. Λέγε δὴ τῶν περὶ τί ἐστι τοῦτο τῶν ὄντων, περὶ οὗ οὗτοι οἱ λόγοι εἰσὶν οἷς ἡ ῥητορικὴ χρῆται. ΓΟΡ. Τὰ μέγιστα τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων, ὦ Σώκρατες, καὶ ἄριστα. ΣΩΚ. Ἀλλ᾽, ὦ Γοργία, ἀμφισβητήσιμον καὶ τοῦτο λέγεις, καὶ οὐδέν πω σαφές. οἴομαι γάρ σε ἀκηκοέναι ἐν τοῖς συμποσίοις ᾀδόντων ἀνθρώπων τοῦτο τὸ σκολιόν· ἐν ᾧ καταριθμοῦνται ᾄδοντες, ὅτι

ratio. et ſiquis de aſtronomia interrogaret, poſtquam dixiſſem, hanc quoque ſermone omnia primarie peragere, ſi, *inquam*, quæreret, Circa quid vero, Socrates, verſantur aſtronomiæ ſermones? dicerem, Circa aſtrorum motus ſoliſque et lunæ, quænam ſit mutuæ inter ſe celeritatis ratio. GOR. Certe recte hæc tu, Socrates. SOC. Agedum et tu, Gorgia. nam rhetorica profecto ex artium numero eſt, quæ ſermone omnia efficiunt et primarie peragunt. nonne? GOR. Eſt ita. SOC. Dic age, circa quid ex rebus omnibus res illæ verſantur, ad quas illud pertinet, de quo illi agunt ſermones, quibus utitur rhetorica. GOR. Maximas rerum humanarum, Socrates, atque optimas. SOC. Sed hoc quoque, Gorgia, ambigue loqueris, neque ullo modo perſpicue. audiviſti enim in conviviis, opinor, homines hoc carmen canentes; in quo hunc ordinem, dum canunt, ſequuntur; optimum quidem eſſe bene

ὑγιαίνειν μὲν, ἄριστόν ἐστι· τὸ δὲ δεύτερον, καλὸν γενέσθαι· τρίτον δὲ, (ὥς φησιν ὁ ποιητὴς τοῦ σκολιοῦ) τὸ πλουτεῖν ἀδόλως. ΓΟΡ. Ἀκήκοα γάρ· ἀλλὰ πρὸς τί λέγεις τοῦτο; ΣΩΚ. Ὅτι σοι αὐτίκα ἂν παρασταῖεν οἱ δημιουργοὶ τούτων ὧν ἐπῄνεσεν ὁ τὸ σκολιὸν ποιήσας, ἰατρός τε, καὶ παιδοτρίβης, καὶ χρηματιστής. καὶ εἴποι πρῶτον μὲν ὁ ἰατρὸς, Ὅτι, ὦ Σώκρατες, ἐξαπατᾷ σε Γοργίας· οὐ γάρ ἐστιν ἡ τούτου τέχνη περὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἡ ἐμή. εἰ οὖν αὐτὸν ἐγὼ ἐροίμην, Σὺ δὲ τίς ὢν ταῦτα λέγεις; εἴποι ἂν ἴσως, ὅτι ἰατρός. Τί οὖν λέγεις; ἢ τὸ τῆς σῆς τέχνης ἔργον μέγιστόν ἐστιν ἀγαθόν; Πῶς γὰρ οὔ, (φαίη ἂν ἴσως) ὦ Σώκρατες, ὑγίεια; τί δ' ἐστὶ μεῖζον ἀγαθὸν ἀνθρώποις ὑγιείας; εἰ δ' αὖ μετὰ τοῦτον ὁ παιδοτρίβης εἴποι, Ὅτι θαυμάζοιμί τ' ἂν, ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς, εἴ σοι ἔχει Γοργίας μεῖζον ἀγαθὸν ἐπιδεῖξαι τῆς αὐτοῦ τέχνης, ἢ ἐγὼ τῆς ἐμῆς· εἴποιμ' ἂν αὖ καὶ πρὸς τοῦτον, Σὺ δὲ δὴ

valere; ſecundum autem pulchrum eſſe; tertium, ut ait carminis auctor, ſine fraude divitem eſſe. GOR. Audivi nimirum; ſed quorſum iſtud? SOC. Quia tibi continuo ſe ſiſterent earum rerum artifices, quas laudavit carminis auctor, medicus videlicet, puerorum exercitor, et quæſtus faciendi ſtudioſus. et diceret primum quidem medicus, Decipit te Gorgias, Socrates; quoniam ipſius ars circa maximum in vita humana bonum minime verſatur, mea vero. ſi ergo illum interrogarem, Tu vero quiſnam es, qui hæc ais? diceret forſan ſe medicum eſſe. Quid ergo ais? tuæne artis opus maximum eſt bonum? Quidni enim, Socrates, (forſan diceret) bona valetudo? quid autem majus in vita humana bonum, quam bona valetudo? ſi vero poſt hunc viciſſim diceret puerorum exercitor, Mirarer ego quoque, Socrates, ſi Gorgias majus ex arte ſua bonum exhibere tibi poſſit, quam ego ex mea; huic quoque dicerem viciſſim, Age, tu vero quiſ-

τίς εἶ, ὦ ἄνθρωπε; καὶ τί τὸ σὸν ἔργον; Παιδοτρίβης, (φαίη ἂν) ὃ δὲ ἔργον μου ἐστὶ, καλούς τε καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ σώματα. μετὰ δὴ τὸν παιδοτρίβην εἴποι ἂν ὁ χρηματιστὴς (ὡς ἐγῷμαι) πάνυ καταφρονῶν ἁπάντων, Σκόπει δῆτα, ὦ Σώκρατες, ἐάν σοι πλούτου φανῇ τι μεῖζον ἀγαθὸν ὂν, ἢ παρὰ Γοργίᾳ, ἢ παρ' ἄλλῳ ὁτῳοῦν. φαῖμεν ἂν οὖν πρὸς αὐτὸν, Τί δαὶ δή; σὺ τούτου δημιουργός; Φαίη ἄν. Τίς ὤν; Χρηματιστής. Τί οὖν; κρίνεις σὺ μέγιστον ἀνθρώποις ἀγαθὸν εἶναι πλοῦτον; φήσομεν. Πῶς γὰρ οὔκ; ἐρεῖ. Καὶ μὴν ἀμφισβητεῖ γε Γοργίας ὅδε τὴν παρ' αὐτοῦ τέχνην μείζονος ἀγαθοῦ αἰτίαν εἶναι ἢ τὴν σήν· φαῖμεν ἂν ἡμεῖς. δῆλον οὖν ὅτι ὁ μετὰ τοῦτο ἔροιτ' ἂν, Καὶ τί ἐστι τοῦτο τὸ ἀγαθόν; Ἀποκρινάσθω Γοργίας. Ἴθι οὖν νομίσας, ὦ Γοργία, ἐρωτᾶσθαι καὶ ὑπ' ἐκείνων καὶ ὑπ' ἐμοῦ, ἀπόκριναι τί ἐστι τοῦτο ὃ φῂς σὺ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι τοῖς

nam es, mi homo? et quidnam eſt opus tuum? Sum puerorum exercitor, diceret ille; meum vero opus eſt, ut hominum corpora pulchra ac robuſta efficiam. poſt autem puerorum exercitorem diceret pecuniæ comparandæ ſtudioſus, plane, ut opinor, omnes deſpiciens, Vide profecto, Socrates, an majus tibi videatur bonum, quam divitiæ, ſive apud Gorgiam, ſive apud alium quenquam. ei ergo diceremus, Age vero, reſponde, tune earum artifex? Conſentiret. Quiſnam es ergo? Quæſtus faciendi ſtudioſus. Quid igitur? judicaſne (dicemus) divitias maximum in vita humana bonum? Quidni enim? inquiet. Atqui contendit certe Gorgias iſte (nos diceremus) artem ſuam majoris boni eſſe cauſam, quam tuam. perſpicuum igitur eſt illum poſt hæc interrogaturum, Quid porro eſt bonum iſtud? Reſpondeat Gorgias. Age igitur, ratuſque, Gorgia, te ab illis et a me interrogari reſponde, quid ſit illud, quod tu maximum in vita humana bo-

ἀνθρώποις, καί σε δημιουργὸν εἶναι αὐτοῦ. ΓΟΡ. Ὅπερ ἐστιν, ὦ Σώκρατες, τῇ ἀληθείᾳ μέγιστον ἀγαθὸν, καὶ αἴτιον ἅμα μὲν ἐλευθερίας αὐτοῖς τοῖς ἀνθρώποις, ἅμα δὲ τοῦ ἄλλων ἄρχειν ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει ἑκάστῳ. ΣΩΚ. Τί οὖν δὴ τοῦτο λέγεις; ΓΟΡ. Τὸ πείθειν ἔγωγ' οἷόντ' εἶναι τοῖς λόγοις καὶ ἐν δικαστηρίῳ δικαστὰς, καὶ ἐν βουλευτηρίῳ βουλευτὰς, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐκκλησιαστὰς, καὶ ἐν ἄλλῳ ξυλλόγῳ παντὶ, ὅστις ἂν πολιτικὸς ξύλλογος γίγνηται. καίτοι ἐν ταύτῃ τῇ δυνάμει δοῦλον μὲν ἕξεις τὸν ἰατρὸν, δοῦλον δὲ τὸν παιδοτρίβην· ὁ δὲ χρηματιστὴς οὗτος ἄλλῳ ἀναφανήσεται χρηματιζόμενος, καὶ οὐχ αὑτῷ, ἀλλά σοι τῷ δυναμένῳ λέγειν καὶ πείθειν τὰ πλήθη. ΣΩΚ. Νῦν μοι δοκεῖς δηλῶσαι, ὦ Γοργία, ἐγγύτατα τὴν ῥητορικὴν ἥντινα τέχνην ἡγῇ εἶναι. καὶ, εἴ τι ἐγὼ συνίημι, λέγεις ὅτι πειθοῦς δημιουργός ἐστιν ἡ ῥητορική· καὶ ἡ πραγματεία αὐτῆς ἅπασα καὶ τὸ κεφάλαιον εἰς τοῦτο

num eſſe aſſeris, teque illius eſſe artificem. GOR. Quod revera eſt, Socrates, maximum bonum, cauſaque ſimul hominibus ipſis libertatis, ſimulque unicuique in civitate ſua imperii. SOC. Quid ergo tandem iſtud eſſe dicis? GOR. Facultatem ſermonibus perſuadendi in foro juridico judicibus, et in ſenatu ſenatoribus, et in concione iis, qui concioni interſunt, et in alio quoque conventu, qui civilis ſit conventus. et quidem in hac facultate ſervum quidem habebis medicum, ſervum et puerorum exercitorem; hic porro quæſtus faciendi ſtudioſus, alii, non ſibi, quæſtum facere videbitur, ſed tibi, qui dicendi et multitudini perſuadendi facultatem habes. SOC. Nunc mihi, Gorgia, quam proxime oſtendere videris, quam artem rhetoricam eſſe cenſeas. et, ſi quid ego intelligo, perſuaſionis artificem rhetoricam eſſe ais; omnemque ipſius operam et ſummam in hac re concludi,

τελευτᾷ. ἢ ἔχεις τὶ λέγειν ἐπὶ πλέον τὴν ῥητορικὴν δύνασθαι, ἢ πειθὼ τοῖς ἀκούουσιν ἐν τῇ ψυχῇ ποιεῖν; ΓΟΡ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες· ἀλλά μοι δοκεῖς ἱκανῶς ὁρίζεσθαι. ἔστι γὰρ τοῦτο τὸ κεφάλαιον αὐτῆς.

ε'. ΣΩΚ. Ἄκουσον δή, ὦ Γοργία. ἐγὼ γὰρ εὖ ἴσθι ὅτι, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, εἴπερ τις ἄλλος ἄλλῳ διαλέγεται, βουλόμενος εἰδέναι αὐτὸ τοῦτο περὶ ὅτου ὁ λόγος ἐστί, καὶ ἐμὲ εἶναι τούτων ἕνα· ἀξιῶ δὲ καί σε. ΓΟΡ. Τί οὖν δή, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ἐρῶ νῦν. ἐγὼ τὴν ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς πειθώ, ἥτις ποτ' ἐστὶν ἣν σὺ λέγεις, καὶ περὶ ὧντινων πραγμάτων ἐστὶ πειθώ, σαφῶς μὲν εὖ ἴσθ' ὅτι οὐκ οἶδα· οὐ μὴν ἀλλ' ὑποπτεύω γε ἣν οἶμαί σε λέγειν, καὶ περὶ ὧν· οὐδὲν μέντοι ἧττον ἐρήσομαί σε, τίνα ποτὲ λέγεις τὴν πειθὼ τὴν ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς, καὶ περὶ τίνων αὐτὴν εἶναι. τοῦ οὖν ἕνεκα δὴ

anne potes dicere amplius aliquid rhetoricam valere, quam ut audientium animis perſuaſionem inducat? GOR. Nequaquam, Socrates; mihi vero videris aptiſſime definire. hoc eſt enim ipſius ſumma.

5. SOC. Age audi, Gorgia. nam ego, (certo ſcias) ſicut mihimet perſuadeo, ſiquis alius cum alio diſputet, cupiens nimirum id ipſum intelligere, de quo oratio inſtituitur, ex illorum ſane ſum numero; arbitror autem et te. GOR. Quid ergo tandem, Socrates? SOC. Nunc dicam. illam, quæ a rhetorica oritur, perſuaſionem, quam tu commemoras, quænam tandem ſit, et de quibus rebus ſit perſuaſio, certo ſcias me haud clare intelligere; non profecto, ſed ſuſpicor quidem, quam opinor te dicere, et de quibus rebus *te illam verſari dicere*; nihilominus vero te interrogabo, quam tandem illam perſuaſionem, quæ a rhetorica oritur, eſſe ais, et de quibus rebus illam verſari. quâ cauſâ ergo tandem, dum

αὐτὸς ὑποπτεύων, σὲ ἐρήσομαι, ἀλλ᾽ οὐκ αὐτὸς λέγω; οὐ σοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ λόγου· ἵνα οὕτω προΐῃ, ὡς μάλιστ᾽ ἂν ἡμῖν καταφανὲς ποιοῖ περὶ ὅτου λέγεται. σκόπει γὰρ εἴ σοι δοκῶ δικαίως ἀνερωτᾷν σε. ὥσπερ ἂν εἰ ἐτύγχανον σὲ ἐρωτῶν τίς ἐστι τῶν ζωγράφων Ζεῦξις, εἴ μοι εἶπες ὅτι ὁ τὰ ζῶα γράφων, ἆρ᾽ οὐκ ἂν δικαίως σε ἠρόμην, ὁ τὰ ποῖα τῶν ζώων γράφων, καὶ ποῦ; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ἆρα διὰ τοῦτο ὅτι καὶ ἄλλοι εἰσὶ ζωγράφοι γράφοντες ἄλλα πολλὰ ζῶα; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Εἰ δέ γε μηδεὶς ἄλλος ἢ Ζεῦξις ἔγραφε, καλῶς ἄν σοι ἀπεκέκριτο. ΓΟΡ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Ἴθι δή, καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς εἰπέ. πότερόν σοι δοκεῖ πειθὼ ποιεῖν ἡ ῥητορικὴ μόνη, ἢ καὶ ἄλλαι τέχναι; λέγω δὲ τὸ τοιόνδε. ὅστις διδάσκει ὁτιοῦν πρᾶγμα, πότερον ὃ διδάσκει πείθει, ἢ οὔ; ΓΟΡ. Οὐ δῆτα, ὦ Σώκρατες· ἀλλὰ πάντων μάλιστα πείθει.

ipſe ſuſpicor, te interrogabo, non vero ipſe dico? non tui cauſâ, ſed ſermonis; quò ita procedat, ut maxime nobis eam rem, de qua agitur, manifeſtam reddat. animadverte enim, num tibi jure te interrogare videar. juxta ac ſi, dum te interrogabam, quis pictor (ζωγράφος) ſit Zeuxis, mihi diceres, eum eſſe animalium pictorem, an non jure te interrogarem, qualia animalia ille pingat, et ubi? GOR. Omnino quidem. SOC. Num propterea quod et alii ſunt pictores, qui alia multa animalia pingunt? GOR. Etiam. SOC. Dummodo vero alius nemo præter Zeuxim pingeret, præclare a te reſponſum eſſet. GOR. Quidni enim? SOC. Agedum, de rhetorica quoque dicito. ſolane rhetorica videtur tibi perſuaſionem efficere, an aliæ quoque artes? dico autem aliquid hujuſmodi. qui rem quamlibet docet, perſuadetne illam, quam docet, an non? GOR. Haud aliter res ſe habet, Socrates; ſed om-

ΣΩΚ. Πάλιν δ' εἰ ἐπὶ τῶν αὐτῶν τεχνῶν λέγομεν, ὧνπερ νῦν δή, ἡ ἀριθμητικὴ οὐ διδάσκει ἡμᾶς ὅσα ἐστὶ τὰ τοῦ ἀριθμοῦ, καὶ ὁ ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ πείθει; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Πειθοῦς ἄρα δημιουργός ἐστι καὶ ἡ ἀριθμητική. ΓΟΡ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἐάν τις ἐρωτᾷ ἡμᾶς ποίας πειθοῦς καὶ περὶ τί, ἀποκρινούμεθά που αὐτῷ, ὅτι τῆς διδασκαλικῆς τῆς περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ τὸ περιττὸν ὅσον ἐστί. καὶ τὰς ἄλλας ἃς νῦν δὴ ἐλέγομεν τέχνας ἁπάσας, ἕξομεν ἀποδεῖξαι πειθοῦς δημιουργοὺς οὔσας, καὶ ἥστινος, καὶ περὶ ὅ,τι. ἢ οὔ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα ῥητορικὴ μόνη πειθοῦς ἐστι δημιουργός. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Ἐπειδὴ τοίνυν οὐ μόνη ἀπεργάζεται τοῦτο τὸ ἔργον, ἀλλὰ καὶ ἄλλαι, δικαίως ὥσπερ περὶ τοῦ ζωγράφου, μετὰ τοῦτο ἐπανεροίμεθ' ἂν τὸν λέγοντα, ποίας δὴ πειθοῦς καὶ

nium maxime perſuadet. SOC. Rurſus vero, ſi de iiſdem artibus verba facimus, de quibus modo, nonne arithmetica nos docet, quot ſint ea, quæ ad numerum pertinent, ut et arithmeticus? GOR. Omnino quidem. SOC. Nonne igitur etiam perſuadet? GOR. Ita eſt. SOC. Ergo arithmetica quoque perſuaſionis artifex eſt. GOR. Ita apparet. SOC. Nonne igitur, ſiquis nos interroget, qualis perſuaſionis, et circa quid *ea verſetur*, ei forſan reſpondebimus, ejus videlicet, quæ docet, quot ſint par et impar? et cæteras quoque artes, quas modo memoravimus, omnes demonſtrare poterimus perſuaſionis eſſe artifices, et cujus *perſuaſionis artifices ſint*, et circa quid *iſta verſetur*. an non? GOR. Etiam. SOC. Non ergo ſola rhetorica perſuaſionis artifex eſt. GOR. Vera ais. SOC. Jam vero, quoniam non ſola hoc opus efficit, ſed et aliæ, jure deinceps, quemadmodum de pictore, illum, qui loquitur, inſuper interrogaremus, cujuſ-

τῆς περὶ τί πειθοῦς ἡ ῥητορικὴ ἐστὶ τέχνη. ἢ οὐ δοκεῖ σοι δίκαιον εἶναι ἐπανέρεσθαι; ΓΟΡ. Ἔμοιγε. ΣΩΚ. Ἀπόκριναι δὴ, ὦ Γοργία, ἐπειδὴ καί σοι δοκεῖ οὕτω. ΓΟΡ. Ταύτης τοίνυν τῆς πειθοῦς λέγω, ὦ Σώκρατες, τῆς ἐν τοῖς δικαστηρίοις καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὄχλοις, ὥσπερ καὶ ἄρτι ἔλεγον· καὶ περὶ τούτων ἅ ἐστι δίκαιά τε καὶ ἄδικα.

ϛʹ. ΣΩΚ. Καὶ ἐγώ τοι ὑπώπτευον ταύτην σε λέγειν τὴν πειθὼ, καὶ περὶ τούτων, ὦ Γοργία. ἀλλ' ἵνα μὴ θαυμάζῃς ἐὰν καὶ ὀλίγον ὕστερον τοιοῦτόν τι σε ἀνέρωμαι, ὃ δοκεῖ μὲν δῆλον εἶναι, ἐγὼ δ' ἐπανερωτῶ. ὅπερ γὰρ λέγω, τοῦ ἑξῆς ἕνεκα περαίνεσθαι τὸν λόγον ἐρωτῶ, οὐ σοῦ ἕνεκα· ἀλλ' ἵνα μὴ ἐθιζώμεθα, ὑπονοοῦντες, προαρπάζειν ἀλλήλων τὰ λεγόμενα. ἀλλὰ σὺ τὰ σαυτοῦ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ὅπως ἂν βούλῃ περαίνῃς. ΓΟΡ. Καὶ ὀρθῶς γέ μοι δοκεῖς ποιεῖν, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ἴθι δὴ, καὶ τόδε ἐπισκεψώ-

modi nimirum perſuaſionis ars ſit rhetorica, et circa quid verſetur illa perſuaſio. an non juſtum tibi videtur inſuper interrogare? GOR. Mihi quidem. SOC. Age reſponde, Gorgia, quandoquidem tibi quoque ita videtur. GOR. Illius itaque perſuaſionis jam dico, Socrates, *rhetoricam eſſe artem*, quæ in judiciis cæteriſque cœtibus adhibetur, ut etiam paulo ante dicebam; quæque de iis rebus verſatur, quæ juſtæ et injuſtæ ſunt.

6. SOC. Et ego quidem ſuſpicabar te hanc perſuaſionem dicere, et his de rebus *verſari ſolitam*, Gorgia. ſed *ſic facio*, ut ne mireris, ſi etiam paulo poſt aliquid hujuſmodi a te quæſiero, quod quidem clarum eſſe videtur, ego vero inſuper interrogo. nam, ut aio, ad exequendum ordine ſermonem, interrogo, non tui cauſâ; ſed ut ne aſſueti ſimus, dum conjectura utimur, alii aliorum dicta præripere. tu vero partes tuas, prout poſitum eſt, ut velis, perage. GOR. Et recte certe, Socrates, mihi facere videris. SOC. Age-

μένα· καλεῖς τι, μεμαθηκέναι; ΓΟΡ. Καλῶ. ΣΩΚ. Τί δέ; πεπιστευκέναι; ΓΟΡ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Πότερον οὖν ταυτὸν δοκεῖ σοι εἶναι μεμαθηκέναι καὶ πεπιστευκέναι, καὶ μάθησις καὶ πίστις; ἢ ἄλλό τι; ΓΟΡ. Οἴομαι μὲν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ἄλλο. ΣΩΚ. Καλῶς γὰρ οἴει· γνώσῃ δὲ ἐνθένδε. εἰ γάρ τις σε ἔροιτο, ἆρ' ἔστι τις, ὦ Γοργία, πίστις ψευδὴς καὶ ἀληθής; φαίης ἄν, ὡς ἐγῷμαι; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Τί δ', ἐπιστήμη ἐστὶ ψευδὴς καὶ ἀληθής; ΓΟΡ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Δῆλον γὰρ οὖν ὅτι οὐ ταυτόν ἐστιν. ΓΟΡ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν οἵ τε μεμαθηκότες πεπεισμένοι εἰσὶ, καὶ οἱ πεπιστευκότες. ΓΟΡ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩΚ. Βούλει οὖν δύο εἴδη θῶμεν πειθοῦς, τὸ μὲν, πίστιν παρεχόμενον ἄνευ τοῦ εἰδέναι, τὸ δ', ἐπιστήμην; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ποτέραν οὖν ἡ ῥητορικὴ

dum, hoc quoque conſideremus; aliquidne vocas Diſcere? GOR. Voco. SOC. Quid vero? *aliquidne* Credere? GOR. Etiam. SOC. Utrum igitur idem tibi eſſe videntur Diſcere et Credere, et perceptio rerum diſcendo et fides; an aliud quid? GOR. Aliud, ego certe opinor, Socrates. SOC. Recte enim opinaris; hinc vero ſcies. ſi enim quis a te quæreret, eſtne aliqua fides, Gorgia, falſaque et vera? aſſentires, ut opinor. GOR. Etiam. SOC. Quid vero? eſtne ſcientia falſa et vera? GOR. Profecto non. SOC. Inde utique conſtat illas non eaſdem eſſe. GOR. Vera dicis. SOC. At vero tum ii qui diſcunt, tum qui fidem adhibent, perſuadentur. GOR. Ita res eſt. SOC. Viſne igitur duas perſuaſionis ſpecies conſtituamus, quarum altera quidem ſine cognitione fidem affert, altera vero ſcientiam? GOR. Omnino quidem. SOC. Utram igitur perſuaſionem præſtat rhetorica

P 2

πειθὼ ποιεῖ ἐν δικαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις ὄχλοις, περὶ τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων; ἐξ ἧς τὸ πιστεύειν γίγνεται ἄνευ τοῦ εἰδέναι, ἢ ἐξ ἧς τὸ εἰδέναι; ΓΟΡ. Δῆλον δήπου, ὦ Σώκρατες, ὅτι ἐξ ἧς τὸ πιστεύειν. ΣΩΚ. Ἡ ῥητορικὴ ἄρα, ὡς ἔοικε, πειθοῦς δημιουργός ἐστι πιστευτικῆς, ἀλλ᾽ οὐ διδασκαλικῆς, περὶ τὸ δίκαιόν τε καὶ ἄδικον. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐδ᾽ ἄρα διδασκαλικὸς ὁ ῥήτωρ ἐστὶ δικαστηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων, δικαίων τε πέρι καὶ ἀδίκων, ἀλλὰ πιστικὸς μόνον. οὐ γὰρ δήπου ὄχλον γ᾽ ἂν δύναιτο τοσοῦτον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διδάξαι οὕτω μεγάλα πράγματα. ΓΟΡ. Οὐ δῆτα.

ζʹ. ΣΩΚ. Φέρε δή, ἴδωμεν τί ποτε καὶ λέγομεν περὶ τῆς ῥητορικῆς. ἐγὼ μὲν γάρ τοι οὐδ᾽ αὐτός πω δύναμαι κατανοῆσαι ὅ,τι λέγω. ὅταν περὶ ἰατρῶν αἱρέσεως ᾖ τῇ πόλει σύλλογος, ἢ περὶ ναυπηγῶν, ἢ περὶ ἄλλου τινὸς δημιουργικοῦ ἔθνους, ἄλλό τι ἢ τότε ὁ ῥητορικὸς οὐ συμβουλεύσει; δῆλον γὰρ ὅτι ἐν

in judiciis cæteriſque cœtibus de rebus juſtis et injuſtis? illamne, ex qua oritur fides ſine cognitione, an illam, ex qua cognitio? GOR. Conſtat ſane, opinor, Socrates, illam, ex qua fides. SOC. Ergo rhetorica, ut videtur, perſuaſionis illius artifex eſt, quæ fidem facit, non vero illius, quæ docet, de juſto et injuſto. GOR. Ita eſt. SOC. Neque ergo docet orator judicia cæteroſque cœtus de rebus juſtis et injuſtis, ſed apud ea fidem tantummodo facit. quoniam haud profecto, ut opinor, tantum quidem cœtum res tantas brevi tempore docere poſſet. GOR. Non ſane.

7. SOC. Agedum videamus, quid tandem porro de rhetorica dicamus. ſiquidem profecto ne ipſe quidem adhuc intelligere poſſum, quid dico. quum de eligendis medicis conventus ſit civitatis, aut fabris navalibus, aut alia quadam opificum gente, annon tunc orator minime dabit conſilium? perſpicuum eſt enim, in una-

ἑκάστῃ αἱρέσει τὸν τεχνικώτατον δεῖ αἱρεῖσθαι· οὐδ' ὅταν τειχῶν πέρι οἰκοδομήσεως, ἢ λιμένων κατασκευῆς, ἢ νεωρίων· ἀλλ' οἱ ἀρχιτέκτονες. οὐδ' αὖ ὅταν στρατηγῶν αἱρέσεως πέρι, ἢ τάξεώς τινος πρὸς πολεμίους, ἢ χωρίων καταλήψεως, συμβουλὴ ᾖ· ἀλλ' οἱ στρατηγικοὶ τότε συμβουλεύσουσιν, οἱ ῥητορικοὶ δὲ οὔ. ἢ πῶς λέγεις, ὦ Γοργία, τὰ τοιαῦτα; ἐπειδὴ γὰρ αὐτός τε φὴς ῥήτωρ εἶναι, καὶ ἄλλους ποιεῖν ῥητορικούς, εὖ ἔχει τὰ τῆς σῆς τέχνης παρὰ σοῦ πυνθάνεσθαι. καὶ ἐμὲ νῦν νόμισον καὶ τὸ σὸν σπεύδειν. ἴσως γὰρ καὶ τυγχάνει τις τῶν ἔνδον ὄντων μαθητής σου βουλόμενος γενέσθαι· ὡς ἐγώ τινας σχεδὸν καὶ συχνοὺς αἰσθάνομαι, οἳ ἴσως αἰσχύνοιντ' ἄν σε ἀνέρεσθαι. ὑπ' ἐμοῦ οὖν ἀνερωτώμενος, νόμισον καὶ ὑπ' ἐκείνων ἀνερωτᾶσθαι, Τί ἡμῖν, ὦ Γοργία, ἔσται, ἐάν σοι συνῶμεν; περὶ

quaque electione optimum artificem eligi oportere; neque, quum de murorum ædificatione, aut portuum aut navalium ſtructura; ſed architecti. neque rurſus, quum de imperatorum electione, aut de acie adverſus hoſtes inſtruenda, aut de locis munitis occupandis initur conſilium; ſed, qui rei militaris periti ſunt, tunc dabunt conſilium, non vero, qui rhetorica verſantur. aut quidnam de rebus hujuſmodi ais, Gorgia? quandoquidem enim et te oratorem eſſe profiteris, et alios quoque præſtare oratores, conſentaneum eſt illa abs te quærere, quæ ad artem tuam pertinent. jamque arbitrare me tuis quoque commodis inſervire. fortaſſis enim inter eos, qui intus ſunt, adſit quoque aliquis, qui diſcipulus tuus fieri cupiat; quoniam ego quoſdam, et fere frequentes, ſentio, qui forſan te interrogare vererentur. a me igitur interrogatus, ab illis quoque interrogari te arbitrare, Quid nobis continget, Gorgia, ſi tecum verſemur? quibus de

τίνων τῇ πόλει συμβουλεύειν οἷοί τε ἐσόμεθα; πότερον περὶ δικαίου μόνον καὶ ἀδίκου; ἢ καὶ περὶ ὧν νῦν δὴ Σωκράτης ἔλεγε; πειρῶ οὖν αὐτοῖς ἀποκρίνεσθαι. ΓΟΡ. Ἀλλ' ἐγώ σοι πειράσομαι, ὦ Σώκρατες, σαφῶς ἀποκαλύψαι τὴν τῆς ῥητορικῆς δύναμιν ἅπασαν. αὐτὸς γὰρ καλῶς ὑφηγήσω. οἶσθα γὰρ δήπου ὅτι τὰ νεώρια ταῦτα καὶ τὰ τείχη τὰ Ἀθηναίων. καὶ ἡ τῶν λιμένων κατασκευή, ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους συμβουλῆς γέγονε· τὰ δ' ἐκ τῆς Περικλέους· ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δημιουργῶν. ΣΩΚ. Λέγεται ταῦτα, ὦ Γοργία, περὶ Θεμιστοκλέους· Περικλέους δὲ καὶ αὐτὸς ἤκουον, ὅτε συνεβούλευεν ἡμῖν περὶ τοῦ διαμέσου τείχους. ΓΟΡ. Καὶ ὅταν γέ τις αἵρεσις ᾖ ὧν δὴ σὺ ἔλεγες, ὦ Σώκρατες, ὁρᾷς ὅτι οἱ ῥήτορές εἰσιν οἱ συμβουλεύοντες, καὶ οἱ νικῶντες τὰς γνώμας περὶ τούτων. ΣΩΚ. Ταῦτα καὶ θαυμάζων, ὦ Γοργία, πάλαι ἐρωτῶ, ἥτις ποτὲ ἡ δύναμίς ἐστι τῆς ῥητορικῆς. δαιμονία γάρ τις ἔμοιγε καταφαίνεται τὸ

rebus civitati conſilium dare poterimus? num de juſto tantum et injuſto, an de iis rebus etiam, quas modo Socrates memorabat? conare igitur illis reſpondere. GOR. Verum ego conabor, Socrates, omnem tibi rhetoricæ facultatem liquido aperire. tu enim præclare præiviſti. noſti enim nimirum, ut opinor, navalia hæc et muros Athenienſium, portuumque ſtructuram, partim Themiſtoclis conſilio fuiſſe facta, partim Periclis; non vero opificum. SOC. Hæc, Gorgia, de Themiſtocle ferunt; Periclem vero ipſe audiebam, quum de medio muro conſilium nobis dabat. GOR. Porro, quando certe illorum, de quibus nimirum, Socrates, tu memorabas, electio fiat, vides oratores illos eſſe, qui dant conſilium, et quorum ſententiæ in hiſce rebus vincunt. SOC. Harum rerum admiratione quoque permotus, Gorgia, dudum interrogabam, quænam tandem ſit rhetoricæ facultas. divinâ enim quâdam eſſe mihi videtur

μέγεθος, οὕτω σκοποῦντι. ΓΟΡ. Εἰ πάντα γε εἰδείης, ὦ Σώκρατες· ὅτι (ὡς ἔπος εἰπεῖν) ἁπάσας τὰς δυνάμεις συλλαβοῦσα ὑφ' αὑτῇ ἔχει. μέγα δέ σοι τεκμήριον ἐρῶ. πολλάκις γὰρ ἤδη ἔγωγε μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἰατρῶν, εἰσελθὼν παρά τινα τῶν καμνόντων, οὐχὶ ἐθέλοντα ἢ φάρμακον πιεῖν, ἢ τεμεῖν ἢ καῦσαι παρασχεῖν τῷ ἰατρῷ, οὐ δυναμένου τοῦ ἰατροῦ πεῖσαι, ἐγὼ ἔπεισα, οὐκ ἄλλῃ τέχνῃ ἢ τῇ ῥητορικῇ. φημὶ δὲ καὶ εἰς πόλιν ὅπῃ βούλει ἐλθόντα ῥητορικὸν ἄνδρα καὶ ἰατρὸν, εἰ δέοι λόγῳ διαγωνίζεσθαι ἐν ἐκκλησίᾳ, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ συλλόγῳ, ὁπότερον δεῖ αἱρεθῆναι, ῥήτορα ἢ ἰατρὸν, οὐδαμοῦ ἂν φανῆναι τὸν ἰατρὸν, ἀλλ' αἱρεθῆναι ἂν τὸν εἰπεῖν δυνατὸν, εἰ βούλοιτο. καὶ εἰ πρὸς ἄλλον γε δημιουργὸν ὁντιναοῦν ἀγωνίζοιτο, πείσειεν ἂν αὐτὸν ἑλέσθαι ὁ ῥητορικὸς μᾶλλον ἢ ἄλλος ὁστισοῦν. οὐ γάρ ἐστι περὶ ὅτου οὐκ ἂν πιθα-

magnitudine, dum ita conſidero. GOR. Si omnia quidem ſcires, Socrates; nempe illam, ut ita dicam, omnes facultates complexam ſub ſe habere. *hujus* vero *rei* magnum tibi proferam argumentum. jam enim ſæpe ego cum fratre et aliis medicis ad ægrotum aliquem viſendi cauſâ ingreſſus, qui noluit aut medicamentum bibere, aut ſecandum, aut urendum ſe medico præbere, cum medicus illi perſuadere nequiverit, ego perſuaſi, non aliâ arte, quam rhetoricâ. aio etiam, ſi in urbem quamlibet venirent medicus et orator, et in concione, aut in alio quodam conventu, inter ſe oratione decertandum eſſet, uter *in medicum* eligendus, oratorne an medicus, futurum ut nuſquam medicus compareret, eligeretur vero ille, qui dicendi facultate præditus eſt, ſi vellet. porro, ſi cum alio quoquam artifice contenderet, perſuaderet orator, ut ipſe eligeretur, potius quam alius quiſquam. nihil eſt enim, de quo non ad perſuadendum

νώτερον εἴποι ὁ ῥητορικὸς, ἢ ἄλλος ὁστισοῦν τῶν δημιουργῶν, ἐν πλήθει. ἡ μὲν οὖν δύναμις τοσαύτη ἐστὶ καὶ τοιαύτη τῆς τέχνης.

η'. Δεῖ μέντοι, ὦ Σώκρατες, τῇ ῥητορικῇ χρῆσθαι, ὥσπερ τῇ ἄλλῃ πάσῃ ἀγωνίᾳ. καὶ γὰρ τῇ ἄλλῃ ἀγωνίᾳ οὐ τούτου ἕνεκα δεῖ πρὸς ἅπαντας χρῆσθαι ἀνθρώπους, ὅτι ἔμαθέ τις πυκτεύειν τε καὶ παγκρατιάζειν, καὶ ἐν [1] ὄχλοις μάχεσθαι, ὥστε κρείττων εἶναι καὶ φίλων καὶ ἐχθρῶν· οὐ τούτου ἕνεκα τοὺς φίλους δεῖ τύπτειν, οὐδὲ κεντεῖν τε καὶ ἀποκτιννύναι. οὐδέ γε, μὰ Δία, ἐάν τις εἰς παλαίστραν φοιτήσας, εὖ ἔχων τὸ σῶμα καὶ πυκτικὸς γενόμενος, ἔπειτα τὸν πατέρα τύπτῃ καὶ τὴν μητέρα, ἢ ἄλλον τινὰ τῶν οἰκείων ἢ τῶν φίλων, οὐ τούτου ἕνεκα δεῖ τοὺς παιδοτρίβας καὶ τοὺς ἐν τοῖς ὅπλοις διδάσκοντας μάχεσθαι, μισεῖν τε καὶ ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ παρέδοσαν, ἐπὶ τῷ δικαίως χρῆσθαι τούτοις πρὸς τοὺς πολεμίους καὶ τοὺς ἀδικοῦντας,

aptius apud multitudinem orator diceret, quam alius quiſquam opificum. facultas igitur artis hujus tanta et talis eſt.

8. Rhetoricâ vero, Socrates, ita utendum eſt, quemadmodum omni reliquo certamine. etenim reliquo certamine non propterea adverſus omnes homines utendum, eo quod quis didicerit pugillatu pancratioque pugnare et armis decertare, ita ut et amicis et inimicis ſuperior ſit; non propterea debet amicos verberare, neque illos pungere et interficere. nec certe, per Jovem, ſiquis palæſtram frequentans valenti corpore et pugil evaſerit, deinde patrem et matrem verberaverit, aut alium quendam neceſſariorum aut amicorum, non ideo oportet puerorum exercitores, et eos, qui armis decertare docent, odio habere et ex civitatibus exterminare. nam illi quidem hæc diſcipulis ſuis tradiderunt, ut adverſus hoſtes et injuſte agentes ea juſte adhiberent, vim nimirum depel-

1 ὅπλοις MS. *Bodl.* et *Ficin.*

ἀμυνομένους, μὴ ὑπάρχοντας· οἱ δὲ, μεταστρέψαντες, χρῶνται τῇ ἰσχύϊ καὶ τῇ τέχνῃ οὐκ ὀρθῶς. οὔκουν οἱ διδάξαντες, πονηροί· οὐδὲ ἡ τέχνη, οὔτε αἰτία, οὔτε πονηρὰ τούτου ἕνεκα ἐστίν· ἀλλ' οἱ μὴ χρώμενοι, οἶμαι, ὀρθῶς. ὁ αὐτὸς δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς. δυνατὸς μὲν γὰρ πρὸς ἅπαντας ἐστὶν ὁ ῥήτωρ καὶ περὶ παντὸς λέγειν, ὥστε πιθανώτερος εἶναι ἐν τοῖς πλήθεσιν ἔμβραχυ περὶ ὅτου ἂν βούληται· ἀλλ' οὐδέν τι μᾶλλον τούτου ἕνεκα δεῖ οὔτε τοὺς ἰατροὺς τὴν δόξαν ἀφαιρεῖσθαι, ὅτι δύναιτο ἂν τοῦτο ποιῆσαι, οὔτε τοὺς ἄλλους δημιουργούς· ἀλλὰ δικαίως καὶ τῇ ῥητορικῇ χρῆσθαι, ὥσπερ καὶ τῇ ἀγωνίᾳ. ἐὰν δὲ (οἶμαι) ῥητορικὸς γενόμενός τις, κᾆτα ταύτῃ τῇ δυνάμει καὶ τῇ τέχνῃ ἀδικῇ, οὐ τὸν διδάξαντα δεῖ μισεῖν τε καὶ ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐπὶ δικαίου χρείᾳ παρέδωκεν, ὁ δ' ἐναντίως χρῆται. τὸν οὖν οὐκ ὀρθῶς χρώμενον μισεῖν δίκαιον καὶ ἐκβάλλειν, καὶ ἀποκτιννύναι, ἀλλ' οὐ τὸν διδάξαντα.

lentes, non vero ipſi prius inferentes; hi vero rem pervertentes robore et arte non recte utuntur. non ideo, ii, qui docuerunt, improbi ſunt; neque ars propterea culpanda aut improba eſt; illi vero, opinor, qui non recte ea utuntur. eadem nimirum rhetoricæ quoque ratio eſt. nam poteſt quidem orator adverſus omnes et de omni re dicere, adeo ut in paucis apud multitudinem, de qualibet re velit, aptius ad perſuadendum dicat; nihilo vero eo magis aut medicis, aut cæteris opificibus, detrahenda opinio eſt, quia efficere illud *oratores* poſſint; ſed juſte rhetorica quoque utendum eſt, quemadmodum et certamine. ſi quis vero, opinor, orator factus, deinde hâc facultate et arte injuſte agat, non eum, qui docuit, odio habere et civitatibus exterminare oportet; ille enim ad juſti uſum artem tradidit, hic vero contrarie utitur. eum igitur, qui non recte utitur, odio habere, exterminare, et interficere par eſt, non vero illum, qui docuit.

θ΄. ΣΩΚ. Οἶμαι, ὦ Γοργία, καὶ σὲ ἔμπειρον εἶναι πολλῶν λόγων, καὶ καθεωρακέναι ἐν αὐτοῖς τὸ τοιόνδε, ὅτι οὐ ῥᾳδίως δύνανται οἱ ἄνθρωποι περὶ ὧν ἂν ἐπιχειρήσωσι διαλέγεσθαι, διορισάμενοι πρὸς ἀλλήλους, καὶ μαθόντες καὶ διδάξαντες ἑαυτοὺς, οὕτω διαλύεσθαι τὰς συνουσίας· ἀλλ᾽ ἐὰν περί του ἀμφισβητήσωσι, καὶ μὴ φῇ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον ὀρθῶς λέγειν, ἢ μὴ σαφῶς, χαλεπαίνουσί τε καὶ κατὰ φθόνον οἴονται τὸν ἑαυτῶν λέγειν, φιλονεικοῦντας ἀλλ᾽ οὐ ζητοῦντας τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ; καὶ ἔνιοί γε τελευτῶντες αἴσχιστα ἀπαλλάττονται, λοιδορηθέντες τε καὶ εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες περὶ σφῶν αὐτῶν τοιαῦτα, οἷα καὶ τοὺς παρόντας ἄχθεσθαι ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν, ὅτι τοιούτων ἀνθρώπων ἠξίωσαν ἀκροαταὶ γενέσθαι. τοῦ δὴ ἕνεκα λέγω ταῦτα; ὅτι νῦν ἐμοὶ δοκεῖς σὺ οὐ πάνυ ἀκόλουθα λέγειν οὐδὲ σύμφωνα οἷς τοπρῶτον ἔλεγες περὶ τῆς ῥητορικῆς. φοβοῦμαι

9. SOC. Arbitror te, Gorgia, multarum diſputationum eſſe expertum, et in iis quiddam hujuſmodi perſpexiſſe, haud facile nimirum poſſe homines in rebus illis, de quibus diſſerere inſtituerint, cum mutuo res definierint, et alii ab aliis didicerint, et ſe invicem docuerint, ſic colloquium dirimere; ſed ſiqua de re contenderint, et dicat alter alterum haud recte aut non ſatis perſpicue dicere, indignari illos, idque ex invidia ab alteris dictum putare, rixantibus, non vero illud, quod in diſputatione propoſitum erat, quærentibus; et nonnullos certe turpiſſime tandem diſcedere, convitiis prolatis, et viciſſim dictis et auditis talibus, ut ſuâ ipſorum cauſâ graventur etiam illi, qui adfuerint præſentes, quòd iſtiuſmodi hominibus aures præbere dignati fuerint. quâ cauſâ tandem hæc dico? quoniam tu nunc mihi videris haud plane conſequentia aut conſentanea illis dicere, quæ primum de rhetorica dicebas. vereor

οὖν διελέγχειν σε, μή με ὑπολάβῃς οὐ πρὸς τὸ πρᾶγμα φιλονεικοῦντα λέγειν, τοῦ καταφανὲς γενέσθαι, ἀλλὰ πρὸς σέ. ἐγὼ οὖν, εἰ μὲν καὶ σὺ εἶ τῶν ἀνθρώπων ὧνπερ καὶ ἐγώ, ἡδέως ἄν σε διερωτῴην· εἰ δὲ μή, ἐῴην ἄν. ἐγὼ δὲ τίνων εἰμί; τῶν ἡδέως μὲν ἂν ἐλεγχθέντων, εἴ τι μὴ ἀληθὲς λέγοιμι· ἡδέως δ' ἂν ἐλεγξάντων, εἴ τις τι μὴ ἀληθὲς λέγοι· οὐκ ἀηδέστερον μέντ' ἂν ἐλεγχθέντων, ἢ ἐλεγξάντων. μεῖζον γὰρ αὐτὸ ἀγαθὸν ἡγοῦμαι, ὅσῳπερ μεῖζον ἀγαθόν ἐστιν, αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ τοῦ μεγίστου, ἢ ἄλλον ἀπαλλάξαι. οὐδὲν γὰρ οἶμαι τοσοῦτον κακὸν εἶναι ἀνθρώπῳ, ὅσον δόξα ψευδὴς περὶ ὧν τυγχάνει νῦν ἡμῖν ὁ λόγος ὤν. εἰ μὲν οὖν καὶ σὺ φῂς τοιοῦτος εἶναι, διαλεγώμεθα· εἰ δὲ καὶ δοκεῖ χρῆναι ἐᾶν, ἐῶμεν ἤδη χαίρειν, καὶ διαλύωμεν τὸν λόγον. ΓΟΡ. Ἀλλὰ φημὶ μὲν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς τοιοῦτος εἶναι οἷον

igitur te redarguere, ne exiſtimes me non ad rem ipſam reſpicientem contendere, ut manifeſta fiat, ſed ad te nimirum. ego igitur, ſi et tu quidem ex eorum es numero, e quorum etiam ego, libenter te interrogarem; ſin minus, deſinerem. quorum vero e numero ſum ego? ex eorum, qui libenter redarguuntur, ſi quid, quod verum non ſit, dicam; et qui libenter redarguunt, ſi quis aliquid, quod verum non ſit, dicat; quibus vero haud injucundius eſt redargui, quam redarguere. tanto enim majus bonum illud eſſe exiſtimo, quanto majus bonum eſt, ſi quis maximo liberetur ipſe malo, quam ſi alium liberet. nullum enim tantum homini malum contingere opinor, quantum eſt falſa opinio in illis rebus, de quibus nunc ſermo inſtituitur. ſi igitur et tu talem te perhibes, diſſeramus; ſin vero deſinere oportere etiam exiſtimes, jam ei vale dicamus, et ſermonem dirimamus. GOR. At ego certe profiteor, Socrates, me quoque talem eſſe, qualem tu

σὺ ὑφηγῇ. ἴσως μέντοι χρῆν ἐννοεῖν καὶ τὸ τῶν παρόντων. πάλαι γάρ τοι, πρὶν καὶ ὑμᾶς ἐλθεῖν, ἐγὼ τοῖς παροῦσι πολλὰ ἐπεδειξάμην, καὶ νῦν ἴσως πόῤῥω ἀποτενοῦμεν, ἢν διαλεγώμεθα. σκοπεῖν οὖν χρὴ καὶ τὸ τούτων, μή τινας αὐτῶν κατέχωμεν βουλομένους τι καὶ ἄλλο πράττειν. ΧΑΙΡ. Τοῦ μὲν θορύβου, ὦ Γοργία τε καὶ Σώκρατες, αὐτοὶ ἀκούετε τούτων τῶν ἀνδρῶν, βουλομένων ἀκούειν ἐάν τι λέγητε. ἐμοὶ δ' οὖν καὶ αὐτῷ μὴ γένοιτο τοσαύτη ἀσχολία, ὥστε τοιούτων λόγων καὶ οὕτω λεγομένων ἀφεμένῳ προὐργιαίτερόν τι γενέσθαι ἄλλο πράττειν. ΚΑΛ. Νὴ τοὺς θεοὺς, ὦ Χαιρεφῶν, καὶ μὲν δὴ καὶ αὐτὸς πολλοῖς ἤδη λόγοις παραγενόμενος, οὐκ οἶδ' εἰ πώποτε ἥσθην οὕτως ὥσπερ νυνί. ὥστ' ἔμοιγε, κἂν τὴν ἡμέραν ὅλην ἐθέλοιτε διαλέγεσθαι, χαριεῖσθε. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν, ὦ Καλλίκλεις, τό γ' ἐμοὶ, οὐδὲν κωλύει, εἴπερ ἐθέλοι Γοργίας. ΓΟΡ. Αἰσχρὸν δὴ τολοιπὸν, ὦ Σώκρατες,

præſcribis ; fortaſſis vero oporteat commodis illorum, qui adſunt, proſpicere. dudum enim profecto, antequam et vos accederetis, ego illis, qui adſunt, multa exhibui, et nunc fortaſſis ſermonem in longum producemus, ſi diſſeramus. ſpectare igitur etiam horum commoda oportet, ne quos eorum detineamus, dum aliud quid agere cupiunt. CHÆR. Clamorem quidem, Gorgia et Socrates, iſtorum virorum auditis ipſi, qui audire cupiunt, ſi quid dicatis. abſit ergo, ut ipſe tam occupatus ſim, ut relictis hujuſmodi diſputationibus, iiſque hoc modo habitis, aliud quidquam putem mihi potius faciendum. CAL. Ita, Deos teſtor, Chærepho, cum et ipſe profecto multis jam diſputationibus interfuerim, haud ſcio, an unquam æque ac nunc fuerim oblectatus. quamobrem, ſi vel totum diem velitis diſſerere, gratum certe mihi feceritis. SOC. At vero, Callicles, quod ad me ſaltem attinet, nihil prohibet, ſi modo velit Gorgias. GOR. Turpe quidem poſthac

γίγνεται, ἐμέ γε μὴ ἐθέλειν, καὶ ταῦτα, αὐτὸν ἐπαγγειλάμενον ἐρωτᾶν ὅ,τι τις βούλεται. ἀλλ' εἰ δοκεῖ τούτοισι, διαλέγου τε καὶ ἐρώτα ὅ,τι βούλει.

ι'. ΣΩΚ. Ἄκουε δή, ὦ Γοργία, ἃ θαυμάζω ἐν τοῖς λεγομένοις ὑπὸ σοῦ. ἴσως γάρ τοι σοῦ ὀρθῶς λέγοντος, ἐγὼ οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνω. ῥητορικὸν φὴς ποιεῖν οἷόστ' εἶναι, ἐάν τις βούληται παρὰ σοῦ μανθάνειν; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν περὶ πάντων ὥστ' ἐν ὄχλῳ πιθανὸν εἶναι, οὐ διδάσκοντα, ἀλλὰ πείθοντα; ΓΟΡ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Ἔλεγες τοίνυν δὴ ὅτι καὶ περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ, τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσται ὁ ῥήτωρ. ΓΟΡ. Καὶ γὰρ ἔλεγον, ἔν γε ὄχλῳ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὸ ἐν ὄχλῳ, τοῦτό ἐστιν ἐν τοῖς μὴ εἰδόσιν; οὐ γὰρ δήπου ἔν γε τοῖς εἰδόσι, τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσται. ΓΟΡ.

fuerit, Socrates, ſi ego certe noluerim, præſertim cum ipſe cuilibet ſignificaverim, ut quicquid vellet, interrogaret. verum, ſi hiſce viris ita videatur, differe, et quicquid velis, interroga.

10. SOC. Jam audi, Gorgia, quæ in iis, quæ a te dicta ſunt, admiror. forſan enim profecto, cum tu recte dicas, ego non recte rem teneo. profiteris te oratorem præſtare poſſe, ſi quis a te diſcere velit. nonne? GOR. Etiam. SOC. Nonne igitur ut de omnibus rebus apud multitudinem apte ad perſuadendum dicat, ſcilicet non docendo, ſed perſuadendo? GOR. Omnino profecto. SOC. Jam vero ſane dicebas oratorem etiam de illa re, quæ ad ſanitatem pertinet, aptius ad perſuadendum, quam medicum, dicturum. GOR. Etenim dicebam, dummodo id fieret apud multitudinem. SOC. Nonne igitur idem valet illud, apud multitudinem, quod, apud inſcios? quoniam ſcilicet haud crediderim eum apud ſcientes quidem aptius ad perſuadendum, quam medicum, dictu-

Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἴπερ τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσται, τοῦ εἰδότος πιθανώτερος γίγνεται; ΓΟΡ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οὐκ ἰατρός γε ὤν. ἦ γάρ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Ὁ δὲ μὴ ἰατρός γε δήπου, ἀνεπιστήμων ὧν ὁ ἰατρὸς ἐπιστήμων; ΓΟΡ. Δῆλον ὅτι. ΣΩΚ. Ὁ οὐκ εἰδὼς ἄρα, τοῦ εἰδότος ἐν οὐκ εἰδόσι πιθανώτερος ἔσται, ὅταν ὁ ῥήτωρ τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ᾖ. τοῦτο συμβαίνει, ἢ ἄλλο τι; ΓΟΡ. Τοῦτο ἐνταῦθά γε συμβαίνει. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας τέχνας ὡσαύτως ἔχει ὁ ῥήτωρ καὶ ἡ ῥητορική; αὐτὰ μὲν τὰ πράγματα οὐδὲν δεῖ αὐτὴν εἰδέναι ὅπως ἔχει· μηχανὴν δέ τινα πειθοῦς εὑρηκέναι, ὥστε φαίνεσθαι τοῖς οὐκ εἰδόσι μᾶλλον εἰδέναι τῶν εἰδότων.

ιαʹ. ΓΟΡ. Οὐκοῦν πολλὴ ῥᾳστώνη, ὦ Σώκρατες, γίγνεται,

rum. GOR. Vera dicis. SOC. Nonne igitur, ſi aptius ad perſuadendum, quam medicus, dixerit, aptius ad perſuadendum, quam ſciens, dicit? GOR. Omnino quidem. SOC. Idque, quum medicus certe non ſit. nonne ita eſt? GOR. Etiam. SOC. Eum vero ſane crediderim, qui medicus certe non eſt, earum rerum imperitum eſſe, quarum eſt peritus medicus. GOR. Conſtat. SOC. Ergo qui inſcius eſt, aptius ad perſuadendum, quam ſciens, apud inſcios dicet, quum orator aptius ad perſuadendum, quam medicus, dicat. hoccine contingit, an aliud quidpiam? GOR. Hoc in iſthac certe re contingit. SOC. Nonne igitur in cæteris quoque omnibus artibus rhetor et rhetorica ſimiliter comparati ſunt? nihil opus eſt illam ſcire, quomodo res ipſæ conſtituantur; ſed machinationem quandam perſuaſionis excogitare, ut inſcientibus quis videatur magis ſcire, quam ſcientes.

11. GOR. Nonne igitur multa, Socrates, facilitas eſt, ut is,

μὴ μαθόντα τὰς ἄλλας τέχνας, ἀλλὰ μίαν ταύτην, μηδὲν ἐλαττοῦσθαι τῶν δημιουργῶν; ΣΩΚ. Εἰ μὲν ἐλαττοῦται ἢ μὴ ἐλαττοῦται ὁ ῥήτωρ τῶν ἄλλων, διὰ τὸ οὕτως ἔχειν, αὐτίκα ἐπισκεψόμεθα, ἐάν τι ἡμῖν πρὸς λόγου ᾖ· νῦν δὲ τόδε πρότερον σκεψώμεθα. ἆρα τυγχάνει περὶ τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον, καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλὸν, καὶ ἀγαθὸν καὶ κακὸν, οὕτως ἔχων ὁ ῥητορικὸς ὡς περὶ τὸ ὑγιεινὸν, καὶ περὶ τὰ ἄλλα ὧν αἱ ἄλλαι τέχναι· αὐτὰ μὲν οὐκ εἰδὼς, τί ἀγαθὸν ἢ τί κακόν ἐστιν, ἢ τί καλὸν ἢ τί αἰσχρὸν, ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, πειθὼ δὲ περὶ αὐτῶν μεμηχανημένος, ὥστε δοκεῖν εἰδέναι, οὐκ εἰδὼς, ἐν οὐκ εἰδόσι, μᾶλλον τοῦ εἰδότος; ἢ ἀνάγκη εἰδέναι, καὶ δεῖ προεπιστάμενον ταῦτα ἀφικέσθαι παρά σε, τὸν μέλλοντα μαθήσεσθαι τὴν ῥητορικήν; εἰ δὲ μὴ, σὺ ὁ τῆς ῥητορικῆς διδάσκαλος, τούτων μὲν οὐδὲν διδάξεις τὸν ἀφικνούμενον, (οὐ γὰρ σὸν ἔργον) ποιήσεις δ' ἐν τοῖς πολλοῖς δοκεῖν εἰδέναι αὐτὸν τὰ τοιαῦτα, οὐκ

qui cæteras artes haud didicerit, ſed unam hanc, nihil artificibus cedat? SOC. Cæteriſne cedat necne orator, eo quod ita ſe habet, illico diſpiciemus, ſi quid ad noſtram diſputationem faciat; nunc vero hoc prius conſideremus. an circa juſtum et injuſtum, turpe et honeſtum, bonum et malum ita comparatus eſt orator, quemadmodum circa illam rem, quæ ad ſanitatem pertinet, et circa res cæteras, ad quas cæteræ artes attinent; ut videlicet res ipſas quidem neſciat, quid bonum ſit, aut quid malum, quid honeſtum, aut quid turpe, juſtum aut injuſtum, perſuaſionem vero de illis machinetur, ut apud inſcios magis ſcire, quam ſciens, dum neſcit, videatur? an neceſſe eſt ſcire, et oportet eum, qui percepturus ſit rhetoricam, his rebus prius perceptis ad te accedere? ſin minus, tune, qui es rhetoricæ præceptor, horum quidem nihil eum docebis, qui ad te accedat, (quoniam opus tuum minime eſt) efficies vero, ut apud multitudinem res hujuſmodi ſcire videatur, quum

εἰδότα, καὶ δοκεῖν ἀγαθὸν εἶναι, οὐκ ὄντα; ἢ τοπαράπαν οὐχ οἷός τε ἔσῃ αὐτὸν διδάξαι τὴν ῥητορικὴν, ἐὰν μὴ προειδῇ περὶ τούτων τὴν ἀλήθειαν; ἢ πῶς τὰ τοιαῦτα ἔχει, ὦ Γοργία; καὶ πρὸς Διὸς, ὥσπερ ἄρτι εἶπες, ἀποκαλύψας, τῆς ῥητορικῆς εἰπὲ τίς ποθ' ἡ δύναμις ἐστίν. ΓΟΡ. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν οἶμαι, ὦ Σώκρατες, ἐὰν τύχῃ μὴ εἰδὼς, καὶ ταῦτα παρ' ἐμοῦ μαθήσεται. ΣΩΚ. Ἔχε δή· καλῶς γὰρ λέγεις. ἐάνπερ ῥητορικὸν σύ τινα ποιήσῃς, ἀνάγκη αὐτὸν εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, ἤτοι πρότερόν γε, ἢ ὕστερον μαθόντα παρὰ σοῦ. ΓΟΡ. Πανύ γε. ΣΩΚ. Τί οὖν; ὁ τὰ τεκτονικὰ μεμαθηκὼς, τεκτονικός; ἢ οὔ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ ὁ τὰ μουσικὰ, μουσικός; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ ὁ τὰ ἰατρικὰ, ἰατρικός; καὶ τἄλλα οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὁ μεμαθηκὼς ἕκαστα, τοιοῦτός ἐστιν οἷον ἕκαστον ἡ ἐπιστήμη ἀπεργάζεται; ΓΟΡ. Πανύ γε. ΣΩΚ.

neſciat, et bonus videatur, quum minime ſit? an omnino non poteris eum rhetoricam docere, niſi prius harum rerum veritatem ſciverit? an quomodo res hujuſmodi ſe habent, Gorgia? et, per Jovem, te oro, ut, quemadmodum modo dicebas, aperires, quænam tandem ſit rhetoricæ facultas. GOR. At ego quidem arbitror, Socrates, ſi contingat, ut ille neſciat, a me hæc quoque eum percepturum. SOC. Age ſane; recte enim dicis. ſi modo aliquem tu rhetorem effeceris, neceſſe eſt eum juſta atque injuſta ſcire, vel prius quidem, vel poſterius a te hæc diſcentem. GOR. Omnino quidem. SOC. Quid ergo? is, qui ea, quæ ad artem fabrilem ſpectant, didicerit, utrum faber eſt, an non? GOR. Etiam. SOC. Nonne ergo et qui res ad muſicam ſpectantes, muſicus? GOR Etiam. SOC. Et qui res ad medicinam, medicus? atque ita in rebus cæteris eadem omnino ratione is, qui ſingulas didicerit, talis eſt, qualem unumquemque ſcientia ſua præſtat. GOR. Omnino

Οὐκοῦν κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ ὁ τὰ δίκαια μεμαθηκὼς, δίκαιος; ΓΟΡ. Πάντως δήπου. ΣΩΚ. Ὁ δὲ δίκαιος δίκαια που πράττει; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν, δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δίκαια πράττειν; ΓΟΡ. Φαίνεταί γε. ΣΩΚ. Οὐδέποτε ἄρα βουλήσεταί γε ὁ δίκαιος ἀδικεῖν. ΓΟΡ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Τὸν δὲ ῥητορικὸν ἀνάγκη ἐκ τοῦ λόγου δίκαιον εἶναι. ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐδέποτε ἄρα βουλήσεται ὁ ῥητορικὸς ἀδικεῖν. ΓΟΡ. Οὐ φαίνεταί γε.

ιβ'. ΣΩΚ. Μέμνησαι οὖν λέγων ὀλίγῳ πρότερον ὅτι οὐ δεῖ τοῖς παιδοτρίβαις ἐγκαλεῖν, οὐδ' ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων, ἐὰν ὁ πύκτης τῇ πυκτικῇ μὴ καλῶς χρῆταί τε, καὶ ἀδικῇ; ὡσαύτως δὲ οὕτω καὶ ἐὰν ὁ ῥήτωρ τῇ ῥητορικῇ ἀδίκως χρῆται, μὴ τῷ διδάξαντι ἐγκαλεῖν, μηδὲ ἐξελαύνειν ἐκ τῆς πόλεως, ἀλλὰ τῷ ἀδικοῦντι καὶ οὐκ

quidem. SOC. Nonne igitur iſthac ratione is quoque, qui res juſtas didicerit, juſtus eſt? GOR. Omnino profecto, ut opinor. SOC. Juſtum autem crediderim res juſtas agere. GOR. Ita eſt. SOC. Nonne igitur neceſſe eſt oratorem eſſe juſtum, juſtum autem velle res juſtas agere? GOR. Certe apparet. SOC. Nunquam ergo voluerit juſtus quidem injuſte agere. GOR. Neceſſe eſt. SOC. Ex ſermone vero neceſſario efficitur oratorem eſſe juſtum. GOR. Etiam. SOC. Nunquam ergo voluerit orator injuſte agere. GOR. Non, uti certe apparet.

12. SOC. Meminiſtine igitur te paulo ante dixiſſe non oportere puerorum exercitores criminari, neque ex civitatibus exterminare, ſi pugil pugillatu non recte utatur, et injuſte agat? ita quoque ſimiliter, ſi orator rhetorica injuſte utatur, haud oportere eum, qui docuit, criminari, aut ex civitate abigere, ſed eum, qui injuſte

ὀρθῶς χρώμενον τῇ ῥητορικῇ; ἐρρήθη ταῦτα, ἢ οὔ; ΓΟΡ. Ἐρρήθη. ΣΩΚ. Νῦν δέ γε ὁ αὐτὸς οὗτος φαίνεται ῥητορικὸς οὐκ ἄν ποτε ἀδικήσας. ἢ οὔ; ΓΟΡ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Καὶ ἐν τοῖς πρώτοις γε, ὦ Γοργία, λόγοις ἐλέγετο ὅτι ἡ ῥητορικὴ περὶ λόγους εἴη, οὐ τοὺς τοῦ ἀρτίου καὶ περιττοῦ, ἀλλὰ τοὺς τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου. ἢ οὔ; ΓΟΡ. Ναί. ΣΩΚ. Ἐγὼ τοίνυν σου τότε ταῦτα λέγοντος, ὑπέλαβον ὡς οὐδέποτ' ἂν εἴη ἡ ῥητορικὴ ἄδικον πρᾶγμα, ὅ γ' ἀεὶ περὶ δικαιοσύνης τοὺς λόγους ποιεῖται· ἐπειδὴ δὲ ὀλίγον ὕστερον ἔλεγες ὅτι ὁ ῥήτωρ τῇ ῥητορικῇ κἂν ἀδίκως χρῷτο, οὕτω θαυμάσας καὶ ἡγησάμενος οὐ συνᾴδειν τὰ λεγόμενα, ἐκείνους εἶπον τοὺς λόγους, ὅτι εἰ μὲν κέρδος ἡγοῖο εἶναι τὸ ἐλέγχεσθαι, ὥσπερ ἐγώ, ἄξιον εἴη διαλέγεσθαι· εἰ δὲ μή, ἐᾶν χαίρειν. ὕστερον δὲ ἡμῶν ἐπισκοπουμένων, ὁρᾷς δὴ καὶ αὐτὸς ὅτι αὖ ὁμολογεῖται τὸν ῥητορικὸν ἀδύνατον εἶναι ἀδίκως χρῆσθαι τῇ ῥητορικῇ, καὶ

agat, neque recte rhetorica utatur? hæccine dicta ſunt, an non? GOR. Dicta ſunt. SOC. Nunc vero certe apparet eundem hunc oratorem nunquam poſſe injuſte agere. nonne? GOR. Apparet. SOC. Et in initio certe hujus ſermonis, Gorgia, dicebatur, rhetoricam circa ſermones verſari, non illos, qui ad par et impar ſpectant, ſed qui ad juſtum et injuſtum. nonne? GOR. Etiam. SOC. Jam vero ego, quum hæc tu diceres, exiſtimabam fieri nunquam poſſe, ut rhetorica eſſet res injuſta, quæ certe ſemper de juſtitia diſſerit; quando vero paulo poſt dicebas, oratorem rhetorica vel injuſte uti poſſe, tum demum admiratione affectus, ratuſque non ſibi conſentire illa, quæ dicebantur, verba illa protuli, quòd nimirum, ſi lucrum eſſe duceres redargui, velut ego duco, operæ pretium foret diſſerere; ſin minus, ei vale dicere. poſtea vero nobis hæc diſpicientibus, ipſe nimirum vides conceſſum fuiſſe rurſus, haud poſſe oratorem rhetorica injuſte uti, et velle

ἐθέλειν ἀδικεῖν. ταῦτα οὖν ὅπῃ ποτὲ ἔχει, μὰ τὸν κύνα, ὦ Γοργία, οὐκ ὀλίγης συνουσίας ἐστὶν ὥστε ἱκανῶς διασκέψασθαι.

ιγʹ. ΠΩΛ. ΤΙ δέ, ὦ Σώκρατες; οὕτω καὶ σὺ περὶ τῆς ῥητορικῆς δοξάζεις ὥσπερ νῦν λέγεις; ἢ οἴει ὅτι Γοργίας ᾐσχύνθη σοὶ μὴ προσομολογῆσαι, τὸν ῥητορικὸν ἄνδρα μὴ οὐχὶ καὶ τὰ δίκαια εἰδέναι, καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθά· καὶ ἐὰν μὴ ἔλθῃ ταῦτα εἰδὼς παρ' αὐτόν, [1] αὐτὸς διδάξειν ἔπειτα; ἐκ ταύτης ἴσως τῆς ὁμολογίας ἐναντίον τι συνέβη ἐν τοῖς λόγοις· τοῦθ' ὃ δὴ ἀγαπᾷς αὐτός, ἄγων ἐπὶ τοιαῦτα ἐρωτήματα. ἐπεὶ τίνα οἴει ἀπαρνήσεσθαι μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν ἐπίστασθαι τὰ δίκαια καὶ ἄλλους διδάξειν; ἀλλ' εἰς τὰ τοιαῦτα ἄγειν πολλὴ ἀγροικία ἐστὶ τοὺς λόγους. ΣΩΚ. Ὦ κάλλιστε Πῶλε, ἀλλά τοι ἐξεπίτηδες κτώμεθα ἑταίρους καὶ υἱεῖς, ἵνα ἐπειδὰν αὐτοὶ πρεσβύτεροι γιγνόμενοι σφαλλώμεθα, παρόντες ὑμεῖς οἱ νεώτεροι ἐπανορθοῖτε ἡμῶν τὸν βίον καὶ ἐν

injuſte agere. hæc igitur quomodo tandem ſe habeant, haudquaquam, per Canem, Gorgia, brevi diſputatione opus eſt, ut pro merito conſideremus.

13. POL. QUID vero, Socrates? itane et tu de rhetorica ſentis, quemadmodum nunc dicis? an *potius* arbitraris puduiſſe Gorgiam tibi non confiteri, virum dicendi peritum et juſtas et honeſtas et bonas res ſcire; et ſi ad eum accedat harum rerum imperitus, ſe eas docturum? deinde ex hac fortaſſe conceſſione contrarium aliquid in ſermone contigit; quod nimirum tu amas, ad res hujuſmodi interrogationes perducens. quem virum enim arbitraris inficiaturum eſſe, ſe res juſtas ſcire, alioſque eſſe docturum? ſed ad res hujuſmodi ſermonem perducere magna ruſticitas eſt. SOC. De induſtria vero profecto, mi præſtantiſſime Pole, amicos et liberos nobis comparamus, ut, quando nos ipſi jam facti ſenes labimur, vos juniores præſentes noſtram vitam et in actio-

1 αὐτὸς διδάξειν; ἔπειτα ἐκ τ. MS. *Bodl.* et *Ficin.*

ἔργοις καὶ ἐν λόγοις. καὶ νῦν [1] εἴτε ἐγὼ καὶ Γοργίας ἐν τοῖς λόγοις σφαλλόμεθα, σὺ παρὼν ἐπανόρθου· δίκαιος δ' εἶ. καὶ ἐγώ σοι ἐθέλω τῶν ὡμολογημένων εἴ τι σοι δοκεῖ μὴ καλῶς ὡμολογῆσθαι, ἀναθέσθαι ὅ,τι ἂν σὺ βούλῃ, ἐάν μοι ἓν μόνον φυλάττῃς. ΠΩΛ. Τί τοῦτο λέγεις; ΣΩΚ. Τὴν μακρολογίαν, ὦ Πῶλε, ἢν καθέξῃς, ᾗ τοπρῶτον ἐπεχείρησας χρῆσθαι. ΠΩΛ. Τί δέ; οὐκ ἔξεστί μοι λέγειν ὁπόσα ἂν βούλωμαι; ΣΩΚ. Δεινὰ μέντ' ἂν πάθοις, ὦ βέλτιστε, εἰ Ἀθήναζε ἀφικόμενος, οὗ τῆς Ἑλλάδος πλείστη ἐστὶν ἐξουσία τοῦ λέγειν, ἔπειτα σὺ ἐνταῦθα τούτου μόνος ἀτυχήσαις. ἀλλὰ ἀντίθες τὸ, σοῦ μακρὰ λέγοντος, καὶ μὴ ἐθέλοντος τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι, οὐ δεινὰ αὖ ἐγὼ πάθοιμι, εἰ μὴ ἐξέσται μοι ἀπιέναι καὶ μὴ ἀκούειν σου; ἀλλ' εἴ τι κήδῃ τοῦ λόγου τοῦ εἰρημένου, καὶ ἐπανορθώσασθαι

nibus et in ſermonibus corrigatis. jamque, ſi quid ego et Gorgias in ſermonibus labamur, tu præſens corrige; juſtum autem eſt te hoc facere. atque ego volo quidlibet eorum, quæ conceſſa ſunt, tibi retractare, ſi quid eorum non recte conceſſum tibi videatur, dummodo mihi unum hoc caveas. POL. Quidnam iſtud eſt? SOC. Longiorem ſermonem, Pole, ſi cohibueris, quo primum uti aggreſſus es. POL. Quid vero? non licet mihi dicere, quantum voluero? SOC. Indigne profecto tecum ageretur, vir optime, ſi, cum Athenas veneris, ubi omnium Græcarum civitatum plurimum permittitur loquendi licentia, deinde tu ſolus hoc in loco illa re deſtituerere. ſed ex adverſo ponas, ſi tu longiori oratione utaris, neque ad illud, quod interrogatur, reſpondere velis, nonne mecum viciſſim indigne ageretur, niſi mihi licuerit abire, et te minime audire? at ſiqua ſermonis, qui habitus eſt, tibi cura ſit, et corrigere illum velis, retractans (quemadmo-

1 εἴτι MS. *Bodl.*

αὐτὸν βούλει, ὥσπερ νῦν δὴ ἔλεγον, ἀναθέμενος ὅ,τι σοὶ δοκεῖ, ἐν τῷ μέρει ἐρωτῶν τε καὶ ἐρωτώμενος, ὥσπερ ἐγώ τε καὶ Γοργίας, ἔλεγχέ τε καὶ ἐλέγχου. φὴς γὰρ δήπου καὶ σὺ ἐπίστασθαι ἅπερ Γοργίας. ἢ οὔ; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ σὺ κελεύεις σεαυτὸν ἐρωτᾷν ἑκάστοτε ὅ,τι ἄν τις βούληται, ὡς ἐπιστάμενος ἀποκρίνεσθαι; ΠΩΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Καὶ νῦν δὴ τούτων ὁπότερον βούλει ποίει· ἐρώτα, ἢ ἀποκρίνου.

ιδʹ. ΠΩΛ. Ἀλλὰ ποιήσω ταῦτα. καί μοι ἀπόκριναι, ὦ Σώκρατες. ἐπειδὴ Γοργίας ἀπορεῖν σοὶ δοκεῖ περὶ τῆς ῥητορικῆς, σὺ αὐτὴν τίνα φὴς εἶναι; ΣΩΚ. Ἆρα ἐρωτᾷς ἥντινα τέχνην φημὶ εἶναι; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐδεμία ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Πῶλε, ὥς γε πρὸς σὲ τἀληθῆ εἰρῆσθαι. ΠΩΛ. Ἀλλὰ τί σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι; ΣΩΚ. Πρᾶγμα ὃ φὴς σὺ ποιῆσαι τέχνην, ἐν τῷ συγγράμματι ὃ ἐγὼ ἔναγχος ἀνέγνων.

dum modo dicebam) quicquid tibi videatur, roganſque viciſſim atque rogatus, quemadmodum ego et Gorgias, redargue et redarguere. nam et tu profecto, ut opinor, ea ſcire profiteris, quæ Gorgias. nonne? POL. Certe. SOC. Nonne igitur et tu jubes quemlibet te interrogare vulgo, quicquid voluerit, quaſi reſpondendi rationem tenens? POL. Omnino profecto. SOC. Et nunc jam utrumlibet facias; interroga, aut reſponde.

14. POL. Faciam vero. atque mihi reſponde, Socrates. quoniam Gorgias circa rhetoricam tibi videtur hærere, quam tu ipſam eſſe dicis? SOC. Interrogaſne, quam artem illam eſſe dicam? POL. Certe. SOC. Nulla *ars* mihi certe videtur, Pole, ut verum tibi quidem dicatur. POL. Quid vero tibi videtur eſſe rhetorica? SOC. Res illa nimirum, quam tu dicis feciſſe artem in eo libro, quem nuper legi.

ΠΩΛ. Τί τοῦτο λέγεις; ΣΩΚ. Ἐμπειρίαν ἔγωγέ τινα. ΠΩΛ. Ἐμπειρία ἄρα σοὶ δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι; ΣΩΚ. Ἔμοιγε· εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. ΠΩΛ. Τίνος ἐμπειρία; ΣΩΚ. Χάριτός τινος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας. ΠΩΛ. Οὐκοῦν καλόν σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι, χαρίζεσθαι οἷόν τ' εἶναι ἀνθρώποις; ΣΩΚ. Τί δέ, ὦ Πῶλε; πέπυσαι ἤδη παρ' ἐμοῦ ὅ, τι φημὶ αὐτὴν εἶναι, ὥστε τὸ μετὰ τοῦτο ἐρωτᾷς εἰ οὐ καλή μοι δοκεῖ εἶναι; ΠΩΛ. Οὐ γὰρ πέπυσμαι ὅτι ἐμπειρίαν τινὰ αὐτὴν φῂς εἶναι; ΣΩΚ. Βούλει οὖν, ἐπειδὴ τιμᾷς τὸ χαρίζεσθαι, σμικρόν τι μοὶ χαρίσασθαι; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Ἐροῦ νῦν με, ὀψοποιΐα εἴτις μοὶ δοκεῖ τέχνη εἶναι. ΠΩΛ. Ἐρωτῶ δή, τίς τέχνη ὀψοποιΐα. ΣΩΚ. Οὐδεμία, ὦ Πῶλε. ΠΩΛ. Ἀλλὰ τί, φάθι. ΣΩΚ. Φημὶ δή, ἐμπειρία τις. ΠΩΛ. Τίς, φάθι. ΣΩΚ. Φημὶ δή, χάριτος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας, ὦ Πῶλε. ΠΩΛ.

POL. Quidnam iſtud eſt? SOC. Peritia quædam. POL. Ergone rhetorica tibi videtur eſſe peritia? SOC. Mihi quidem; niſi tu aliud quid dicas. POL. Cujuſnam rei peritia? SOC. Gratiam quandam atque voluptatem parandi. POL. Nonne igitur pulchrum quiddam rhetorica tibi eſſe videtur, eo quod hominibus gratificari poſſit? SOC. Quid vero, Pole? audiviſti jam ex me, quid illam eſſe dicam, ut illud, quod deinceps ſequitur, interroges, an non pulchra mihi eſſe videatur? POL. Annon ergo audivi te dicere illam eſſe peritiam quandam? SOC. Viſne ergo, quandoquidem gratificationem magni æſtimas, paulum quid mihi gratificari? POL. Certe. SOC. Quære nunc ex me, an coquinaria mihi ars quædam videatur. POL. Interrogo nimirum, quænam ars ſit coquinaria. SOC. Nulla, Pole. POL. Dic vero, quid ſit. SOC. Dico nimirum, peritia quædam. POL. Dic, quæ ſit illa peritia. SOC. Dico nimirum, gratiæ voluptatiſque comparandæ, Pole. POL. I-

Ταὐτὸν δ' ἐστὶν ὀψοποιΐα καὶ ῥητορική; ΣΩΚ. Οὐδαμῶς γε· ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ἐπιτηδεύσεως μόριον. ΠΩΛ. Τίνος λέγεις ταύτης; ΣΩΚ. Μὴ ἀγροικότερον ᾖ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὀκνῶ Γοργίου ἕνεκα λέγειν· μὴ οἴηταί με διακωμῳδεῖν τὸ ἑαυτοῦ ἐπιτήδευμα. ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν τοῦτό ἐστιν ἡ ῥητορικὴ ἣν Γοργίας ἐπιτηδεύει, οὐκ οἶδα· καὶ γὰρ ἄρτι ἐκ τοῦ λόγου οὐδὲν ἡμῖν καταφανὲς ἐγένετο τί ποτε οὗτος ἡγεῖται· ὃ δ' ἐγὼ καλῶ τὴν ῥητορικὴν, πράγματός τινος ἐστὶ μόριον, οὐδενὸς τῶν καλῶν. ΓΟΡ. Τίνος, ὦ Σώκρατες, εἰπέ. μηδὲν ἐμὲ αἰσχυνθῇς. ΣΩΚ. Δοκεῖ τοίνυν μοι, ὦ Γοργία, εἶναί τι ἐπιτήδευμα, τεχνικὸν μὲν οὔ, ψυχῆς δὲ στοχαστικῆς καὶ ἀνδρείας, καὶ φύσει δεινῆς προσομιλεῖν τοῖς ἀνθρώποις. καλῶ δὲ αὐτοῦ ἐγὼ τὸ κεφάλαιον κολακείαν. ταύτης μοὶ δοκεῖ τῆς ἐπιτηδεύσεως πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα μόρια εἶναι, ἓν δὲ καὶ ἡ ὀψοποιητική· ὃ δοκεῖ μὲν εἶναι τέχνη, ὡς δὲ ὁ ἐμὸς

demne vero eſt coquinaria et rhetorica? SOC. Nequaquam certe; ſed ejuſdem inſtitutionis particula. POL. Cujus inſtitutionis? SOC. Ne agreſtius ſit veritatem dicere, Gorgiæ cauſa loqui vereor; ne arbitretur me ſuum inſtitutum deridere. ego vero, an hoc quidem ſit illa rhetorica, quam exercet Gorgias, neſcio; etenim modo ex diſputatione nobis nequaquam conſtitit, quid tandem ille arbitretur; id vero, quod ego rhetoricam appello, rei cujuſdam particula eſt, quæ inter res honeſtas minime annumeratur. GOR. Dic cujuſnam, Socrates. ne me omnino revereare. SOC. Jam igitur videtur mihi, Gorgia, eſſe inſtitutum quoddam, non arte quidem fundatum, quod vero animi eſt in conjectura ſolertis, virilis, et ad hominum conſuetudinem naturâ admodum idonei. ſummum autem ipſius caput adulationem voco. hujus inſtitutionis multæ aliæ quidem particulæ mihi eſſe videntur, una vero et coquinaria; quæ quidem videtur eſſe ars, ſed, ut mea fert

λόγος, οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ' ἐμπειρία καὶ τριβή. ταύτης μόριον καὶ τὴν ῥητορικὴν ἐγὼ καλῶ, καὶ τήν γε κομμωτικήν, καὶ τὴν σοφιστικήν· τέτταρα ταῦτα μόρια ἐπὶ τέτταρσι πράγμασιν. εἰ οὖν βούλεται Πῶλος πυνθάνεσθαι, πυνθανέσθω. οὐ γάρ πω πέπυσται ὁποῖόν φημι ἐγὼ τῆς κολακείας μόριον εἶναι τὴν ῥητορικήν, ἀλλ' αὐτὸν λέληθα οὔπω ἀποκεκριμένος. ὁ δὲ ἐπανερωτᾷ εἰ οὐ καλὸν ἡγοῦμαι εἶναι· ἐγὼ δὲ αὐτῷ οὐκ ἀποκρινοῦμαι πρότερον εἴτε καλὸν εἴτε αἰσχρὸν ἡγοῦμαι εἶναι τὴν ῥητορικήν, πρὶν ἂν πρῶτον ἀποκρίνωμαι ὅ,τι ἐστίν. οὐ γὰρ δίκαιον, ὦ Πῶλε. ἀλλ' εἴπερ βούλει πυθέσθαι, ἐρώτα ὁποῖον μόριον τῆς κολακείας φημὶ εἶναι τὴν ῥητορικήν. ΠΩΛ. Ἐρωτῶ δή, καὶ ἀπόκριναι, ὁποῖον μόριον. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν ἂν μάθοις ἀποκριναμένου; ἔστι γὰρ ἡ ῥητορική, κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, πολιτικῆς μορίου εἴδωλον. ΠΩΛ. Τί οὖν; καλὸν ἢ αἰσχρὸν λέγεις αὐτὴν εἶναι; ΣΩΚ. Αἰσχρὸν ἔγωγε.

oratio, non eſt ars, ſed peritia et uſus. rhetoricam quoque hujus particulam voco, ut et mangonum certe artificium, et ſophiſticam ; quatuor has particulas ad res quatuor pertinentes. ſi igitur quærere velit Polus, quærat. nondum enim audivit, qualem ego adulationis particulam rhetoricam eſſe dicam, ſed me nondum reſpondiſſe minime animadvertit. ille vero inſuper interrogat, an non *eam* pulchrum aliquid exiſtimem; ego vero ipſi non prius reſpondebo, utrum pulchrum aliquid an turpe rhetoricam eſſe exiſtimem, quàm reſpondero primum, quid illa ſit. quoniam haud par eſt, Pole. verum, modo ut audire velis, interroga, qualem adulationis particulam rhetoricam eſſe dicam. POL. Interrogo nimirum, ac reſponde, qualis ſit particula. SOC. Num ergo me, poſtquam reſponderim, intelligeres ? eſt enim rhetorica, ſecundum meam orationem, civilitatis particulæ ſimulachrum. POL. Quid ergo ? pulchrumne quiddam an turpe illam eſſe dicis ? SOC. Turpe certe

τὰ γὰρ κακὰ, αἰσχρὰ ἐγὼ καλῶ· ἐπειδὴ δεῖ σοι ἀποκρίνασθαι ὡς ἤδη εἰδότι ἃ ἐγὼ λέγω. ΓΟΡ. Μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἐγὼ οὐδὲ αὐτὸς συνίημι ὅ,τι λέγεις. ΣΩΚ. Εἰκότως γε, ὦ Γοργία· οὐδὲν γάρ πω σαφὲς λέγω. Πῶλος δὲ ὅδε νέος ἐστὶ καὶ ὀξύς. ΓΟΡ. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἔα· ἐμοὶ δ' εἰπὲ πῶς λέγεις πολιτικῆς μορίου εἴδωλον εἶναι τὴν ῥητορικήν. ΣΩΚ. Ἀλλὰ τοῦτ' ἐγὼ πειράσομαι φράσαι ὅ γέ μοι φαίνεται εἶναι ἡ ῥητορική· εἰ δὲ μὴ τυγχάνει ὂν τοῦτο, Πῶλος ὅδε ἐλέγξει.

ιε'. Σῶμά που καλεῖς τι καὶ ψυχήν; ΓΟΡ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ τούτων οἴει τινὰ εἶναι ἑκατέρου εὐεξίαν; ΓΟΡ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Τί δέ; δοκοῦσαν μὲν εὐεξίαν, οὖσαν δ' οὔ; οἷον, τοιόνδε λέγω· πολλοὶ δοκοῦσιν εὖ ἔχειν τὰ σώματα, οὓς οὐκ ἂν ῥᾳδίως αἴσθοιτό τις ὅτι οὐκ εὖ ἔχουσιν, ἄλλος ἢ ἰατρός τε καὶ τῶν γυμναστικῶν τις. ΓΟΡ. Ἀληθῆ

ego. nam res malas turpes voco; quandoquidem reſpondere tibi oportet, quaſi jam illa ſcienti, quæ dico. GOR. Per Jovem vero, Socrates, ne ipſe quidem intelligo, quid dicas. SOC. Nec injuria quidem, Gorgia; nondum enim perſpicue quicquam dico. Polus autem iſte juvenis eſt et perſpicax. GOR. At hunc quidem mitte; dic vero mihi, quî aias rhetoricam eſſe civilitatis particulæ ſimulachrum. SOC. Verum id tibi exponere conabor, quid mihi certe rhetorica eſſe videatur; ſin vero illud minime ſit, Polus iſte redarguet.

15. Corpus, ni fallor, vocas aliquid atque animum. nonne? GOR. Quidni? SOC. Nonne igitur et horum utriuſque bonam quandam habitudinem eſſe putas? GOR. Certe. SOC. Quid autem? habitudinem quoque, quæ videtur quidem bona, cum minime ſit? ut puta, hujuſmodi quid dico; multi corporibus bene habere videntur, quos haud facile alius quiſquam non bene habere ſentiret, quàm medicus et gymnicorum exercitorum aliquis.

λέγεις. ΣΩΚ. Τὸ τοιοῦτον λέγω καὶ ἐν σώματι εἶναι καὶ ἐν ψυχῇ, [1] ὅτι ποιεῖ μὲν δοκεῖν εὖ ἔχειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, ἔχει δὲ οὐδὲν μᾶλλον. ΓΟΡ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩΚ. Φέρε δή σοι, ἐὰν δύνωμαι, σαφέστερον ἐπιδείξω ὃ λέγω. δυοῖν ὄντοιν πραγμάτοιν, δύο λέγω τέχνας, καὶ τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ, πολιτικὴν καλῶ· τὴν δὲ ἐπὶ τῷ σώματι, μίαν μὲν οὕτως ὀνομάσαι οὐκ ἔχω σοι· μιᾶς δὲ οὔσης τῆς τοῦ σώματος θεραπείας, δύο μόρια λέγω, τὴν μὲν, γυμναστικὴν, τὴν δὲ, ἰατρικήν· τῆς δὲ πολιτικῆς, ἀντὶ μὲν τῆς γυμναστικῆς, τὴν νομοθετικήν· ἀντίστροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ, τὴν δικαιοσύνην. ἐπικοινωνοῦσι μὲν δὴ ἀλλήλαις, ἅτε περὶ τὸ αὐτὸ οὖσαι, ἑκάτεραι τούτων, ἥτε ἰατρικὴ τῇ γυμναστικῇ, καὶ ἡ δικαιοσύνη τῇ νομοθετικῇ· ὅμως δὲ διαφέρουσί τι ἀλλήλων. τεττάρων δὴ τούτων οὐσῶν, καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιστον θεραπευουσῶν, τῶν μὲν, τὸ σῶμα, τῶν δὲ, τὴν ψυχὴν, ἡ κολακευτικὴ

GOR. Vera narras. SOC. Tale quiddam et in corpore et in animo eſſe aio, quod efficit quidem, ut corpus et animus bene ſe habere videantur, nihilo vero eo magis ita ſe habent. GOR. Ita eſt. SOC. Agedum, tibi magis perſpicue, ſi potero, quod dico, explicabo. cum res duæ ſint, duas artes ſtatuo, et alteram quidem, quæ ad animum pertinet, civilitatem voco; alteram vero, quæ ad corpus, non poſſum ſimiliter una quidem appellatione ſignare; cum vero unus ſit corporis cultus, duas illius particulas ſtatuo, alteram quidem exercitatricem, alteram vero medicinam; in civilitate vero legalem exercitatrici parem ſtatuo, juſtitiam vero medicinæ ex adverſo reſpondentem. conſociantur quidem inter ſe utræque harum, utpote quæ circa idem verſantur, ſcilicet medicina cum exercitatrice, et juſtitia cum legali; nonnihil tamen inter ſe differunt. jam vero cum quatuor hæ exiſtant, ſemperque habitâ optimi ratione curent, hæ quidem corpus, illæ vero animum, adulatoria facultas id

1 Repone ὅ,τι *Waldgravius.*

αἰσθανομένη, οὐ γνοῦσα λέγω, ἀλλὰ στοχασαμένη, τέτραχα ἑαυτὴν διανείμασα, ὑποδῦσα ὑπὸ ἕκαστον τῶν μορίων, προσποιεῖται εἶναι τοῦτο ὅπερ ὑπέδυ. καὶ τοῦ μὲν βελτίστου οὐδὲν φροντίζει, τῷ δὲ ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν, καὶ ἐξαπατᾷ· ὥστε δοκεῖν πλείστου ἀξία εἶναι. ὑπὸ μὲν οὖν τὴν ἰατρικὴν ἡ ὀψοποιητικὴ ὑποδέδυκε, καὶ προσποιεῖται τὰ βέλτιστα σιτία τῷ σώματι εἰδέναι. ὥστ' εἰ δέοι ἐν παισὶ διαγωνίζεσθαι ὀψοποιόν τε καὶ ἰατρὸν, ἢ ἐν ἀνδράσιν οὕτως ἀνοήτοις ὥσπερ οἱ παῖδες, πότερος ἐπαΐει περὶ τῶν χρηστῶν σιτίων ἢ πονηρῶν, ὁ ἰατρὸς ἢ ὁ ὀψοποιὸς, λιμῷ ἂν ἀποθανεῖν τὸν ἰατρόν. κολακείαν μὲν οὖν αὐτὸ καλῶ, καὶ αἰσχρὸν φημὶ εἶναι τὸ τοιοῦτον, ὦ Πῶλε. τοῦτο γὰρ πρὸς σε λέγω, ὅτι τοῦ ἡδέος στοχάζεται ἄνευ τοῦ βελτίστου. τέχνην δὲ αὐτὴν οὔ φημι εἶναι, ἀλλ' ἐμπειρίαν· ὅτι οὐκ ἔχει λόγον οὐδένα, ᾧ προσφέρει ἃ προσφέρει, ὁποῖα ἄττα τὴν φύσιν ἐστίν· ὥστε τὴν αἰτίαν ἑκάστου

ſentiens, non dico cognoſcens, ſed conjiciens, ubi ſe quadrifariam diviſit, et unamquamque partium illarum ſubiit, eam ſe eſſe ſimulat, quam ſubiit. et optimi quidem nullam habet rationem, ſemper vero eo, quod jucundiſſimum eſt, vecordiam aucupatur et decipit; adeo ut plurimi facienda ipſa eſſe videatur. ſub medicinam igitur ſubit coquinaria, et qui ſaluberrimi corpori cibi ſint, ſe noſſe ſimulat. quamobrem, ſi inter pueros coquo et medico decertandum eſſet, vel inter viros æque ac pueros inſipientes, uter bonos maloſve cibos calleret, medicus an coquus, fame periret medicus. id ergo adulationem voco, et turpem eſſe rem hujuſmodi aio, Pole. tibi enim dico, id ad jucundum abſque optimo conjecturâ collineare. non vero artem eam eſſe aio, ſed peritiam; quia nullam habet rationem, quâ affert ea, quæ affert, qualia nimirum naturâ comparata ſint; adeo ut uniuſcujuſque rei cau-

μὴ ἔχειν εἰπεῖν. ἐγὼ δὲ τέχνην οὐ καλῶ ὃ ἂν ᾖ ἄλογον πρᾶγμα. τούτων δὲ πέρι εἰ ἀμφισβητεῖς, ἐθέλω ὑποσχεῖν λόγον. τῇ μὲν οὖν ἰατρικῇ (ὥσπερ λέγω) ἡ ὀψοποιικὴ κολακεία ὑπόκειται· τῇ δὲ γυμναστικῇ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον, ἡ κομμωτικὴ, κακοῦργός τε καὶ ἀπατηλὴ, καὶ ἀγεννὴς, καὶ ἀνελεύθερος, σχήμασί τε καὶ χρώμασι καὶ λειότητι καὶ αἰσθήσει ἀπατῶσα· ὥστε ποιεῖν, ἀλλότριον κάλλος ἐφελκομένους, τοῦ οἰκείου τοῦ διὰ τῆς γυμναστικῆς ἀμελεῖν. ἵν' οὖν μὴ μακρολογῶ, ἐθέλω σοὶ εἰπεῖν ὥσπερ οἱ γεωμέτραι (ἤδη γὰρ ἂν ἴσως ἀκολουθήσειας) ὅτι ὃ κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικὴν, τοῦτο ὀψοποιικὴ πρὸς ἰατρικήν. μᾶλλον δὲ ὧδε· ὅτι ὃ κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικὴν, τοῦτο σοφιστικὴ πρὸς νομοθετικήν· καὶ ὅτι ὃ ὀψοποιικὴ πρὸς ἰατρικὴν, τοῦτο ῥητορικὴ πρὸς δικαιοσύνην. ὅπερ μέντοι λέγω, διέστηκεν οὕτω φύσει· ἅτε δ' ἐγγὺς ὄντων, φύρονται ἐν τῷ αὐτῷ καὶ περὶ ταὐτὰ

ſam minime poſſit dicere. ego autem artem non voco, quæcunque res ſit expers rationis. quod ſi his de rebus ambigis, tibi rationem volo reddere. medicinæ igitur, ut dixi, coquinaria adulatio ſubeſt; exercitatrici vero eodem modo mangonum artificium, maleficum quidem et fallax, ignobile atque illiberale, figuriſque ac coloribus et lævitate atque ſenſu fallens; adeo ut efficiat, ut homines alienam pulchritudinem ſibi attrahentes propriam illam, quæ exercitatricis ſit ope, negligant. ne igitur longior ſim, tibi dicere volo, geometrarum more, (jam enim fortaſſis hæc aſſequi poteris) ſcilicet quod mangonum artificium ad exercitatricem, id ad medicinam eſſe coquinariam. potius vero ſic; quod mangonum artificium ad exercitatricem, id ſophiſticam ad legalem; et quod coquinaria ad medicinam, id rhetoricam ad juſtitiam. ut vero dixi, hunc in modum naturâ diſtinguuntur; cum vero propinquæ ſint, miſcentur in eodem et circa eadem

σοφισταὶ καὶ ῥήτορες, καὶ οὐκ ἔχουσιν ὅ,τι χρήσωνται οὔτε αὐτοὶ ἑαυτοῖς, οὔτε οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τούτοις. καὶ γὰρ ἂν εἰ μὴ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι ἐπεστάτει, ἀλλ' αὐτὸ αὑτῷ, καὶ μὴ ὑπὸ ταύτης κατεθεωρεῖτο καὶ ἀνεκρίνετο ἥτε ὀψοποιητικὴ καὶ ἡ ἰατρικὴ, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα ἔκρινε σταθμώμενον ταῖς χάρισι ταῖς πρὸς αὐτὸ, τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν, ὦ φίλε Πῶλε, (σὺ γὰρ τούτων ἔμπειρος) ὁμοῦ ἂν πάντα χρήματα ἐφύρετο ἐν τῷ αὐτῷ, ἀκρίτων τ' ὄντων τῶν τε ὑγιεινῶν καὶ ἰατρικῶν καὶ ὀψοποιητικῶν. ὃ μὲν οὖν ἐγώ φημι τὴν ῥητορικὴν εἶναι, ἀκήκοας· ἀντίστροφον ὀψοποιίας ἐν ψυχῇ, ὡς ἐκεῖνο ἐν σώματι. ἴσως μὲν οὖν ἄτοπον πεποίηκα, ὅτι σε οὐκ ἐῶν μακροὺς λόγους λέγειν, αὐτὸς μακρὸν λόγον ἀποτέτακα. ἄξιον μὲν οὖν ἐμοὶ συγγνώμην ἔχειν ἐστί· λέγοντος γάρ μου βραχέα, οὐκ ἐμάνθανες, οὐδὲ χρῆσθαι τῇ ἀποκρίσει, ἥν σοι ἀπεκρινάμην, οὐδὲν οἷος ἦσθα, ἀλλὰ ἐδέου

ſophiſtæ et oratores, neque ipſi ex ſeipſis ullam utilitatem reportare poſſunt, neque alii homines ex illis. etenim ſi animus corpori non præeſſet, ſed ipſum ſibi, neque ab illo conſideraretur atque dijudicaretur coquinaria et medicina, ſed ipſum corpus judicaret, res ſecundum voluptates ſuas æſtimans, illud Anaxagoræ plurimum obtineret, mi Pole, (tu enim harum rerum peritus es) omnia videlicet in eodem ſimul miſcerentur, dum indiſcreta eſſent ea, quæ ad ſalubritatem, medicinam, et coquinariam pertinent. audiviſti igitur, quid ego rhetoricam eſſe dicam; rem videlicet coquinariæ in animo ex adverſo reſpondentem, quemadmodum illa in corpore. forſan igitur abſurde feci, qui, dum te haud ſinerem longis ſermonibus uti, ipſe in longum ſermonem produxi. imo ignoſcere mihi oportet; quum enim breviter dixerim, non intellexiſti, neque omnino meæ reſponſioni occurrere potuiſti,

διηγήσεως. ἐὰν μὲν οὖν καὶ ἐγὼ σοῦ ἀποκρινομένου μὴ ἔχω ὅ,τι χρήσωμαι, ἀπότεινε καὶ σὺ λόγον· ἐὰν δ' ἔχω, ἔα με χρῆσθαι· δίκαιον γάρ. καὶ νῦν ταύτῃ τῇ ἀποκρίσει εἴ τι ἔχεις χρῆσθαι, χρῶ.

ιϛʹ. ΠΩΛ. Τί οὖν φής; κολακεία δοκεῖ σοι εἶναι ἡ ῥητορική; ΣΩΚ. Κολακείας μὲν οὖν ἔγωγε εἶπον μόριον. ἀλλ' οὐ μνημονεύεις τηλικοῦτος ὤν, ὦ Πῶλε; τί τάχα δράσεις πρεσβύτης γενόμενος; ΠΩΛ. Ἆρ' οὖν δοκοῦσί σοι, ὡς κόλακες ἐν ταῖς πόλεσι φαῦλοι, νομίζεσθαι οἱ ἀγαθοὶ ῥήτορες; ΣΩΚ. Ἐρώτημα τοῦτ' ἐρωτᾷς, ἢ λόγου τινὸς ἀρχὴν λέγεις; ΠΩΛ. Ἐρωτῶ ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐδὲ νομίζεσθαι ἔμοιγε δοκοῦσιν. ΠΩΛ. Πῶς οὐ νομίζεσθαι; οὐ μέγιστον δύνανται τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν; ΣΩΚ. Οὔκ· εἰ τὸ δύνασθαί γε λέγεις ἀγαθόν τι εἶναι τῷ δυναμένῳ. ΠΩΛ. Ἀλλὰ

ſed expoſitione indiguiſti. ſi ergo neque ego, quum tu reſpondeas, reſponſioni tuæ occurrere potuerim, producas tu quoque ſermonem; ſin vero potuerim, ſine me occurrere; nam par eſt. jamque, ſi quo pacto huic reſponſioni occurrere potes, occurre.

16. POL. Quid ergo ais? videturne tibi rhetorica adulatio eſſe? SOC. Imo adulationis particulam ego certe dixi. at non meminiſti, Pole, hac tua ætate? quid forte ages, cum ſenex fias? POL. Anne igitur videntur tibi boni oratores eodem loco haberi, quo viles in civitatibus adulatores? SOC. Proponiſne hanc quæſtionem, an ſermonis alicujus procemium dicis? POL. Interrogo quidem. SOC. Ne ullo quidem loco haberi mihi certe videntur. POL. Quomodo fit, ut non ullo loco habeantur? nonne plurimum omnium civium potentiâ valent? SOC. Minime; ſaltem ſi potentiâ valere bonum aliquid eſſe aias ei, qui potentia valet. POL. Atqui hoc certe

μὴν [1] δὲ λέγω γε. ΣΩΚ. Ἐλάχιστον τοίνυν μοι δοκοῦσι τῶν ἐν τῇ πόλει δύνασθαι οἱ ῥήτορες. ΠΩΛ. Τί δ' οὐχ, ὥσπερ οἱ τύραννοι, ἀποκτιννύουσί τε ὃν ἂν βούλωνται, καὶ ἀφαιροῦνται χρήματα, καὶ ἐκβάλλουσιν ἐκ τῶν πόλεων ὃν ἂν δοκῇ αὐτοῖς; ΣΩΚ. Νὴ τὸν κύνα ἀμφιγνοῶ μέντοι, ὦ Πῶλε, ἐφ' ἑκάστου ὧν λέγεις, πότερον αὐτὸς ταῦτα λέγεις, καὶ γνώμην σαυτοῦ ἀποφαίνῃ, ἢ ἐμὲ ἐρωτᾷς. ΠΩΛ. Ἀλλ' ἔγωγέ σε ἐρωτῶ. ΣΩΚ. Εἶεν, ὦ φίλε· ἔπειτα δύο ἅμα με ἐρωτᾷς; ΠΩΛ. Πῶς δύο; ΣΩΚ. Οὐκ ἄρτι οὕτω πως ἔλεγες, ὅτι ἀποκτιννύουσιν οἱ ῥήτορες οὓς ἂν βούλωνται, ὥσπερ οἱ τύραννοι, καὶ χρήματα ἀφαιροῦνται, καὶ ἐξελαύνουσιν ἐκ τῶν πόλεων ὃν ἂν δοκῇ αὐτοῖς; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Λέγω τοίνυν σοι ὅτι δύο ταῦτ' ἐστὶ τὰ ἐρωτήματα, καὶ ἀποκρινοῦμαί γέ σοι πρὸς ἀμφότερα. φημὶ γάρ, ὦ Πῶλε, ἐγὼ καὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τοὺς τυράννους δύνασθαι μὲν ἐν ταῖς πόλεσι

profecto aio. SOC. Minimum ergo omnium civium potentia valere oratores mihi videntur. POL. Quid vero? nonne tyrannorum more interficiunt, quemcunque velint, et divitiis ſpoliant, exterminantque ex civitatibus, quemcunque ſibi viſum ſit? SOC. Per Canem, dubito profecto, Pole, ad ſingula, quæ dicis, utrum hæc ipſe dicas, et ſententiam tuam proferas, an me interroges. POL. At ego quidem te interrogo. SOC. Sit ſane ita, mi tu; ergone duas res ſimul me interrogas? POL. Quomodo duas? SOC. Nonne modo ſic fere dicebas, oratores interficere tyrannorum more quoſcunque velint, et divitiis ſpoliare atque abigere ex civitatibus, quemcunque ſibi viſum ſit? POL. Certe. SOC. Jam igitur tibi aio duas eſſe illas interrogationes, et ad utraſque tibi certe reſpondebo. affirmo enim, Pole, tum oratores tum tyrannos in civitatibus minimum omnium potentia valere, quem-

1 δὴ MS. *Bodl.*

σμικρότατον, ὥσπερ νῦν δὴ ἔλεγον· οὐδὲν γὰρ ποιεῖν ὧν βούλονται, ὡς ἔπος εἰπεῖν· ποιεῖν μέντοι ὅ, τι ἂν αὐτοῖς δόξῃ βέλτιστον εἶναι. ΠΩΛ. Οὐκοῦν τοῦτό ἐστι τὸ μέγα δύνασθαι; ΣΩΚ. Οὐχ, ὥς γε φησὶ Πῶλος. ΠΩΛ. Ἐγὼ οὔ φημι; φημὶ μὲν οὖν ἔγωγε. ΣΩΚ. Μὰ τὸν, οὐ σύ γε. ἐπεὶ τὸ μέγα δύνασθαι ἔφης ἀγαθὸν εἶναι τῷ δυναμένῳ. ΠΩΛ. Φημὶ γὰρ οὖν. ΣΩΚ. Ἀγαθὸν οὖν οἴει εἶναι, ἐάν τις ποιῇ ταῦτα ἃ ἂν δοκῇ αὐτῷ βέλτιστα εἶναι, νοῦν μὴ ἔχων; καὶ τοῦτο καλεῖς μέγα δύνασθαι; ΠΩΛ. Οὐκ ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἀποδείξεις τοὺς ῥήτορας νοῦν ἔχοντας, καὶ τέχνην τὴν ῥητορικὴν, ἀλλὰ μὴ κολακείαν, ἐμὲ ἐξελέγξας; εἰ δέ με ἐάσεις ἀνέλεγκτον, οἱ ῥήτορες οἱ ποιοῦντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἃ δοκεῖ αὐτοῖς, καὶ οἱ τύραννοι, οὐδὲν ἀγαθὸν τοῦτο κεκτήσονται. ἡ δὲ δύναμις ἐστὶν, ὡς σὺ φῄς, ἀγαθόν· τὸ δὲ ποιεῖν ἄνευ νοῦ ἃ δοκεῖ, καὶ σὺ ὁμολογεῖς κακὸν εἶναι.

admodum modo dicebam; nihil enim, ut ita dicam, illos facere eorum, quæ volunt; facere tamen quod ſibi optimum videatur. POL. Nonne ergo illud eſt, Plurimum potentia valere? SOC. Minime, ut quidem ait Polus. POL. Egone non aio? imo ego certe aio. SOC. Minime tu quidem, per illum. quoniam dixiſti plurimum potentia valere bonum eſſe ei, qui potentia valet. POL. Dico equidem. SOC. Bonumne igitur id eſſe opinaris, ſi quis rationis expers ea faciat, quæ ſibi optima videantur? et illud vocas, Plurimum potentia valere? POL. Minime quidem. SOC. Nonne ergo demonſtrabis oratores eſſe rationis compotes, et rhetoricam eſſe artem, non vero adulationem, me convincens? alioquin, niſi me conviceris, oratores et tyranni, qui in civitatibus, quæ ſibi videntur, faciunt, nullum propterea bonum conſequentur. potentia vero, velut tu dicis, bonum quiddam eſt; ſine ratione vero facere quicquid videatur, id tu quoque malum

ἢ οὔ; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Πῶς ἂν οὖν οἱ ῥήτορες μέγα δύναιντο ἢ οἱ τύραννοι ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐὰν μὴ Σωκράτης ἐξελεγχθῇ ὑπὸ Πώλου ὡς ποιοῦσιν ἃ βούλονται; ΠΩΛ. Οὗτος ἀνήρ. ΣΩΚ. Οὔ φημι αὐτοὺς ποιεῖν ἃ βούλονται· ἀλλά μ' ἔλεγχε. ΠΩΛ. Οὐκ ἄρτι ὡμολόγεις ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτοῖς βέλτιστα εἶναι τούτου πρόσθεν; ΣΩΚ. Καὶ γὰρ νῦν ὁμολογῶ. ΠΩΛ. Οὐκοῦν ποιοῦσιν ἃ βούλονται; ΣΩΚ. Οὔ φημι. ΠΩΛ. Ποιοῦντες ἃ δοκεῖ αὐτοῖς; ΣΩΚ. Φημί. ΠΩΛ. Σχέτλια λέγεις καὶ ὑπερφυῆ, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Μὴ κατηγόρει, ὦ λῷστε Πῶλε, ἵνα προσείπω σε κατὰ σέ· ἀλλ' εἰ μὲν ἔχεις ἐμὲ ἐρωτᾶν, ἐπίδειξον ὅ,τι ψεύδομαι· εἰ δὲ μή, αὐτὸς ἀποκρίνου. ΠΩΛ. Ἀλλ' ἐθέλω ἀποκρίνεσθαι, ἵνα καὶ εἰδῶ ὅ,τι λέγεις.

ιζ'. ΣΩΚ. Πότερον οὖν σοι δοκοῦσιν οἱ ἄνθρωποι τοῦτο βούλεσθαι ὃ ἂν πράττωσιν ἑκάστοτε, ἢ ἐκεῖνο οὗ ἕνεκα πράττουσι τοῦθ' ὃ

eſſe confiteris. nonne? POL. Certe. SOC. Quomodo igitur fit, ut oratores aut tyranni plurimum potentia in civitatibus valerent, niſi adverſus Socratem convinceret Polus illos facere, quæ volunt? POL. En vir iſte! SOC. Nego illos facere, quæ volunt; verum me redargue. POL. An non ante hoc ipſum nuper confitebaris, illos facere, quæ ſibi optima videntur? SOC. Etenim nunc illud confiteor. POL. Nonne igitur faciunt, quæ volunt? SOC. Nego. POL. Dum vero faciunt, quæ ſibi videatur? SOC. Aio. POL. Importuna atque abſurda narras, Socrates. SOC. Ne accuſes, optime Pole, (ὦ λῷστε Πῶλε) ut alloquar te ſecundum te; ſed, ſi me potes interrogare, oſtende, qua in re fallar; ſin minus, tu ipſe reſponde. POL. At volo reſpondere, ut, quid dicas, etiam intelligam.

17. SOC. Utrum igitur tibi videntur homines hoc velle, quod vulgo agunt, an illud, cujus cauſâ hoc agunt, quod a-

πράττωσιν; οἷον, οἱ τὰ φάρμακα πίνοντες παρὰ τῶν ἰατρῶν, πότερόν σοι δοκοῦσι τοῦτο βούλεσθαι ὅπερ ποιοῦσι, πίνειν τὸ φάρμακον καὶ ἀλγεῖν; ἢ ἐκεῖνο, τὸ ὑγιαίνειν, οὗ ἕνεκα πίνουσι; ΠΩΛ. Δηλονότι τὸ ὑγιαίνειν, οὗ ἕνεκα πίνουσιν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ οἱ πλέοντές τε καὶ τὸν ἄλλον χρηματισμὸν χρηματιζόμενοι, οὐ τοῦτό ἐστιν ὃ βούλονται, ὃ ποιοῦσιν ἑκάστοτε, (τίς γὰρ βούλεται πλεῖν τε καὶ κινδυνεύειν καὶ πράγματ᾽ ἔχειν;) ἀλλ᾽ ἐκεῖνο, οἶμαι, οὗ εἵνεκα πλέουσι, πλουτεῖν; πλούτου γὰρ ἕνεκα πλέουσι. ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ἄλλο τι οὖν οὕτω καὶ περὶ πάντων· ἐάν τις τι πράττῃ ἕνεκά του, οὐ τοῦτο βούλεται ὃ πράττει, ἀλλ᾽ ἐκεῖνο οὗ ἕνεκα πράττει. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Ἆρ᾽ οὖν ἔστι τι τῶν ὄντων ὃ οὐχὶ ἤτοι ἀγαθόν γ᾽ ἐστὶν ἢ κακὸν· ἢ μεταξὺ τούτων, οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακόν; ΠΩΛ. Πολ-

gunt? exempli cauſâ, ii, qui medicamenta a medicis ſumunt, utrum tibi videntur hoc velle, quod faciunt, nimirum medicamentum bibere, et dolere? an *potius* bene valere, cujus cauſâ bibunt? POL. Nimirum bene valere, cujus cauſâ bibunt. SOC. Nonne igitur ita res ſe habet illis quoque, qui navigant, et qui in aliis negotiis occupantur, non hoc, quod vulgo faciunt, illud eſt, quod volunt, (quis enim navigare, pericula adire, negotiis implicari, velit?) ſed illud, arbitror, cujus cauſâ navigant, nempe ut opes poſſideant? opum enim cauſâ navigant. POL. Omnino quidem. SOC. Itaque, ni tu quid aliud, hoc modo et de omnibus conſtituendum eſt; ſi quis aliquid agat alicujus rei cauſâ, non hoc vult, quod agit, ſed illud, cujus cauſâ agit. POL. Ita eſt. SOC. Eſtne igitur aliquid eorum, quæ exiſtunt, quod neque bonum quidem eſt, neque malum, ſive inter hæc medium, neque bonum neque malum? POL.

λὴ ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Οὐκοῦν λέγεις εἶναι ἀγαθὸν μὲν, σοφίαν τε καὶ ὑγίειαν, καὶ πλοῦτον, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα· κακὰ δὲ, τἀναντία τούτων; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Τὰ δὲ μήτε ἀγαθὰ, μήτε κακὰ, ἆρα τοιάδε λέγεις, ἃ ἐνίοτε μὲν μετέχει τοῦ ἀγαθοῦ, ἐνίοτε δὲ τοῦ κακοῦ, ἐνίοτε δὲ οὐδετέρου; οἷον, καθῆσθαι, καὶ βαδίζειν, καὶ τρέχειν, καὶ πλεῖν· καὶ οἷον αὖ λίθους καὶ ξύλα, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα; οὐ ταῦτα λέγεις; ἢ ἄλλ' ἄττα καλεῖς τὰ μήτε ἀγαθὰ μήτε κακά; ΠΩΛ. Οὔκ· ἀλλὰ ταῦτα. ΣΩΚ. Πότερον οὖν τὰ μεταξὺ ταῦτα, ἕνεκεν τῶν ἀγαθῶν πράττουσιν, ὅταν πράττωσιν; ἢ τἀγαθὰ, τῶν μεταξύ; ΠΩΛ. Τὰ μεταξὺ δήπου τῶν ἀγαθῶν. ΣΩΚ. Τὸ ἀγαθὸν ἄρα διώκοντες, καὶ βαδίζομεν, ὅταν βαδίζωμεν, οἰόμενοι βέλτιον εἶναι· καὶ τὸ ἐναντίον, ἕσταμεν ὅταν ἕστωμεν, τοῦ αὐτοῦ ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ. ἢ οὔ; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ ἀποκτίννυμεν,

Apprime neceſſe eſt, Socrates. SOC. Nonne igitur ais bonum quiddam eſſe ſapientiam, et ſanitatem, et divitias, et alia hujuſmodi; mala vero his contraria? POL. Certe. SOC. Quæ vero neque bona, neque mala ſunt, anne hæc hujuſmodi dicis, quæ aliquando quidem bonum, aliquando vero malum participant, aliquando neutrum? ut Sedere, Incedere, Currere, Navigare; et præterea ut lapides, ligna, et alia hujuſmodi? nonne hæc dicis? an alia quæpiam vocas nec bona nec mala? POL. Minime; ſed hæc ipſa. SOC. Utrum igitur media hæc bonorum cauſâ agunt homines, quum agunt, an bona cauſâ mediorum? POL. Media, crediderim, bonorum cauſâ. SOC. Itaque bonum perſequentes et incedimus, quum incedimus, melius hoc rati; et contra, ſtamus, quum ſtamus, illius ipſius boni cauſâ. nonne? POL. Etiam. SOC. Nonne igitur et interficimus,

εἴ τινα ἀποκτίννυμεν, ἢ ἐκβάλλομεν, καὶ ἀφαιρούμεθα χρήματα, οἰόμενοι ἄμεινον εἶναι ἡμῖν ταῦτα ποιεῖν, ἢ μή; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ἕνεκ᾽ ἄρα τοῦ ἀγαθοῦ πάντα ταῦτα ποιοῦσιν οἱ ποιοῦντες. ΠΩΛ. Φημί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὡμολογήσαμεν, ἃ ἕνεκά του ποιοῦμεν, μὴ ἐκεῖνα, βούλεσθαι, ἀλλ᾽ ἐκεῖνο οὗ ἕνεκα ταῦτα ποιοῦμεν; ΠΩΛ. Μάλιστα. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα σφάττειν βουλόμεθα, οὐδ᾽ ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων, οὐδὲ χρήματα ἀφαιρεῖσθαι, ἁπλῶς οὕτως· ἀλλ᾽ ἐὰν μὲν ὠφέλιμα ᾖ ταῦτα, βουλόμεθα πράττειν αὐτά· βλαβερὰ δὲ ὄντα, οὐ βουλόμεθα. τὰ γὰρ ἀγαθὰ βουλόμεθα, ὡς φῂς σύ· τὰ δὲ μήτε ἀγαθὰ μήτε κακὰ οὐ βουλόμεθα, οὐδὲ τὰ κακά. ἦ γὰρ ἀληθῆ σοι δοκῶ λέγειν, ὦ Πῶλε, ἢ οὔ; τί οὐκ ἀποκρίνῃ; ΠΩΛ. Ἀληθῆ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν, εἴπερ ταῦτα ὁμολογοῦμεν, ἤν τις ἀποκτείνῃ τινά, ἢ ἐκβάλλῃ ἐκ πόλεως, ἢ ἀφαιρῆται χρήματα, εἴτε τύραννος ὢν εἴτε ῥήτωρ, οἰόμενος

ſi aliquem interficiamus, et exterminamus, et opibus ſpoliamus, rati melius nobis eſſe hæc facere, quàm non facere? POL. Omnino quidem. SOC. Ergo boni causâ hæc omnia faciunt ii, qui ea faciunt. POL. Aio. SOC. Nonne igitur conceſſimus nos minime ea velle, quæ alicujus rei causâ facimus, ſed illud, cujus cauſâ hæc facimus? POL. Maxime. SOC. Non ergo volumus trucidare, neque ex civitatibus exterminare, neque quemquam opibus ſpoliare, ſimpliciter quidem ita; ſed, ſi hæc ſint utilia, ea volumus agere; ſin noxia, minime. bona enim volumus, quemadmodum tu ais; ea vero, quæ neque bona neque mala ſunt, minime, neque ipſa mala. ergone vera tibi videor dicere, Pole, necne? cur non reſpondes? POL. Vera. SOC. Nonne igitur, modo iſta concedamus, ſi quis aliquem interficiat, aut ex civitate exterminet, aut opibus ſpoliet, ſive ſit tyrannus, ſive orator, ratus id

εἶναι αὐτῷ ἄμεινον, τυγχάνῃ δὲ ὂν κάκιον, οὗτος δήπου ποιεῖ ἃ δοκεῖ αὐτῷ; ἢ γάρ; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν καὶ ἃ βούλεται, εἴπερ τυγχάνει ταῦτα κακὰ ὄντα; τί οὐκ ἀποκρίνῃ; ΠΩΛ. Ἀλλ' οὔ μοι δοκεῖ ποιεῖν ἃ βούλεται. ΣΩΚ. Ἔστιν οὖν ὅπως ὁ τοιοῦτος μέγα δύναται ἐν τῇ πόλει, ταύτῃ, εἴπερ ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι ἀγαθόν τι, κατὰ τὴν σὴν ὁμολογίαν; ΠΩΛ. Οὐκ ἔστιν. ΣΩΚ. Ἀληθῆ ἄρα ἐγὼ ἔλεγον, λέγων ὅτι ἔστιν ἄνθρωπον ποιοῦντα ἐν πόλει ἃ δοκεῖ αὐτῷ, μὴ μέγα δύνασθαι, μηδὲ ποιεῖν ἃ βούλεται.

ιή. ΠΩΛ. Ὡς δὴ σύ, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἂν δέξαιο ἐξεῖναί σοι ποιεῖν ὅ,τι δοκεῖ σοι ἐν τῇ πόλει, μᾶλλον ἢ μή, οὐδὲ ζηλοῖς ὅταν ἴδῃς τινὰ ἢ ἀποκτείναντα ὃν ἔδοξεν αὐτῷ, ἢ ἀφελόντα χρήματα, ἢ δήσαντα. ΣΩΚ. Δικαίως λέγεις, ἢ ἀδίκως; ΠΩΛ. Ὁπότερ' ἂν ποιῇ, οὐκ ἀμφοτέρως

eſſe ſibi melius, cum tamen ſit pejus, nonne is nimirum facit quæ ſibi videatur? nonne? POL. Etiam. SOC. An ergo etiam, quæ vult, *facit*, ſi hæc ſint mala? cur non reſpondes? POL. Non vero mihi videtur, quæ vult, facere. SOC. Fierine igitur poteſt, ut vir hujuſmodi hac ratione in civitate plurimum potentia valeret, ſi modo Plurimum potentia valere ſit bonum aliquid, prout tu concedis? POL. Non poteſt fieri. SOC. Vera igitur ego dixi, cum dixerim fieri poſſe, ut quis in civitate illa faciens, quæ ſibi videatur, non plurimum potentia valeat, neque illa, quæ velit, faciat.

18. POL. Quaſi tu profecto, Socrates, non malles licere tibi facere in civitate, quicquid tibi videatur, potius quam non licere, neque tum invideres, quum aliquem videris aut interficientem, aut opibus ſpoliantem, aut in vincula conjicientem, quem ſibi viſum fuerit. SOC. Juſtene ais, an injuſte? POL. Utrolibet modo

ζηλωτόν ἐστιν; ΣΩΚ. Εὐφήμει, ὦ Πῶλε. ΠΩΛ. Τί δή; ΣΩΚ. Ὅτι οὐ χρὴ οὔτε τοὺς ἀζηλώτους ζηλοῦν, οὔτε τοὺς ἀθλίους· ἀλλ' ἐλεεῖν. ΠΩΛ. Τί δέ; οὕτω σοὶ δοκεῖ ἔχειν περὶ ὧν ἐγὼ λέγω τῶν ἀνθρώπων; ΣΩΚ. Πῶς γὰρ οὔ; ΠΩΛ. Ὅστις οὖν ἀποκτίννυσιν ὃν ἂν δόξῃ αὐτῷ, δικαίως ἀποκτιννὺς, ἄθλιος δοκεῖ σοι καὶ ἐλεεινός; ΣΩΚ. Οὐκ ἔμοιγε· οὐδὲ μέντοι ζηλωτός. ΠΩΛ. Οὐκ ἄρτι ἄθλιον ἔφησθα εἶναι; ΣΩΚ. Τὸν ἀδίκως γε, ὦ ἑταῖρε, ἀποκτείναντα· καὶ ἐλεεινόν γε πρός· τὸν δὲ δικαίως, ἀζήλωτον. ΠΩΛ. Ἦπου ὅγε ἀποθνήσκων ἀδίκως, ἐλεεινός τε καὶ ἄθλιός ἐστιν. ΣΩΚ. Ἧττον ἢ ὁ ἀποκτιννὺς, ὦ Πῶλε· καὶ ἧττον ἢ ὁ δικαίως ἀποθνήσκων. ΠΩΛ. Πῶς δῆτα, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Οὕτως, ὡς μέγιστον τῶν κακῶν τυγχάνει ὂν τὸ ἀδικεῖν. ΠΩΛ. Ἦ γὰρ τοῦτο

agat, nonne utroque id invidendum? SOC. Bona verba, Pole. POL. Quî tandem? SOC. Quia minime oportet aut non invidendis invidere, aut infelicibus; ſed eorum miſereri. POL. Quid vero? itane illis hominibus, de quibus loquor, rem ſe habere putas? SOC. Quidni enim? POL. Quicunque igitur eum interficiat, quem ſibi viſum fuerit, juſte nimirum interficiens, tibine videtur infelix et miſerandus? SOC. Non mihi quidem; neque tamen invidendus. POL. An non modo infelicem illum eſſe dixiſti? SOC. Eum quidem, mi homo, qui aliquem injuſte interfecerit, et præterea miſerandum; eum vero, qui juſte, non invidendum. POL. Crediderim ſane eum certe, qui injuſte moritur, miſerandum et infelicem eſſe. SOC. Minus quam is, qui interficit, Pole; et minus quam is, qui juſte moritur. POL. Quo tandem modo, Socrates? SOC. Sic nimirum, quoniam injuriam facere omnium malorum maximum eſt. POL. Il-

μέγιστον; οὐ τὸ ἀδικεῖσθαι μεῖζον; ΣΩΚ. Ἥκιστά γε. ΠΩΛ. Σὺ ἄρα βούλοιο ἂν ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν; ΣΩΚ. Βουλοίμην μὲν ἂν ἔγωγε οὐδέτερα· εἰ δ' ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν. ΠΩΛ. Σὺ ἄρα οὐκ ἂν δέξαιο τυραννεῖν; ΣΩΚ. Οὐκ· εἰ τὸ τυραννεῖν γε λέγεις ὅπερ ἐγώ. ΠΩΛ. Ἀλλ' ἔγωγε τοῦτο λέγω ὅπερ ἄρτι, ἐξεῖναι ἐν τῇ πόλει, ὃ ἂν δοκῇ αὐτῷ, ποιεῖν τοῦτο, καὶ ἀποκτιννύντι καὶ ἐκβάλλοντι, καὶ πάντα πράττοντι κατὰ τὴν αὐτοῦ δόξαν. ΣΩΚ. Ὦ μακάριε, ἐμοῦ δὴ λέγοντος ¹ τῷ λόγῳ ἐπιλαβοῦ. εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν ἀγορᾷ πληθούσῃ, λαβὼν ὑπὸ μάλης ἐγχειρίδιον, λέγοιμι πρός σε, Ὅτι, ὦ Πῶλε, ἐμοὶ δύναμίς τις καὶ τυραννὶς θαυμασία ἄρτι προσγέγονεν. ἐὰν γὰρ ἄρα ἐμοὶ δόξῃ τινὰ τουτωνὶ τῶν ἀνθρώπων, ὧν σὺ ὁρᾷς, αὐτίκα μάλα δεῖν τεθνάναι, τεθνήξεται οὗτος ὃν ἂν δόξῃ. κἂν τινα δόξῃ

ludne revera maximum? nonne majus eſt injuriam pati? SOC. Minime quidem. POL. Tu igitur malles injuriam pati, quam facere? SOC. Vellem ego quidem neutrum; quòd ſi neceſſe eſſet aut injuriam facere, aut pati, mallem injuriam pati, quam facere. POL. Tu igitur nolles tyrannidem obtinere? SOC. Nollem; ſi quidem tyrannidem obtinere idem eſſe, atque ego, dicas. POL. At ego quidem tyrannidem illud eſſe dico, quod nuper memoravi, nempe licere homini in civitate facere, quicquid ſibi videatur, etiam ſi interficiat, exterminet, omniaque ex ſua ſententia agat. SOC. O vir felix, me quidem dicente, ea, quæ dicam, corripe. ſi enim ego in frequenti foro, aſſumpto ſub ala pugione, tibi dicerem, Mirabilis quædam nuper mihi acceſſit potentia et tyrannis, Pole. nam ſi videlicet mihi viſum fuerit aliquem ex his, quos tu vides, hominibus, ſtatim mori oportere, morietur ille, quemcunque viſum fuerit. et ſi mihi viſum fuerit caput alicujus ex

1 For. *τῶν λόγων* *Corn.* vide notam.

μοι τῆς κεφαλῆς αὐτῶν κατεαγῆναι δεῖν, κατεαγὼς ἔσται αὐτίκα μάλα· κἂν θοἰμάτιον διεσχίσθαι, διεσχισμένον ἔσται. οὕτω μέγα ἐγὼ δύναμαι ἐν τῇδε τῇ πόλει. εἰ οὖν ἀπιστοῦντί σοι δείξαιμι τὸ ἐγχειρίδιον, ἴσως ἂν εἴποις ἰδὼν, Οἷ, ὦ Σώκρατες, οὕτω μὲν πάντες ἂν μέγα δύναιντο· ἐπεὶ κἂν ἐμπρησθείη οἰκία τούτῳ τῷ τρόπῳ ἥντινα ἄν σοι δοκῇ, καὶ τά γε Ἀθηναίων νεώρια, καὶ τριήρεις, καὶ τὰ πλοῖα πάντα, καὶ τὰ δημόσια καὶ τὰ ἴδια. ἀλλ' οὐκ ἄρα τοῦτ' ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι, τὸ ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτῷ. ἢ δοκεῖ σοι; ΠΩΛ. Οὐ δῆτα οὕτω γε. ΣΩΚ. Ἔχεις οὖν εἰπεῖν διότι μέμφῃ τὴν τοιαύτην δύναμιν; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Τί δὴ, λέγε. ΠΩΛ. Ὅτι ἀναγκαῖον τὸν οὕτω πράττοντα, ζημιοῦσθαι, ἐστί. ΣΩΚ. Τὸ δὲ ζημιοῦσθαι, οὐ κακόν; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν, ὦ θαυμάσιε, τὸ μέγα δύνασθαι πάλιν αὖ σοι φαίνεται, ἐὰν μὲν πράττοντι ἃ δοκεῖ,

illis diminui oportere, ſtatim diminuetur; et ſi pallium diſcindi, diſcindetur. adeo plurimum in hac civitate potentia valeo. ſi igitur tibi minime credenti oſtenderem pugionem, forſan illum conſpicatus diceres, Ita quidem, Socrates, omnes plurimum potentia valere poſſint; quandoquidem iſto modo incendi etiam poſſit, quæcunque tibi libuerit domus, et Athenienſium navalia, et triremes, et navigia omnia tam publica quam privata. ſed hinc ſequitur, hoc non eſſe plurimum potentia valere, nimirum facere quicquid videatur. an tibi videtur? POL. Nequaquam hoc quidem modo. SOC. Poteſne igitur dicere, quam ob cauſam hujuſmodi potentiam culpes? POL. Certe. SOC. Age dic quare. POL. Quia neceſſe eſt eum, qui ita agat, male multari. SOC. Multari vero, nonne malum eſt? POL. Omnino quidem. SOC. Nonne igitur, vir egregie, Plurimum potentia valere tibi rurſus contra videtur bonum, ſi eum, qui ea, quæ ſibi

ἕπηται τὸ ὠφελίμως πράττειν, ἀγαθόν τε εἶναι· καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶν ὃ μέγα δύνασθαι· εἰ δὲ μὴ, κακὸν, καὶ σμικρὸν δύνασθαι; σκεψώμεθα δὲ καὶ τόδε. ἄλλο τι ἢ ὁμολογοῦμεν, ἐνίοτε μὲν ἄμεινον εἶναι ταῦτα ποιεῖν ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀποκτιννύναι τε καὶ ἐξελαύνειν ἀνθρώπους καὶ ἀφαιρεῖσθαι χρήματα; ἐνίοτε δὲ οὔ; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Τοῦτο μὲν δὴ, ὡς ἔοικε, καὶ παρὰ σοῦ καὶ παρ' ἐμοῦ ὁμολογεῖται. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Πότε οὖν, σὺ φὴς ἄμεινον εἶναι ταῦτα ποιεῖν; εἰπὲ τίνα ὅρον ὁρίζῃ. ΠΩΛ. Σὺ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες, ἀποκρίναι ταυτὸ τοῦτο. ΣΩΚ. Ἐγὼ μὲν τοίνυν φημὶ, ὦ Πῶλε, εἴ σοι παρ' ἐμοῦ ἥδιόν ἐστιν ἀκούειν, ὅταν μὲν δικαίως τις ταῦτα ποιῇ, ἄμεινον εἶναι· ὅταν δὲ ἀδίκως, κάκιον. ΠΩΛ. Χαλεπόν γέ σε ἐλέγξαι, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' οὐχὶ κἂν παῖς σε ἐλέγξειεν ὅτι οὐκ ἀληθῆ λέγεις; ΣΩΚ. Πολλὴν ἄρα ἐγὼ τῷ παιδὶ χάριν ἕξω, ἴσην δὲ

videatur, agat, utilis actio conſequatur; idque, ut videtur, eſt plurimum potentia valere; ſin minus, malum, et parum valere? hoc autem quoque conſideremus. nonne concedimus, aliquando melius eſſe hæc facere, quæ modo memoravimus, videlicet interficere, et expellere homines, opibuſque eos ſpoliare, aliquando vero minime? POL. Omnino quidem. SOC. Jam hoc quidem, ut videtur, et a me et a te conceſſum eſt. POL. Etiam. SOC. Quando igitur melius eſſe hæc facere ais? dic quem finem ſtatuas. POL. Imo tu, Socrates, hoc ipſum reſponde. SOC. Jam ego igitur, Pole, aio, ſi id libentius ex me audires, cum aliquis juſte quidem hæc faciat, id melius eſſe, cum vero injuſte, pejus. POL. Difficile quidem eſt te redarguere, Socrates; nonne vero vel puer convincere poſſet, te non vera dicere? SOC. Ingentes ergo gratias puero referam, pares vero et tibi, ſi

καί σοι, ἐὰν με ἐξελέγξῃς, καὶ ἀπαλλάξῃς φλυαρίας. ἀλλὰ μὴ κάμῃς φίλον ἄνδρα εὐεργετῶν· ἀλλ' ἔλεγχε.

ιθ'. ΠΩΛ. Ἀλλὰ μήν, ὦ Σώκρατες, οὐδέν γέ σε δεῖ παλαιοῖς πράγμασιν ἐλέγχειν. τὰ γὰρ ἐχθὲς καὶ πρώην γεγονότα, ταῦτα ἱκανά σε ἐξελέγξαι ἐστί, καὶ ἀποδεῖξαι ὡς πολλοὶ ἀδικοῦντες ἄνθρωποι, εὐδαίμονές εἰσι. ΣΩΚ. Τὰ ποῖα ταῦτα; ΠΩΛ. Ἀρχέλαον δήπου τοῦτον τὸν Περδίκκου ὁρᾷς ἄρχοντα Μακεδονίας; ΣΩΚ. Εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἀκούω γε. ΠΩΛ. Εὐδαίμων οὖν σοι δοκεῖ εἶναι, ἢ ἄθλιος; ΣΩΚ. Οὐκ οἶδα, ὦ Πῶλε· οὐ γάρ πω συγγέγονα τῷ ἀνδρί. ΠΩΛ. Τί δαί; συγγενόμενος ἂν γνοίης; ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γιγνώσκεις ὅτι εὐδαιμονεῖ; ΣΩΚ. Μὰ Δί', οὐ δῆτα. ΠΩΛ. Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γινώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα. ΣΩΚ. Καὶ ἀληθῆ γε ἐρῶ. οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως

me conviceris, atque ineptiis liberaveris. verum ne graveris amico benefacere; ſed redargue.

19. POL. Atqui, Socrates, nihil quidem opus eſt te antiquis exemplis redarguere. illa enim, quæ heri et nuper acciderunt, ſatis ſunt ad te convincendum, et demonſtrandum, multos injurios homines beatos eſſe. SOC. Quænam iſta? POL. Nonne vides Archelaum illum Perdiccæ filium Macedoniæ imperantem? SOC. Si non video, at certe audio. POL. Beatuſne igitur, an miſer, tibi eſſe videtur? SOC. Haud ſcio, Pole; nunquam enim cum eo verſatus ſum. POL. Quid? ſi cum eo verſatus eſſes, id cognoſceres? alioqui, nonne illico cognoſcis eum eſſe beatum? SOC. Nequaquam, Jovem teſtor. POL. Conſtat ſane, Socrates, te affirmaturum neſcire, an etiam Perſarum rex magnus beatus ſit. SOC. Et vera quidem dicam. neſcio enim, quam doctrina imbu-

ἔχει καὶ δικαιοσύνης. ΠΩΛ. Τί δέ; ἐν τούτῳ πᾶσα ἡ εὐδαιμονία ἐστίν; ΣΩΚ. Ὥς γε ἐγὼ λέγω, ὦ Πῶλε. τὸν μὲν γὰρ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ γυναῖκα, εὐδαίμονα εἶναι φημί· τὸν δὲ ἄδικον καὶ πονηρὸν, ἄθλιον. ΠΩΛ. Ἄθλιος ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ Ἀρχέλαος, κατὰ τὸν σὸν λόγον. ΣΩΚ. Εἴπερ γε, ὦ φίλε, ἄδικος. ΠΩΛ. Ἀλλὰ μὲν δὴ πῶς οὐκ ἄδικος; ᾧ γε προσῆκε μὲν τῆς ἀρχῆς οὐδὲν ἣν νῦν ἔχει, ὄντι ἐκ γυναικὸς ἣ ἦν δούλη Ἀλκέτου τοῦ Περδίκκου ἀδελφοῦ· καὶ κατὰ μὲν τὸ δίκαιον, δοῦλος ἦν Ἀλκέτου, καὶ εἰ ἐβούλετο τὰ δίκαια ποιεῖν, ἐδούλευσεν ἂν Ἀλκέτῃ· καὶ ἦν ἂν εὐδαίμων, κατά γε τὸν σὸν λόγον· νῦν δὲ θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονεν, ἐπεὶ τὰ μέγιστα ἠδίκηκεν. ὅς γε πρῶτον μὲν τοῦτον αὐτὸν τὸν δεσπότην καὶ θεῖον μεταπεμψάμενος, ὡς ἀποδώσων τὴν ἀρχὴν ἣν Περδίκκας αὐτὸν ἀφείλετο, ξενίσας καὶ καταμεθύσας αὐτόν τε καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀλέξανδρον,

tus ſit atque juſtitia. POL. Quid vero? haccine in re ſita eſt omnis felicitas? SOC. Meâ quidem ſententiâ, Pole. virum enim et mulierem, qui honeſtus et bonus ſit, beatum eſſe affirmo; injuſtum autem et improbum, miſerum. POL. Miſer ergo Archelaus iſte, ex tua ſententia. SOC. Certe, ſi modo, mi tu, injuſtus ſit. POL. Jam autem, quidni injuſtus? ad quem utique ejus imperii, quo nunc potitur, nihil pertinebat, quippe qui ex muliere quadam, quæ Alcetæ fratris Perdiccæ ſerva erat, natus ſit; et jure quidem ſervus erat Alcetæ, et, ſi juſta facere voluiſſet, Alcetæ ſerviiſſet; et, ex tua certe ſententia, beatus eſſet; nunc vero mirandum in modum miſer evaſit, quandoquidem maximas injurias fecit. is nimirum primò hunc ipſum dominum et patruum accerſens, quaſi redditurus imperium, quod ei Perdiccas abſtulerat, cum ipſum quidem et ipſius filium A-

ἀνεψιὸν αὐτοῦ, καὶ σχεδὸν ἡλικιώτην, ἐμβαλὼν εἰς ἅμαξαν, νύκτωρ ἐξαγαγὼν, ἀπέσφαξέ τε καὶ ἠφάνισεν ἀμφοτέρους. καὶ ταῦτα ἀδικήσας, ἔλαθεν ἑαυτὸν ἀθλιώτατος γενόμενος. καὶ οὐ μετεμέλησεν αὐτῷ· ἀλλ' ὀλίγον ὕστερον, τὸν ἀδελφὸν, τὸν γνήσιον τοῦ Περδίκκου υἱὸν, παῖδα ὡς ἑπταετῆ, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγίγνετο κατὰ τὸ δίκαιον, οὐκ ἐβουλήθη εὐδαίμων γενέσθαι δικαίως ἐκθρέψας καὶ ἀποδοὺς τὴν ἀρχὴν ἐκείνῳ· ἀλλ' εἰς φρέαρ ἐμβαλὼν καὶ ἀποπνίξας, πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ Κλεοπάτραν χῆνα ἔφη διώκοντα ἐμπεσεῖν καὶ ἀποθανεῖν. τοιγάρτοι νῦν, ἅτε μέγιστα ἠδικηκὼς τῶν ἐν Μακεδονίᾳ, ἀθλιώτατός ἐστι πάντων τῶν Μακεδόνων, ἀλλ' οὐκ εὐδαιμονέστατος. καὶ ἴσως ἐστὶν ὅστις Ἀθηναίων ἀπὸ σοῦ ἀρξάμενος, δέξαιτ' ἂν ἄλλος ὁστισοῦν Μακεδόνων γενέσθαι μᾶλλον ἢ Ἀρχέλαος.

lexandrum, patruelem æqualemque fere ſuum, hoſpitio excepiſſet, et ebrios feciſſet, in plauſtrum conjectos, et noctu exportatos utroſque jugulavit, et peremit. cumque has injurias feciſſet, non animadvertit ſe miſerrimum eſſe. neque eum pœnituit; ſed paulo poſt fratrem ſuum, Perdiccæ legitimum filium, puerum circiter ſeptem annos natum, ad quem jure pertinebat imperium, noluit, unde ipſe beatus eſſet, juſte alere, atque imperium ei reddere; cum vero in puteum dediſſet præcipitem, et ſuffocaſſet, apud Cleopatram ipſius matrem narravit, illum, dum anſerem perſequeretur, in puteum incidiſſe, atque mortem obiiſſe. idcirco ſcilicet nunc ille, utpote qui maxime omnium eorum, qui in Macedonia ſunt, injuſte egit, omnium Macedonum miſerrimus eſt, non vero beatiſſimus. et quilibet forſan Athenienſium, ut a te ordiamur, mallet alius quiſquam Macedonum eſſe, quam Archelaus.

κʹ. ΣΩΚ. Καὶ κατ' ἀρχὰς τῶν λόγων, ὦ Πῶλε, ἔγωγέ σε ἐπήνεσα ὅτι μοι δοκεῖς εὖ πρὸς τὴν ῥητορικὴν πεπαιδεῦσθαι, τοῦ δὲ διαλέγεσθαι ἠμεληκέναι. καὶ νῦν ἄλλο τι οὗτός ἐστιν ὁ λόγος, ᾧ με καὶ ἂν παῖς ἐξελέγξειε· καὶ ἐγὼ ὑπὸ σοῦ νῦν, ὡς σὺ οἴει, ἐξελήλεγμαι τούτῳ τῷ λόγῳ, φάσκων τὸν ἀδικοῦντα οὐκ εὐδαίμονα εἶναι. πόθεν ὦ 'γαθέ; καὶ μὴν οὐδέν γε σοι τούτων ὁμολογῶ ὧν σὺ φῄς. ΠΩΛ. Οὐ γὰρ ἐθέλεις. ἐπεὶ δοκεῖ γέ σοι ὡς ἐγὼ λέγω. ΣΩΚ. Ὦ μακάριε. ῥητορικῶς γάρ με ἐπιχειρεῖς ἐλέγχειν, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἡγούμενοι ἐλέγχειν. καὶ γὰρ ἐκεῖ οἱ ἕτεροι τοὺς ἑτέρους δοκοῦσιν ἐλέγχειν, ἐπειδὰν τῶν λόγων ὧν ἂν λέγωσι μάρτυρας πολλοὺς παρέχωνται, καὶ εὐδοκίμους, ὁ δὲ τἀναντία λέγων, ἕνα τινὰ παρέχηται ἢ μηδένα. οὗτος δὲ ὁ ἔλεγχος οὐδενὸς ἄξιός ἐστι πρὸς τὴν ἀλήθειαν· ἐνίοτε γὰρ ἂν καὶ καταψευδομαρτυρηθείη τις ὑπὸ πολλῶν καὶ

20. SOC. Et in initio diſputationis, Pole, te laudavi, quòd mihi videreris rhetorica bene inſtitutus eſſe, diſſerendi autem artem neglexiſſe. jamque, ni aliud quid narres, hic ſermo eſt, quo me vel puer convincere poſſet; atque ego nunc abs te, ut opinaris, hoc ſermone convictus ſum, quòd dixerim eum, qui injuſte agat, minime beatum eſſe. unde, bone vir? atqui nihil certe tibi horum, quæ ais, concedo. POL. Nonvis ſcilicet. quoniam res tibi ita certe videtur, ut ego dico. SOC. O vir beate! me enim rhetorico more conaris redarguere, quemadmodum ii, qui in judiciis verſantur, et redarguere ſe arbitrantur. namque ibi alii alios redarguere ſe putant, quum earum rerum, quæ in medium afferunt, multos et ſpectabiles teſtes adhibeant, adverſarius autem aut unum aliquem aut nullum adhibeat. verum hæc redarguendi ratio nullius eſt momenti ad veritatem; interdum enim a multis bonæque famæ hominibus poteſt quis

δοκούντων εἶναί τι. καὶ νῦν περὶ ὧν σὺ λέγεις ὀλίγου σοι πάντες συμφήσουσι ταῦτα Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξένοι. καὶ ἐὰν βούλῃ κατ' ἐμοῦ μάρτυρας παρέχεσθαι ὡς οὐκ ἀληθῆ λέγω, μαρτυρήσουσί σοι, ἐὰν μὲν βούλῃ, Νικίας ὁ Νικηράτου, καὶ οἱ ἀδελφοὶ μετ' αὐτοῦ· ὧν οἱ τρίποδες, οἱ ἐφεξῆς ἑστῶτες εἰσὶν ἐν τῷ Διονυσίῳ· ἐὰν δὲ βούλῃ, Ἀριστοκράτης ὁ Σκελλίου, οὗ αὖ ἐστὶν ἐν Πυθίου τοῦτο τὸ καλὸν ἀνάθημα· ἐὰν δὲ βούλῃ, ἡ Περικλέους ὅλη οἰκία, ἢ ἄλλη συγγένεια ἥντινα ἂν βούλῃ τῶν ἐνθένδε ἐκλέξασθαι. ἀλλ' ἐγώ σοι εἷς ὢν οὐχ ὁμολογῶ. οὐ γάρ με σὺ ἀναγκάζεις, ἀλλὰ ψευδομάρτυρας πολλοὺς κατ' ἐμοῦ παρασχόμενος, ἐπιχειρεῖς ἐκβάλλειν με ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τοῦ ἀληθοῦς. ἐγὼ δὲ ἂν μὴ σὲ αὐτὸν ἕνα ὄντα μάρτυρα παράσχωμαι ὁμολογοῦντα περὶ ὧν λέγω, οὐδὲν οἶμαι ἄξιον λόγου πεπεράνθαι περὶ ὧν ἂν ἡμῖν ὁ λόγος ᾖ. οἶμαι δὲ οὐδὲ σύ, ἐὰν μὴ ἐγώ σοι μαρτυρῶ εἷς ὢν μόνος,

etiam falſo teſtimonio oppugnari. et nunc jam de iis, quæ dicis, fere omnes tibi Athenienſes et hoſpites hæc conſentient. et ſi volueris teſtes adverſus me adhibere, quaſi non vera loquar, tibi teſtimonium perhibebunt, ſi quidem volueris, Nicias Nicerati filius, fratreſque cum eo; quorum ſunt tripodes, qui in Dionyſio ſtant ordine collocati; ſi autem velis, Ariſtocrates Scellii filius, cujus item in Pythio eſt pulchrum illud donarium; ſin velis, univerſa Periclis familia, aut alia gens quælibet, quamcunque velis ex hac civitate eligere. verum ego, qui unus ſum, tibi non aſſentior. non enim me compellis, ſed multis falſis teſtibus adverſus me adhibitis conaris me e facultatibus atque veritate ejicere. ego autem, niſi teipſum, cum unus ſis, teſtem adhibuero de iis, quæ dico, aſſentientem, nihil dignum memoratu in iis rebus, de quibus ſermo noſter eſt, *a me* peractum eſſe arbitror. neque etiam te quicquam peracturum arbitror, niſi ego, qui

τοὺς δ' ἄλλους πάντας τούτους χαίρειν ἐᾷς. ἔστι μὲν οὖν οὗτός τις τρόπος ἐλέγχου, ὡς σύ τε οἴει καὶ ἄλλοι πολλοί· ἔστι δὲ καὶ ἄλλος, ὃν ἐγὼ αὖ οἶμαι. παραβάλλοντες οὖν παρ' ἀλλήλους σκεψώμεθα εἴτι διοίσουσιν ἀλλήλων. καὶ γὰρ τυγχάνει περὶ ὧν ἀμφισβητοῦμεν οὐ πάνυ σμικρὰ ὄντα, ἀλλὰ σχεδόν τι ταῦτα περὶ ὧν εἰδέναι τε κάλλιστον, μὴ εἰδέναι τε αἴσχιστον. τὸ γὰρ κεφάλαιον αὐτῶν ἐστὶν, ἢ γιγνώσκειν ἢ ἀγνοεῖν ὅστις τε εὐδαίμων ἐστὶ, καὶ ὅστις μή.

κα'. Αὐτίκα πρῶτον, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶ, σὺ ἡγῇ οἷόν τε εἶναι μακάριον ἄνδρα ἀδικοῦντά τε καὶ ἄδικον ὄντα· εἴπερ Ἀρχέλαον ἄδικον μὲν ἡγῇ εἶναι, εὐδαίμονα δέ. ἄλλοτι ὡς οὕτω σου νομίζοντος διανοώμεθα. ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ἐγὼ δέ φημι ἀδύνατον. ἓν μὲν τουτὶ ἀμφισβητοῦμεν. εἶεν. ἀδικῶν δὲ δὴ εὐδαίμων ἔσται,

unus ſum, ſolus tibi teſtimonium perhibeam, iſtos vero omnes alios miſſos facias. eſt igitur hic quidem redarguendi quidam modus, quemadmodum tu et alii multi arbitramini; eſt vero et alius, quem ego contra probo. illos igitur ſecum invicem conferentes, conſideremus, utrum aliquid inter ſe diſcrepuerint. etenim res illæ, de quibus ambigimus, non prorſus exiguæ ſunt, ſed propemodum illæ, quas et ſcire pulcherrimum eſt, et neſcire turpiſſimum. earum enim ſumma eſt, ut, quis beatus, et quis non ſit, cognoſcamus, aut ignoremus.

21. Exempli cauſa in illa re primum, de qua nunc inſtituitur oratio, tu fieri poſſe opinaris, ut beatus ſit vir injuſte agens, et qui injuſtus ſit; ſi quidem opinaris Archelaum injuſtum eſſe, ſed beatum. ni aliud quid dicas, te ita ſentire ſtatuamus. POL. Omnino quidem. SOC. Ego vero id fieri non poſſe aio. unum quidem hoc eſt, de quo ambigimus. ſit ſane ita. age

ἆρ' ἂν τυγχάνῃ δίκης τε καὶ τιμωρίας; ΠΩΛ. Ἥκιστά γε· ἐπεὶ οὕτω γ' ἂν ἀθλιώτατος εἴη. ΣΩΚ. Ἀλλ' ἐὰν ἄρα μὴ τυγχάνῃ δίκης ὁ ἀδικῶν, κατὰ τὸν σὸν λόγον, εὐδαίμων ἔσται. ΠΩΛ. Φημί. ΣΩΚ. Κατὰ δέ γε τὴν ἐμὴν δόξαν, ὦ Πῶλε, ὁ ἀδικῶν τε καὶ ὁ ἄδικος, ἀπάντων μὲν ἄθλιος· ἀθλιώτερος μέντοι ἐὰν μὴ διδῷ δίκην, μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας ἀδικῶν· ἧττον δὲ ἄθλιος, ἐὰν διδῷ δίκην, καὶ τυγχάνῃ δίκης ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων. ΠΩΛ. Ἄτοπά γε, ὦ Σώκρατες, ἐπιχειρεῖς λέγειν. ΣΩΚ. Πειράσομαι δέ γε καὶ σὲ ποιῆσαι, ὦ ἑταῖρε, ταὐτὰ ἐμοὶ λέγειν· φίλον γάρ σε ἡγοῦμαι. νῦν μὲν οὖν ἃ διαφερόμεθα, ταῦτ' ἐστί. σκόπει δὲ καὶ σύ. εἶπον ἐγώ που ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον εἶναι. ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Σὺ δὲ τὸ ἀδικεῖσθαι. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ τοὺς ἀδικοῦντας

vero, is, qui injuſte agit, eritne beatus, ſi pœnas ſuppliciumque perferat? POL. Minime vero; quoniam ita quidem miſerrimus eſſet. SOC. Atqui ſi ille ergo, qui injuſte agit, non pœnas perferat, ex tua ſententia, beatus erit. POL. Ita aio. SOC. At mea quidem opinione, Pole, is, qui injuſte agit, et injuſtus eſt, maxime omnium quidem miſer eſt; jam quidem miſerior, ſi injuſte agens pœnas non dederit, neque ſupplicium tulerit; minus vero miſer, ſi pœnas dederit, et a diis et hominibus pœnas ſubiverit. POL. Mirabilia quidem, Socrates, dicere conaris. SOC. Operam vero certe dabo, mi tu, ut ipſe quoque eadem, atque ego, dicas; te enim amicum duco. jam ergo ea, de quibus inter nos diſſentimus, hæc ſunt. verum tu quoque animadverte. dixi ego alicubi ſupra, pejus eſſe facere, quam pati injuriam. POL. Omnino quidem. SOC. Tu vero pati injuriam. POL. Etiam. SOC. Ego porro aiebam, eos, qui injuriam faci-

ἀθλίους ἔφην εἶναι ἐγώ, καὶ ἐξηλέγχθην ὑπὸ σοῦ. ΠΩΛ. Ναὶ μὰ Δία. ΣΩΚ. Ὡς σὺ οἴει, ὦ Πῶλε. ΠΩΛ. Ἀληθῆ γε οἰόμενος ἴσως. ΣΩΚ. Σὺ δέ γε εὐδαίμονας αὖ τοὺς ἀδικοῦντας, ἐὰν μὴ διδῶσι δίκην. ΠΩΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Ἐγὼ δὲ αὐτοὺς ἀθλιωτάτους φημί· τοὺς δὲ διδόντας δίκην, ἧττον. βούλει καὶ τοῦτο ἐλέγχειν; ΠΩΛ. Ἀλλ' ἔτι τοῦτ' ἐκείνου χαλεπώτερόν ἐστιν, ὦ Σώκρατες, ἐξελέγξαι. ΣΩΚ. Οὐ δῆτα, ὦ Πῶλε· ἀλλ' ἀδύνατον. τὸ γὰρ ἀληθὲς οὐδέποτε ἐλέγχεται. ΠΩΛ. Πῶς λέγεις; ἐὰν ἀδικῶν ἄνθρωπος ληφθῇ τυραννίδι ἐπιβουλεύων, καὶ ληφθεὶς στρεβλῶται, καὶ ἐκτέμνηται, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκάηται· καὶ ἄλλας πολλὰς καὶ μεγάλας καὶ παντοδαπὰς λώβας αὐτός τε λωβηθεὶς, καὶ τοὺς αὐτοῦ ἐπιδὼν παῖδάς τε καὶ γυναῖκα, τὸ ἔσχατον ἀνασταυρωθῇ, ἢ καταπιττωθῇ, οὗτος εὐδαιμονέστερος ἔσται, ἢ ἐὰν διαφυγὼν τύραννος καταστῇ, καὶ ἄρχων ἐν τῇ

unt, miſeros eſſe, et a te convictus ſum. POL. Ita per Jovem. SOC. Ut tu ſentis, Pole. POL. Vere quidem fortaſſe ſentiens. SOC. At tu contra profecto beatos illos *ais*, qui injuriam faciunt, ſi non dent pœnas. POL. Omnino ſane. SOC. Ego vero illos aio eſſe miſerrimos; eos autem, qui dant pœnas, minus. viſne iſtud etiam redarguere? POL. At iſtud illo adhuc difficilius ad refellendum eſt, Socrates. SOC. Nequaquam, Pole; imo vero id fieri non poteſt. veritas enim nunquam redarguitur. POL. Quî tandem? ſi quis injuſte agens in tyrannide affectanda deprehendatur, et deprehenſus torqueatur, et caſtretur, eique oculi exurantur; et ubi aliis multis gravibus omnigeniſque contumeliis ipſe affectus fuerit, ſuoſque liberos et conjugem *eadem pati* viderit, tandem cruci affigatur, vel pice oblinatur, iſtene erit beatior, quam ſi ſupplicio evitato tyrannus con-

πόλει διαβιῷ, ποιῶν ὅ,τι ἂν βούληται, ζηλωτὸς ὢν καὶ εὐδαιμονιζόμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων; ταῦτα λέγεις ἀδύνατον εἶναι ἐξελέγχειν; ΣΩΚ. Μορμολύττῃ αὖ, ὦ γενναῖε Πῶλε, καὶ οὐκ ἐλέγχεις· ἄρτι δὲ ἐμαρτύρου. ὅμως δὲ ὑπόμνησόν με σμικρὸν, ἐὰν ἀδίκως ἐπιβουλεύων τυραννίδι εἶπες. ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Εὐδαιμονέστερος μὲν τοίνυν οὐδέποτε ἔσται οὐδέτερος αὐτῶν, οὔτε ὁ κατειργασμένος τὴν τυραννίδα ἀδίκως, οὔτε ὁ δίκην διδούς· δυοῖν γὰρ ἀθλίοιν εὐδαιμονέστερος μὲν οὐκ ἂν εἴη, ἀθλιώτερος μέντοι ὁ διαφυγὼν καὶ τυραννεύσας.

κβ'. Τί τοῦτο, ὦ Πῶλε, γελᾷς; ἄλλο αὖ τοῦτο εἶδος ἐλέγχου ἐστὶν, ἐπειδάν τις τι εἴπῃ, καταγελᾷν, ἐλέγχειν δὲ μή; ΠΩΛ. Οὐκ οἴει ἐξεληλέγχθαι, ὦ Σώκρατες, ὅταν τοιαῦτα λέγῃς ἃ οὐδεὶς ἂν φήσειεν ἀνθρώπων; ἐπεὶ ἐροῦ τινὰ τουτωνί. ΣΩΚ. Ὦ Πῶλε, οὐκ εἰμὶ τῶν

ſtituatur, et imperio civitatis potitus vivat, quicquid libuerit agens, civibus et peregrinis invidendus, atque ab iis beatus habitus? hæccine ais refelli non poſſe? SOC. Terriculamentis nos item perterres, generoſe Pole, non autem redarguis; nuper vero teſtes citabas. at mihi tamen parvum quid in memoriam revoca, an nimirum dixeris affectare eum injuſte tyrannidem. POL. Certe. SOC. Jam neuter igitur ipſorum beatior unquam erit, neque is, qui tyrannidem injuſte adeptus fuerit, neque is, qui dat pœnas; e duobus enim miſeris non beatior quis erit, miſerior tamen ille, qui ſupplicia evitaverit, et tyrannidem obtinuerit.

22. Quid hac de re, Pole, rides? aliudne rurſus hoc redarguendi genus eſt, quum quis aliquid d cat, deridere, non autem redarguere? POL. Non putas te refutatum eſſe, Socrates, quum ea hujuſmodi dicis, quæ nullus mortalium affirmaret; alioquin horum aliquem interroga. SOC. Non

πολιτικῶν. καὶ πέρυσι βουλεύειν λαχὼν, ἐπειδὴ ἡ φυλὴ ἐπρυτάνευε, καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν, γέλωτα παρεῖχον, καὶ οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν. μὴ οὖν μηδὲ νῦν με κέλευε ἐπιψηφίζειν τῶν παρόντων. ἀλλ' εἰ μὴ ἔχεις τούτων βελτίω ἔλεγχον, (ὅπερ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον) ἐμοὶ ἐν τῷ μέρει παράδος, καὶ πείρασαι τοῦ ἐλέγχου οἷον ἐγὼ οἶμαι δεῖν εἶναι. ἐγὼ γὰρ ὧν ἂν λέγω, ἕνα μὲν παρασχέσθαι μάρτυρα ἐπίσταμαι, αὐτὸν πρὸς ὃν ἄν μοι ὁ λόγος ᾖ, τῶν δὲ πολλοὺς ἐῶ χαίρειν· καὶ ἕνα ἐπιψηφίζειν ἐπίσταμαι, τοῖς δὲ πολλοῖς οὐδὲ διαλέγομαι. ὅρα οὖν εἰ ἐθελήσαις ἐν τῷ μέρει διδόναι ἔλεγχον, ἀποκρινόμενος τὰ ἐρωτώμενα. ἐγὼ γὰρ δὴ οἶμαι καὶ ἐμὲ καὶ σε καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον ἡγεῖσθαι· καὶ τὸ μὴ διδόναι δίκην, τοῦ διδόναι. ΠΩΛ. Ἐγὼ δέ γε οὔτ' ἐμὲ, οὔτ'

ſum, Pole, ex numero eorum, qui in republica verſantur. et ſuperiori anno, quum ad ſenatorium munus ſorte electus eſſem, quòd tribus *mea* præſidebat, mihique rogandæ erant ſententiæ, riſum excitavi, quia rogandarum ſententiarum imperitus eram. noli ergo etiam nunc me jubere, ut eorum, qui adſunt, ſententias rogem. at ſi nullam habeas meliorem, quam hæ ſunt, redarguendi rationem, (quemadmodum modo dicebam) mihi viciſſim dicendi partes tribue, et experire talem redarguendi rationem, qualem ego adhibendam putem. ego enim eorum, quæ dico, unum quidem adhibere teſtem ſcio, illum ipſum, quîcum mihi eſt ſermo inſtitutus, multitudinem vero miſſam facio; et unius ſententiam rogare ſcio, cum multitudine vero ne colloquor quidem. vide igitur, an volueris refutandum te præbere viciſſim, dum ad ea, quæ interrogata fuerint, reſpondes. ego enim profecto arbitror, et me, et te, et alios homines cenſere, pejus eſſe facere injuriam, quam pati, et non dare pœnas, quam dare. POL. Contra ego

ἄλλον ἀνθρώπων οὐδένα. ἐπεὶ σὺ δέξαιο ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν; ΣΩΚ. Καὶ σύ γ' ἄν, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες. ΠΩΛ. Πολλοῦ γε δεῖ. ἀλλ' οὔτ' ἐγώ, οὔτε σύ, οὔτ' ἄλλος οὐδείς. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἀποκρινῇ; ΠΩΛ. Πάνυ μὲν οὖν. καὶ γὰρ ἐπιθυμῶ εἰδέναι ὅ,τι ποτ' ἐρεῖς.

κγ'. ΣΩΚ. Λέγε δή μοι, ἵν' εἰδῇς, ὥσπερ ἂν εἰ ἐξαρχῆς σε ἠρώτων· πότερον δοκεῖ σοι, ὦ Πῶλε, κάκιον εἶναι, τὸ ἀδικεῖν ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι; ΠΩΛ. Τὸ ἀδικεῖσθαι, ἔμοιγε. ΣΩΚ. Τί δαὶ δὴ αἴσχιον; πότερον τὸ ἀδικεῖν ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι; ἀποκρίνου. ΠΩΛ. Τὸ ἀδικεῖν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ κάκιον, εἴπερ αἴσχιον; ΠΩΛ. Ἥκιστά γε. ΣΩΚ. Μανθάνω. οὐ ταυτὸν ἡγῇ σύ, ὡς ἔοικας, καλόν τε καὶ ἀγαθόν, κακὸν καὶ αἰσχρόν. ΠΩΛ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Τί δαὶ τόδε; τὰ καλὰ πάντα, οἷον καὶ σώματα καὶ χρώματα, καὶ σχήματα, καὶ φωνάς, καὶ ἐπιτηδεύματα, εἰς οὐδὲν ἀπο-

certe, neque me, neque alium hominum quenquam. tune enim malles pati, quam facere injuriam? SOC. Imo et tu, et alii omnes. POL. Multum certe abeſt. verum nec ego, nec tu, nec alius quiſquam. SOC. Nonne ergo reſpondebis? POL. Omnino profecto. etenim ſcire cupio, quid tandem ſis dicturus.

23. SOC. Age dic mihi, ut ſcias, tanquam ſi ab initio te interrogarem, Utrum tibi videtur pejus, Pole? injuriam facere an pati? POL. Pati, mihi quidem. SOC. Rurſus autem, quid turpius eſt? facere an pati injuriam? reſponde. POL. Facere injuriam. SOC. Nonne ergo et pejus, ſi modo turpius? POL. Minime quidem. SOC. Intelligo. non idem eſſe ducis, ut videtur, pulchrum et bonum, malum et turpe. POL. Profecto non. SOC. Quid rurſus iſtud? omnes res pulchras, velut corpora, colores, figuras, voces, inſtituta, nul-

βλέπων καλεῖς ἑκάστοτε καλά; οἷον πρῶτον τὰ σώματα τὰ καλά, οὐχὶ ἤτοι κατὰ τὴν χρείαν λέγεις καλὰ εἶναι, πρὸς ὃ ἂν ἕκαστον χρήσιμον ᾖ, πρὸς τοῦτο; ἢ κατὰ ἡδονήν τινα, ἐὰν ἐν τῷ θεωρεῖσθαι χαίρειν ποιῇ τοὺς θεωροῦντας; ἔχεις τι ἐκτὸς τούτων λέγειν περὶ σώματος κάλλους; ΠΩΛ. Οὐκ ἔχω. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ τἆλλα πάντα οὕτω καὶ σχήματα, καὶ χρώματα, ἢ διὰ ἡδονήν τινα, ἢ διὰ ὠφέλειαν, ἢ δι' ἀμφότερα, καλὰ προσαγορεύεις; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐ καὶ τὰς φωνάς; καὶ τὰ κατὰ τὴν μουσικὴν πάντα ὡσαύτως; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ μὴν τά γε κατὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, οὐ δήπου ἐκτὸς τούτων ἐστὶ τὰ καλά, τοῦ ὠφέλιμα εἶναι, ἢ ἡδέα, ἢ ἀμφότερα. ΠΩΛ. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ τὸ τῶν μαθημάτων κάλλος ὡσαύτως; ΠΩΛ. Πάνυ γε. καὶ

liuſne rei ratione habita vulgo appellas bona? exempli cauſa, primum corpora pulchra, nonne videlicet aut ſecundum utilitatem pulchra eſſe dicis, ratione illius rei *pulchra*, ad quam unumquodque utile ſit; aut ſecundum voluptatem quandam, ſi aſpectu ipſo delectent ſpectatores? poteſne aliquid præter hæc de corporis pulchritudine dicere? POL. Non poſſum. SOC. Nonne ergo et cæteras omnes hoc modo, et figuras, et colores, aut propter voluptatem quandam, aut propter commodum, aut propter utrumque, pulchras nominas? POL. Certe. SOC. Nonne et voces, omniaque, quæ ad muſicam pertinent, ſimiliter? POL. Etiam. SOC. Adhæc ea certe, quæ ad leges et inſtituta pertinent, non, ut crediderim, pulchra ſunt præter hæc, ut nimirum ſint commoda, vel jucunda, vel utrumque. POL. Non mihi quidem videtur. SOC. Nonne ergo et diſciplinarum pulchritudo ſimiliter *ſe habet?* POL. Omnino certe. et recte quidem

καλῶς γε νῦν ὁρίζῃ, ὦ Σώκρατες, ἡδονῇ τε καὶ ἀγαθῷ ὁριζόμενος τὸ καλόν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ τὸ αἰσχρὸν τῷ ἐναντίῳ, λύπῃ τε καὶ κακῷ; ΠΩΛ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Ὅταν ἄρα δυοῖν καλοῖν θάτερον κάλλιον ᾖ, ἢ τῷ ἑτέρῳ τούτοιν, ἢ ἀμφοτέροις ὑπερβάλλον, κάλλιόν ἐστιν, ἤτοι ἡδονῇ, ἢ ὠφελείᾳ, ἢ ἀμφοτέροις. ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Καὶ ὅταν δὲ δὴ δυοῖν αἰσχροῖν τὸ ἕτερον αἴσχιον ᾖ, ἤτοι λύπῃ ἢ κακῷ ὑπερβάλλον, αἴσχιον ἔσται. ἢ οὐκ ἀνάγκη; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Φέρε δή, πῶς ἐλέγετο νῦν δὴ περὶ τοῦ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι; οὐκ ἔλεγες τὸ μὲν ἀδικεῖσθαι, κάκιον εἶναι, τὸ δὲ ἀδικεῖν, αἴσχιον; ΠΩΛ. Ἔλεγον. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἴπερ αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ἤτοι λυπηρότερόν ἐστι, καὶ λύπῃ ὑπερβάλλον, αἴσχιον ἂν εἴη, ἢ κακῷ, ἢ ἀμφοτέροις; οὐ καὶ τοῦτο ἀνάγκη; ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Πρῶτον μὲν δὴ σκεψώμεθα, ἆρα λύπῃ ὑπερβάλλει

nunc definis, Socrates, quum pulchrum voluptate et bono definis. SOC. Nonne ergo turpe quoque contrario *definiendum*, dolore videlicet et malo? POL. Neceſſe eſt. SOC. Quum igitur ex duobus pulchris alterum pulchrius eſt, aut horum altero aut utriſque excedens pulchrius eſt, nimirum vel voluptate, vel commodo, vel utriſque. POL. Omnino quidem. SOC. Age vero, quum porro ex duobus turpibus alterum turpius eſt, aut dolore nimirum aut malo excedens turpius erit. nonne neceſſe eſt? POL. Etiam. SOC. Agedum, quomodo paulo ante de facienda et patienda injuria dicebatur? nonne dicebas pejus eſſe pati injuriam, facere autem turpius? POL. Dicebam. SOC. Nonne ergo, ſi turpius ſit facere injuriam, quam pati, nimirum aut moleſtius eſt, et dolore excedens turpius eſſet, aut malo *excedens*, aut utriſque? nonne et hoc neceſſe? POL. Quidni enim? SOC. Primum quidem conſideremus, an injuriam facere

τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι· καὶ ἀλγοῦσι μᾶλλον οἱ ἀδικοῦντες ἢ οἱ ἀδικούμενοι. ΠΩΛ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, τοῦτό γε. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα λύπῃ γε ὑπερέχει. ΠΩΛ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἰ μὴ λύπῃ, ἀμφοτέροις μὲν οὐκ ἂν ἔτι ὑπερβάλλοι; ΠΩΛ. Οὐ φαίνεται. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τῷ ἑτέρῳ λείπεται; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Τῷ κακῷ; ΠΩΛ. Ἔοικεν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν κακῷ ὑπερβάλλον τὸ ἀδικεῖν κάκιον ἂν εἴη τοῦ ἀδικεῖσθαι; ΠΩΛ. Δῆλον δὴ ὅτι. ΣΩΚ. Ἄλλο τι οὖν, ὑπὸ μὲν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων καὶ ὑπὸ σοῦ ὡμολογεῖτο ἡμῖν ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ αἴσχιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Νῦν δέ γε κάκιον ἐφάνη. ΠΩΛ. Ἔοικε. ΣΩΚ. Δέξαιο οὖν ἂν σὺ μᾶλλον τὸ κάκιον καὶ τὸ αἴσχιον ἀντὶ τοῦ ἧττον; μὴ ὄκνει ἀποκρίνασθαι, ὦ Πῶλε, (οὐδὲν γὰρ βλαβήσῃ) ἀλλὰ γενναίως τῷ λόγῳ, ὥσπερ ἰατρῷ, παρέχων, ἀποκρίνου· καὶ ἢ φάθι

dolore excedat illud, pati injuriam ; doleantque magis ii, qui faciunt injuriam, quam ii, qui patiuntur. POL. Nequaquam hoc quidem, Socrates. SOC. Non ergo dolore certe ſuperat. POL. Profecto non. SOC. Nonne ergo, ſi non dolore, nec amplius utriſque excederet ? POL. Non videtur. SOC. Nonne ergo ſupereſt, ut *excedat* altero? POL. Etiam. SOC. Malone? POL. Videtur. SOC. Nonne ergo injuriam facere, dum malo excedit, pejus eſſet, quam pati injuriam ? POL. Rem ita ſe habere perſpicuum eſt. SOC. Ergo, ni aliud quid tu, a multitudine et a te nobis antehac concedebatur, injuriam facere turpius eſſe, quam injuriam pati. POL. Ita eſt. SOC. Nunc vero certe pejus apparuit. POL. Videtur. SOC. Tune ergo malis illud, quod pejus eſt et turpius, quam illud, quod minus ? ne dubites reſpondere, Pole, (nihil enim ad te redibit incommodi) ſed fortiter te ſermoni, veluti medico, committens, reſponde ; et vel da, vel nega, quæ in-

ἢ μή, ἃ ἐρωτῶ. ΠΩΛ. Ἀλλ' οὐκ ἂν δεξαίμην, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ἄλλος δέ τις ἀνθρώπων; ΠΩΛ. Οὔ μοι δοκεῖ, κατά γε τοῦτον τὸν λόγον. ΣΩΚ. Ἀληθῆ ἄρα ἐγὼ ἔλεγον ὅτι οὔτ' ἂν ἐγώ, οὔτ' ἂν σύ, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς ἀνθρώπων δέξαιτ' ἂν μᾶλλον ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι· κάκιον γὰρ τυγχάνει ὄν. ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Ὁρᾷς οὖν, ὦ Πῶλε, ὁ ἔλεγχος παρὰ τὸν ἔλεγχον παραβαλλόμενος ὅτι οὐδὲν ἔοικεν; ἀλλὰ σοὶ μὲν οἱ ἄλλοι πάντες ὁμολογοῦσι πλὴν ἐμοῦ· ἐμοὶ δὲ σὺ ἐξαρκεῖς εἷς ὢν μόνος καὶ ὁμολογῶν καὶ μαρτυρῶν· καὶ ἐγώ σε μόνον ἐπιψηφίζων, τοὺς ἄλλους ἐῶ χαίρειν.

κδ'. Καὶ τοῦτο μὲν ἡμῖν οὕτως ἐχέτω· μετὰ τοῦτο δὲ περὶ οὗ τὸ δεύτερον ἠμφισβητήσαμεν, σκεψώμεθα· τὸ ἀδικοῦντα διδόναι δίκην, ἆρα μέγιστον τῶν κακῶν ἐστίν, ὡς σὺ ᾤου· ἢ μὴν μεῖζον τὸ μὴ διδόναι, ὡς αὖ ἐγὼ ᾤμην. σκοπώμεθα δὲ τῇδε. τὸ διδόναι δίκην, καὶ τὸ κολάζεσθαι

terrogo. POL. Atqui non mallem, Socrates. SOC. Aliuſne autem hominum quiſquam? POL. Non mihi videtur, ex hac quidem ratione. SOC. Vera igitur dicebam, neque me, neque te, neque alium hominum quenquam, malle injuriam facere, quam pati; pejus enim eſt. POL. Apparet. SOC. Videſne igitur, Pole, factâ redarguendi rationum inter ſe collatione, eas haud omnino inter ſe convenire? verum tibi quidem alii omnes, me excepto, aſſentiuntur; mihi vero tu unus ſoluſque ſufficis, et aſſentiendo et teſtimonium perhibendo; et ego, dum tui ſolius ſententiam rogo, alios miſſos facio.

24. Atque hæc quidem res nobis ſic ſe habeat; poſt hæc vero, de quo inter nos ſecundo loco ambigebatur, illud conſideremus; utrum maximum ſit malum, eum, qui injuſte agat, dare pœnas, quemadmodum tu arbitrabaris, an profecto majus ſit, non dare, ut ego contra arbitrabar. hunc autem in modum conſideremus. idemne vo-

δικαίως ἀδικοῦντα, ἆρα τὸ αὐτὸ καλεῖς; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Ἔχεις οὖν λέγειν ὡς οὐχὶ τά γε δίκαια πάντα, καλά ἐστι, καθόσον δίκαια; καὶ διασκεψάμενος εἰπέ. ΠΩΛ. Ἀλλά μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. | ΣΩΚ. Σκόπει δὴ XXXII. καὶ τόδε. ἆρα εἴ τις τι ποιεῖ, ἀνάγκη τι εἶναι καὶ πάσχον ὑπὸ τούτου τοῦ ποιοῦντος; ΠΩΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Ἆρα τοῦτο πάσχον ὃ τὸ ποιοῦν ποιεῖ, καὶ τοιοῦτον οἷον ποιεῖ τὸ ποιοῦν; λέγω δὲ τὸ τοιόνδε· εἴ τις τύπτει, ἀνάγκη τι τύπτεσθαι; ΠΩΛ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Καὶ εἰ σφόδρα τύπτει, ἢ ταχὺ, ὁ τύπτων, οὕτω καὶ τὸ τυπτόμενον τύπτεσθαι; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Τὸ τοιοῦτον ἄρα πάθος τῷ τυπτομένῳ ἐστὶν, οἷον ἂν τὸ τύπτον ποιῇ. ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ εἰ κάει τις, ἀνάγκη τι κάεσθαι; ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Καὶ εἰ σφόδρα γε κάει, ἢ

cas, dare pœnas, et juſte puniri eum, qui injuſte agat? POL. Certe. SOC. Poteſne ergo negare juſta quidem omnia, quatenus juſta ſunt, eſſe pulchra? dic, re perpenſa. POL. Mihi vero ita videtur, Socrates. SOC. Verum hoc quoque conſidera. an, ſi quis aliquid agat, neceſſe eſt aliquid eſſe, quod etiam ab illo agente patitur? POL. Mihi certe ita videtur. SOC. An patitur id, quod agens agit, et tale, quale agit agens? hujuſmodi autem quid dico; ſi quis verberet, neceſſe eſt aliquid verberari. nonne? POL. Neceſſe eſt. SOC. Et ſi vehementer verberet aut celeriter ille, qui verberat, ita quoque verberari illud, quod verberatur? POL. Ita eſt. SOC. Talis igitur affectio cadit in id, quod verberatur, qualem efficiat illud, quod verberat. POL. Omnino quidem. SOC. Nonne ergo et ſi quis urat, neceſſe eſt aliquid uri? POL. Quidni? SOC. Et ſi vehementer quidem aut cum dolore urat, ita uri id, quod uritur, quem-

ἀλγεινῶς, οὕτω καίεσθαι τὸ καιόμενον ὡς ἂν τὸ καῖον καίῃ; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ εἰ τέμνει [1] τι, ὁ αὐτὸς λόγος; τέμνεται γάρ τι. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ εἰ μέγα γε ἢ βαθὺ τὸ τμῆμα, ἢ ἀλγεινὸν, τοιοῦτον τμῆμα τέμνεται τὸ τεμνόμενον, οἷον τὸ τέμνον τέμνει. ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Συλλήβδην δὴ ὅρα εἰ ὁμολογεῖς ὃ ἄρτι ἔλεγον, περὶ πάντων· οἷον ἂν ποιῇ τὸ ποιοῦν, τοιοῦτον τὸ πάσχον πάσχειν. ΠΩΛ. Ἀλλ' ὁμολογῶ. ΣΩΚ. Τούτων δὴ ὁμολογουμένων, τὸ δίκην διδόναι, πότερον πάσχειν τί ἐστιν, ἢ ποιεῖν; ΠΩΛ. Ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες, πάσχειν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὑπό τινος ποιοῦντος; ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ὑπό γε τοῦ κολάζοντος. ΣΩΚ. Ὁ δὲ ὀρθῶς κολάζων, δικαίως κολάζει; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Δίκαια ποιῶν, ἢ οὔ; ΠΩΛ. Δίκαια. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὁ κολαζόμενος, δίκην διδοὺς, δίκαια πάσχει; ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Τὰ δὲ δίκαια που καλὰ ὡμολόγηται; ΠΩΛ.

admodum id, quod urit, urat? POL. Omnino quidem. SOC. Nònne ergo et ſi quis ſecat, eadem eſt ratio? aliquid enim ſecatur. POL. Etiam. SOC. Et ſi magna quidem, aut profunda ſit ſectio, aut dolorem adferat, tali ſectione ſecatur id, quod ſecatur, quali id, quod ſecat, ſecat. POL. Apparet. SOC. Age ſummatim vide, an concedas id de omnibus, quod modo dicebam; tale nimirum pati patiens, quale agat agens. POL. At concedo. SOC. Cum hæc jam conceſſa ſint, Pœnas dare, eſtne aliquid pati, an agere? POL. Pati, neceſſe eſt, Socrates. SOC. Nonne ergo ab aliquo agente? POL. Quidni enim? ab eo quidem, qui punit. SOC. Qui autem recte punit, juſtene punit? POL. Etiam. SOC. Juſtane agens, necne? POL. Juſta. SOC. Nonne ergo, qui punitur, dum dat pœnas, juſta patitur? POL. Apparet. SOC. Juſta vero pulchra eſſe conceſſum eſt. nonne? POL. Om-

1 τὶς *Ficin.*

Πάνυ γε. ΣΩΚ. Τούτων ἄρα ὁ μὲν ποιεῖ καλά, ὁ δὲ πάσχει, ὁ κολαζόμενος. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἴπερ καλά, ἀγαθά; ἢ γὰρ ἡδέα, ἢ ὠφέλιμα. ΠΩΛ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Ἀγαθὰ ἄρα πάσχει ὁ δίκην διδούς. ΠΩΛ. Ἔοικεν. ΣΩΚ. Ὠφελεῖται ἄρα. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Ἆρα, ἥνπερ ἐγὼ ὑπολαμβάνω τὴν ὠφέλειαν, βελτίων τὴν ψυχὴν γίγνεται, εἴπερ δικαίως κολάζεται; ΠΩΛ. Εἰκός γε. ΣΩΚ. Κακίας ἄρα ψυχῆς ἀπαλλάττεται ὁ δίκην διδούς. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Ἆρα οὖν τοῦ μεγίστου ἀπαλλάττεται κακοῦ.

κε'. Ὧδε δὲ σκόπει. ἐν χρημάτων κατασκευῇ, ἀνθρώπου κακίαν ἄλλην τινὰ ἐνορᾷς ἢ πενίαν; ΠΩΛ. Οὐκ· ἀλλὰ πενίαν. ΣΩΚ. Τί δ' ἐν σώματος κατασκευῇ, κακίαν ἂν φήσαις ἀσθένειαν εἶναι, καὶ νόσον, καὶ αἶσχος, καὶ τὰ τοιαῦτα; ΠΩΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ ἐν ψυχῇ πονηρίαν ἡγῇ τινὰ εἶναι; ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

nino quidem. SOC. Horum igitur alter pulchra agit, alter vero, is qui punitur, patitur. POL. Etiam. SOC. Nonne ergo ſi pulchra, bona quoque? vel enim jucunda ſunt, vel commoda. POL. Neceſſe eſt. SOC. Bona igitur patitur is, qui pœnas dat. POL. Ita videtur. SOC. Capit ergo commodum. POL. Etiam. SOC. Nunquid (quod ego intelligo commodum) melior fit animo, ſi modo juſte puniatur? POL. Veriſimile quidem eſt. SOC. Animi igitur vitio liberatur is, qui dat pœnas. POL. Etiam. SOC. Hinc igitur fit, ut maximo liberetur malo.

25. Hunc vero in modum conſidera. in divitiarum comparatione aliudne quid hominis vitium, quam paupertatem, animadvertis? POL. Non; ſed paupertatem. SOC. Quid autem in corporis conſtitutione, vitiumne dixeris infirmitatem, morbum, deformitatem, et res hujuſmodi? POL. Certe. SOC. Nonne ergo et in animo pravitatem quandam ineſſe arbitraris? POL.

ΣΩΚ. Ταύτην οὖν οὐκ ἀδικίαν καλεῖς, καὶ ἀμαθίαν, καὶ δειλίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα; ΠΩΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν χρημάτων, καὶ σώματος, καὶ ψυχῆς, τριῶν ὄντων, τριττὰς εἴρηκας πονηρίας, πενίαν, νόσον, ἀδικίαν; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Τίς οὖν τούτων τῶν πονηριῶν αἰσχίστη; οὐχ ἡ ἀδικία, καὶ συλλήβδην ἡ τῆς ψυχῆς πονηρία; ΠΩΛ. Πολύ γε. ΣΩΚ. Εἰ δὲ αἰσχίστη, καὶ κακίστη; ΠΩΛ. Πῶς, ὦ Σώκρατες, λέγεις; ΣΩΚ. Ὡδί. ἀεὶ τὸ αἴσχιστον, ἤτοι λύπην μεγίστην παρέχον, ἢ βλάβην, ἢ ἀμφότερα, αἴσχιστον ἐστὶν, ἐκ τῶν ὡμολογημένων ἐν τῷ ἔμπροσθεν. ΠΩΛ. Μάλιστα. ΣΩΚ. Αἴσχιστον δὲ ἀδικία καὶ σύμπασα ψυχῆς πονηρία νῦν δὴ ὡμολόγηται ἡμῖν; ΠΩΛ. Ὡμολόγηται γάρ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἢ ἀνιαρότατόν ἐστιν, καὶ ἀνίᾳ ὑπερβάλλον, αἴσχιστον τοῦτ' ἐστὶν, ἢ βλάβῃ, ἢ ἀμφότερα;

Quidni? SOC. Nonne illam igitur appellas injuſtitiam, et inſcitiam, et ignaviam, et res hujuſmodi? POL. Omnino profecto. SOC. Nonne ergo divitiarum, corporis, et animi, cum hæc tria ſint, tres pravitates ſtatuiſti, paupertatem, morbum, injuſtitiam? POL. Etiam. SOC. Quænam igitur iſtarum pravitatum turpiſſima? nonne injuſtitia, et, in ſumma, animi pravitas? POL. Longe quidem. SOC. Si vero turpiſſima, et peſſima quoque? POL. Quî tandem ais, Socrates? SOC. Hoc modo, ſemper id, quod turpiſſimum eſt, aut nimirum maximum dolorem afferendo, aut noxam, aut utrumque, turpiſſimum eſt, ſecundum ea, quæ antea conceſſa ſunt. POL. Maxime. SOC. Injuſtitiam vero, et univerſam animi pravitatem, aliquid eſſe turpiſſimum jam nunc a nobis conceſſum eſt. nonne? POL. Scilicet conceſſum eſt. SOC. Nonne ergo aut moleſtiſſimum eſt, et moleſtiâ excedendo turpiſſimum eſt, aut noxâ *excedendo*, aut utriſque?

ΠΩΛ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν ἀλγεινότερόν ἐστι τοῦ πένεσθαι καὶ κάμνειν, τὸ ἄδικον εἶναι καὶ ἀκόλαστον, καὶ δειλὸν καὶ ἀμαθῆ; ΠΩΛ. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ἀπὸ τούτων γε. ΣΩΚ. Ὑπερφυεῖ τινι ἄρα ὡς μεγάλῃ βλάβῃ καὶ κακῷ θαυμασίῳ ὑπερβάλλουσα τἆλλα ἡ τῆς ψυχῆς πονηρία, αἴσχιστόν ἐστι πάντων· ἐπειδὴ οὐκ ἀλγηδόνι γε, ὡς ὁ σὸς λόγος. ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν που τό γε μεγίστῃ βλάβῃ ὑπερβάλλον, μέγιστον ἂν κακὸν εἴη τῶν ὄντων. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Ἡ ἀδικία ἄρα καὶ ἡ ἀκολασία, καὶ ἡ ἄλλη τῆς ψυχῆς πονηρία, μέγιστον τῶν ὄντων κακόν ἐστι. ΠΩΛ. Φαίνεται.

κϛʹ. ΣΩΚ. Τίς οὖν τέχνη πενίας ἀπαλλάττει; οὐ χρηματιστική; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Τίς δὲ νόσου; οὐκ ἰατρική; ΠΩΛ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Τίς δὲ πονηρίας καὶ ἀδικίας; εἰ μὴ οὕτως εὐπορεῖς, ὧδε σκόπει. ποῖ

POL. Neceſſe eſt. SOC. Nunquid igitur injuſtum eſſe, et petulantem, et ignavum, et imperitum, plus doloris affert, quam paupertate aut morbo laborare? POL. Non mihi quidem videtur, Socrates, ex iis, quæ dicuntur, quidem. SOC. Ergo ſupra modum ingenti quadam noxa mirificoque malo alia excedens animi pravitas, quiddam eſt omnium turpiſſimum; quando non dolore quidem, prout tua fert oratio. POL. Ita apparet. SOC. At profecto id certe, quod maximâ noxâ excedit, maximum omnium fuerit malum. POL. Etiam. SOC. Injuſtitia igitur, et petulantia, et alia animi pravitas, maximum omnium eſt malum. POL. Ita apparet.

26. SOC. Quænam igitur ars paupertate liberat? nonne quæſtus faciendi ſtudium? POL. Etiam. SOC. Quænam morbo? nonne medicina? POL. Neceſſe eſt. SOC. Quænam vero pravitate et injuſtitia? ſi id minus ita tibi liqueat, hoc modo conſi-

ἄγομεν καὶ παρὰ τίνας τοὺς κάμνοντας τὰ σώματα; ΠΩΛ. Παρὰ τοὺς ἰατροὺς, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ποῖ δὲ τοὺς ἀδικοῦντας καὶ τοὺς ἀκολασταίνοντας; ΠΩΛ. Παρὰ τοὺς δικαστὰς λέγεις. ΣΩΚ. Οὐκοῦν δίκην δώσοντας; ΠΩΛ. Φημί. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν οὐ δικαιοσύνῃ τινὶ χρώμενοι κολάζουσιν οἱ ὀρθῶς κολάζοντες; ΠΩΛ. Δῆλον δή. ΣΩΚ. Χρηματιστικὴ μὲν ἄρα πενίας ἀπαλλάττει, ἰατρικὴ δὲ, νόσου· δίκη δὲ, ἀκολασίας καὶ ἀδικίας. ΠΩΛ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Τί οὖν τούτων κάλλιστόν ἐστιν ὧν λέγεις; ΠΩΛ. Τίνων λέγεις; ΣΩΚ. Χρηματιστικῆς, ἰατρικῆς, δίκης. ΠΩΛ. Πολὺ διαφέρει, ὦ Σώκρατες, ἡ δίκη. ΣΩΚ. Οὐκοῦν αὖ ἤτοι ἡδονὴν πλείστην ποιεῖ, ἢ ὠφέλειαν, ἢ ἀμφότερα· εἴπερ κάλλιστόν ἐστι; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν τὸ ἰατρεύεσθαι ἡδύ ἐστι, καὶ χαίρουσιν οἱ ἰατρευόμενοι; ΠΩΛ. Οὐκ ἔμοιγε

dera. quònam, et ad quos, eos adducimus, qui corporibus ægri ſunt? POL. Ad medicos, Socrates. SOC. Quònam vero eos, qui injuſte, et qui diſſolute agunt? POL. Ad judices, tu vis. SOC. Nonne ergo pœnas daturos? POL. Aio. SOC. Annon ergo ii, qui recte puniunt, juſtitiâ quâdam adhibitâ puniunt? POL. Perſpicuum ſane eſt. SOC. Quæſtus ergo faciendi ſtudium paupertate liberat, medicina morbo; pœna vero judicialis petulantia et injuſtitia. POL. Ita apparet. SOC. Quidnam igitur horum, quæ dicis, pulcherrimum eſt? POL. Quorum, dicis? SOC. Quæſtus faciendi ſtudii, medicinæ, et pœnæ judicialis? POL. Longe præſtat pœna judicialis, Socrates. SOC. Nonne ergo rurſus nimirum aut plurimam voluptatem, aut commodum, aut utrumque, affert, ſi modo pulcherrima ſit? POL. Etiam. SOC. An igitur a medico curari jucundum eſt, gaudentque ii, qui a medico curantur? POL. Non mihi quidem vi-

δοκεῖ. ΣΩΚ. Ἀλλ' ὠφέλιμόν γε. ἢ γάρ; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Μεγάλου γὰρ κακοῦ ἀπαλλάττεται· ὥστε λυσιτελεῖ ὑπομεῖναι τὴν ἀλγηδόνα καὶ ὑγιῆ εἶναι. ΠΩΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν οὕτως ἂν περὶ σῶμα εὐδαιμονέστατος ἄνθρωπος εἴη ὁ ἰατρευόμενος, ἢ ὁ μηδὲ κάμνων ἀρχήν; ΠΩΛ. Δῆλον ὅτι ὁ μηδὲ κάμνων. ΣΩΚ. Οὐ γὰρ τοῦτ' ἦν εὐδαιμονία, ὡς ἔοικε, κακοῦ ἀπαλλαγή, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν μηδὲ κτῆσις. ΠΩΛ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩΚ. Τί δέ; ἀθλιώτερος πότερος δυοῖν ἐχόντοιν κακὸν εἴτ' ἐν σώματι, εἴτ' ἐν ψυχῇ; ὁ ἰατρευόμενος, καὶ ἀπαλλαττόμενος τοῦ κακοῦ, ἢ ὁ μὴ ἰατρευόμενος, ἔχων δέ; ΠΩΛ. Φαίνεταί μοι ὁ μὴ ἰατρευόμενος. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὸ δίκην διδόναι, μεγίστου κακοῦ ἀπαλλαγὴ ἦν, πονηρίας; ΠΩΛ. Ἦν γάρ. ΣΩΚ. Σωφρονίζει γάρ που, καὶ δικαιοτέρους ποιεῖ, καὶ ἰατρικὴ

detur. SOC. At commodum quidem. nonne? POL. Etiam. SOC. Magno enim malo liberat; ut quidem conducat dolorem ſuſtinere, unde ſanus fias. POL. Quidni? SOC. Itane ergo, quod ad corpus attinet, beatiſſimus is fuerit, qui a medico curatur, an is, qui initio ne quidem ægrotaverit? POL. Perſpicuum eſt eum, qui initio ne quidem ægrotaverit. SOC. Nempe hoc minime eſſet felicitas, ut videtur, ut malo liberemur, ſed ut ab initio illud ne quidem contrahamus. POL. Ita res habet. SOC. Quid vero? uter duorum hominum miſerior, qui aut corpore aut animo male affecti ſint? illene, qui a medico curatur, et liberatur malo, an ille, qui non curatur, eoque tenetur? POL. Ille mihi videtur, qui a medico non curatur. SOC. Nonne ergo dare pœnas maximi mali, pravitatis videlicet, liberatio eſſet? POL. Revera eſſet. SOC. Ad ſanam enim mentem homines reduxerit, eoſque juſtiores reddiderit, et medicina

γίγνεται πονηρίας ἡ δίκη. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Εὐδαιμονέστατος μὲν ἄρα ὁ μὴ ἔχων κακίαν ἐν τῇ ψυχῇ· ἐπειδὴ τοῦτο μέγιστον τῶν κακῶν ἐφάνη. ΠΩΛ. Δῆλον δή. ΣΩΚ. Δεύτερος δὲ δήπου, ὁ ἀπαλλαττόμενος. ΠΩΛ. Ἔοικεν. ΣΩΚ. Οὗτος δ' ἦν ὁ νουθετούμενός τε καὶ ἐπιπληττόμενος, καὶ δίκην διδούς. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Κάκιστα ἄρα ζῇ ὁ ἔχων ἀδικίαν, καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενος. ΠΩΛ. Φαίνεται.

κζ'. ΣΩΚ. Οὐκοῦν οὗτος τυγχάνει ὤν, ὃς ἂν τὰ μέγιστα ἀδικῶν καὶ χρώμενος μεγίστῃ ἀδικίᾳ, διαπράξηται ὥστε μήτε νουθετεῖσθαι, μήτε κολάζεσθαι, μήτε δίκην διδόναι· ὥσπερ σὺ φῂς Ἀρχέλαον παρεσκευάσθαι, καὶ τοὺς ἄλλους τυράννους, καὶ ῥήτορας, καὶ δυνάστας; ΠΩΛ. Ἔοικε. ΣΩΚ. Σχεδὸν γάρ που οὗτοι, ὦ ἄριστε, τὸ αὐτὸ διαπεπραγμένοι εἰσὶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῖς μεγίστοις νοσήμασι συνισχόμενος, διαπράξαιτο μὴ διδόναι δίκην τῶν περὶ τὸ σῶμα ἁμαρτη-

fuerit pravitatis, pœna judicialis. POL. Ita eſt. SOC. Beatiſſimus igitur ille eſt, cujus animus vitio non tenetur; quoniam id malorum maximum apparuit. POL. Perſpicuum eſt ſane. SOC. Ab illo autem ſecundus, opinor, qui *eo* liberatur. POL. Videtur. SOC. Hic vero ille eſſet, qui admonetur, et objurgatur, et pœnas dat. POL. Etiam. SOC. Peſſime ergo vivit, qui injuſtitia tenetur, neque *ea* liberatur. POL. Ita apparet.

27. SOC. Nonne ergo ille eſt, quicunque maximis injuriis perpetratis, maximaque adhibita injuſtitia, effecerit, ut neque admoneatur neque puniatur, neque det pœnas; quemadmodum ais Archelaum aliosque tyrannos, oratores atque proceres ſe comparaſſe? POL. Videtur. SOC. Ferme enim iſti, vir optime, perinde effecerint, ac ſi quis graviſſimis morbis implicitus efficeret, ut medicis minime daret pœnas eorum vitiorum, quæ in corpore ſunt, neque ab

μάτων τοῖς ἰατροῖς, μηδὲ ἰατρεύεσθαι· φοβούμενος, ὥσπερ ἂν εἰ παῖς, τὸ κάεσθαι καὶ τὸ τέμνεσθαι, ὅτι ἀλγεινόν. ἢ οὐ δοκεῖ καί σοι οὕτως; ΠΩΛ. Ἔμοιγε. ΣΩΚ. Ἀγνοῶν γε, ὡς ἔοικεν, οἷόν ἐστιν ἡ ὑγίεια καὶ ἀρετὴ σώματος. κινδυνεύουσι γάρ, ἐκ τῶν νῦν ἡμῖν ὡμολογημένων, τοιοῦτόν τι ποιεῖν καὶ οἱ τὴν δίκην φεύγοντες, ὦ Πῶλε· τὸ ἀλγεινὸν αὐτοῦ καθορᾶν, πρὸς δὲ τὸ ὠφέλιμον τυφλῶς ἔχειν· καὶ ἀγνοεῖν ὅσῳ ἀθλιώτερόν ἐστι, μὴ ὑγιοῦς σώματος, μὴ ὑγιεῖ ψυχῇ συνοικεῖν, ἀλλὰ σαθρᾷ καὶ ἀδίκῳ καὶ ἀνοσίῳ. ὅθεν καὶ πᾶν ποιοῦσιν ὥστε δίκην μὴ διδόναι, μηδ' ἀπαλλάττεσθαι τοῦ μεγίστου κακοῦ, καὶ χρήματα παρασκευαζόμενοι καὶ φίλους, καὶ ὅπως ἂν ὦσιν ὡς πιθανώτατοι λέγειν. εἰ δὲ ἡμεῖς ἀληθῆ ὡμολογήκαμεν, ὦ Πῶλε, ἆρ' αἰσθάνῃ τὰ συμβαίνοντα ἐκ τοῦ λόγου; ἢ βούλει συλλογισώμεθα αὐτά; ΠΩΛ. Εἰ μὴ σοί γε ἄλλως δοκεῖ. ΣΩΚ.

iis curaretur; pertimeſcens, tanquam ſi puer eſſet, uſtionem et ſecationem, quia dolorem adferunt. nonne tibi quoque ita videtur? POL. Mihi quidem. SOC. Ignorans quidem, ut videtur, qualis ſit ſanitas et virtus corporis. ex iis enim rebus, quas nunc conceſſimus, tale quiddam facere videntur ii quoque, qui pœnas aufugiunt, Pole; dolorem nimirum cum illis conjunctum ſpectare, quoad vero earum utilitatem cæci eſſe; et ignorare, quanto miſerius, quam ægrum corpus, ſit, cum non ſano animo, ſed corrupto, injuſto, impio, habitare. proinde etiam omnem dant operam, ne pœnas ſubeant, neque maximo malo liberentur, comparando ſibi divitias atque amicos, ſummamque in dicendo perſuadendi facultatem. quod ſi vera conceſſimus, Pole, intelligiſne, quæ ſint hujus diſputationis conſequentia? an vis, ut illa colligamus? POL. Niſi tibi quidem aliter videatur.

Ἆρ' οὖν συμβαίνει μέγιστον κακὸν ἡ ἀδικία, καὶ τὸ ἀδικεῖν; ΠΩΛ. Φαίνεταί γε. ΣΩΚ. Καὶ μὴν ἀπαλλαγή γε ἐφάνη τούτου τοῦ κακοῦ τὸ δίκην διδόναι. ΠΩΛ. Κινδυνεύει. ΣΩΚ. Τὸ δέ γε μὴ διδόναι, ἐμμονὴ τοῦ κακοῦ. ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Δεύτερον ἄρα ἐστὶ τῶν κακῶν μεγέθει τὸ ἀδικεῖν· τὸ δὲ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην, πάντων μέγιστόν τε καὶ πρῶτον κακῶν πέφυκεν. ΠΩΛ. Ἔοικεν. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν οὐ περὶ τούτου, ὦ φίλε, ἠμφισβητήσαμεν; σὺ μὲν τὸν Ἀρχέλαον εὐδαιμονίζων, τὸν τὰ μέγιστα ἀδικοῦντα καὶ δίκην οὐδεμίαν διδόντα· ἐγὼ δὲ τοὐναντίον οἰόμενος, εἴτ' Ἀρχέλαος, εἴτ' ἄλλος ἀνθρώπων ὁστισοῦν μὴ δίδωσι δίκην, ἀδικῶν, τούτῳ προσήκειν ἀθλίῳ εἶναι διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων· καὶ ἀεὶ τὸν ἀδικοῦντα τοῦ ἀδικουμένου ἀθλιώτερον εἶναι, καὶ τὸν μὴ διδόντα δίκην, τοῦ διδόντος. οὐ ταῦτ' ἦν τὰ ὑπ' ἐμοῦ

SOC. An igitur conſequens eſt, ut maximum ſit malum injuſtitia, et injuſte agere? POL. Certe apparet. SOC. Et profecto apparuit pœnas dare liberationem quidem eſſe hujuſce mali. POL. Videtur. SOC. Certe vero eas non dare eſſe mali permanſionem. POL. Etiam. SOC. Secundum ergo e malis magnitudine eſt facere injuriam; eum autem, qui injuriam facit, non dare pœnas, id omnium malorum et maximum et primum eſt. POL. Videtur. SOC. Annon ergo, mi tu, hac de re ambigebamus? tu quidem Archelaum beatum judicans, qui maximas injurias facit, nec ullas dat pœnas; ego autem contra exiſtimans, ſive Archelaus ſive alius quiſquam pœnas non det injuriæ, hunc oportere maxime omnium hominum eſſe miſerum; ſemperque eum, qui faciat injuriam, miſeriorem eſſe illo, qui patiatur, et eum, qui pœnas non det, eo, qui det. nonne hæc erant, quæ a me

λεγόμενα; ΠΩΛ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἀποδέδεικται ὅτι ἀληθῆ ἐλέγετο; ΠΩΛ. Φαίνεται.

κή. ΣΩΚ. Εἶεν. εἰ οὖν δὴ ταῦτα ἀληθῆ, ὦ Πῶλε, τίς ἡ μεγάλη χρεία ἐστὶ τῆς ῥητορικῆς; δεῖ μὲν γὰρ δὴ, ἐκ τῶν νῦν ὡμολογημένων, αὐτὸν ἑαυτὸν μάλιστα φυλάττειν ὅπως μὴ ἀδικήσῃ, ὡς ἱκανὸν κακὸν ἕξοντα. οὐ γάρ; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ἐὰν δέ γε ἀδικήσῃ ἢ αὐτὸς, ἢ ἄλλος τις ὧν ἂν κήδηται, αὐτὸν ἑκόντα ἰέναι ἐκεῖσε ὅπου ὡς τάχιστα δώσει δίκην, παρὰ τὸν δικαστὴν, ὥσπερ παρὰ τὸν ἰατρὸν, σπεύδοντα· ὅπως μὴ ἐγχρονισθὲν τὸ νόσημα τῆς ἀδικίας, ὕπουλον τὴν ψυχὴν ποιήσῃ καὶ ἀνίατον. ἢ πῶς λέγομεν; ὦ Πῶλε, εἴπερ τὰ πρότερον μένει ἡμῖν ὁμολογήματα; οὐκ ἀνάγκη ταῦτα ἐκείνοις οὕτω μὲν συμφωνεῖν, ἄλλως δὲ μή; ΠΩΛ. Τί γὰρ δὴ φῶμεν, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ἐπὶ μὲν ἄρα τὸ ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ

dicebantur? POL. Etiam. SOC. Nonne ergo demonſtratum eſt ea vere dicta eſſe? POL. Apparet.

28. SOC. Eſto. jam ergo ſi hæc ſunt vera, Pole, quæ tanta eſt utilitas rhetoricæ? ex iis enim profecto, quæ nunc ſunt conceſſa, unumquemque oportet, ipſum ſibiipſi imprimis cavere, ne injuſte agat, tanquam inde ſatis mali habiturum. nonne? POL. Omnino quidem. SOC. Si vero injuſte quidem egerit vel ipſe, vel alius quiſquam eorum, qui ipſi ſunt curæ, *oportet* ipſum ſponte eò accedere, quò quam celerrime pœnas ſit daturus, ad judicem, tanquam ad medicum, feſtinantem; ne injuſtitiæ morbus inveteratus animum inſincerum inſanabilemque reddat. aut quonam modo dicendum, Pole, ſi maneant ea, quæ prius concedebantur? nonne hæc neceſſe eſt hoc quidem modo illis convenire, alio vero minime? POL. Quid enim aliud dicendum, quæſo, Socrates? SOC. Ad defendendam ergo injuſti-

τῆς ἀδικίας τῆς αὐτοῦ, ἢ γονέων, ἢ ἑταίρων, ἢ παίδων, ἢ πατρίδος ἀδικούσης, οὐ χρήσιμος οὐδὲν ἡ ῥητορικὴ ἡμῖν, ὦ Πῶλε. εἰ μὴ εἴ τις ὑπολάβοι ἐπὶ τοὐναντίον κατηγορεῖν δεῖν, μάλιστα μὲν ἑαυτοῦ, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν οἰκείων, καὶ τῶν ἄλλων, ὃς ἂν ἀεὶ τῶν φίλων τυγχάνῃ ἀδικῶν· καὶ μὴ ἀποκρύπτεσθαι, ἀλλ᾽ εἰς τὸ φανερὸν ἄγειν τὸ ἀδίκημα, ἵνα δῷ δίκην, καὶ ὑγιὴς γένηται. ἀναγκάζειν δὲ καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους μὴ ἀποδειλιᾶν, ἀλλὰ παρέχειν μύσαντα καὶ ἀνδρείως, ὥσπερ τέμνειν καὶ κάειν ἰατρῷ, τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν διώκοντα, μὴ ὑπολογιζόμενον τὸ ἀλγεινόν· ἐὰν μέν γε πληγῶν ἄξια ἠδικηκὼς ᾖ, τύπτειν παρέχοντα· ἐὰν δὲ δεσμοῦ, δεῖν· ἐὰν δὲ ζημίας, ἀποτίνοντα· ἐὰν δὲ φυγῆς, φεύγοντα· ἐὰν δὲ θανάτου, ἀποθνήσκοντα· αὐτὸν πρῶτον κατήγορον ὄντα καὶ αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων· καὶ μὴ φειδόμενον, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῦτο χρώμενον τῇ ῥητορικῇ· ὅπως ἂν, καταδήλων γιγνομένων τῶν ἀδικημάτων, ἀπαλλάττωνται τοῦ μεγίστου

tiam vel ſuam, vel parentum, vel familiarium, vel liberorum, vel patriæ injuſte agentis, nequaquam nobis utilis eſt rhetorica, Pole. niſi quis exiſtimarit contra oportere accuſare imprimis ſeipſum, deinde et domeſticos, et alios ſemper, quicunque amicorum injuſte agat; nec celare, ſed in apertum producere ſcelus, ut det pœnas, ſanuſque fiat. cogere autem et ſeipſum et alios, ne reformident, ſed ut clauſis oculis fortique animo ſe tradat tanquam medico ſecandum atque urendum, bonum atque honeſtum ſecutus, nec doloris rationem habens; ſi verberibus quidem digna perpetraverit, ſe tradens verberandum; ſi vinculis, vinciendum; ſi mulcta, ſolvens; ſi exilio, exulans; ſi morte, moriens; dum ipſe primus ſui ſit accuſator, et ſuorum omnium; nec ſibi vel ſuis parcat, ſed ad eam rem rhetorica utatur; ut ſceleribus patefactis maximo malo liberentur, videlicet injuſtitia,

κακοῦ, ἀδικίας. φῶμεν οὕτως, ἢ μὴ φῶμεν, ὦ Πῶλε; ΠΩΛ. Ἄτοπα μὲν, ὦ Σώκρατες, ἔμοιγε δοκεῖ, τοῖς μέντοι πρόσθεν ἴσως σοι ὁμολογεῖται. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἢ κἀκεῖνα λυτέον, ἢ τάδε ἀνάγκη συμβαίνειν; ΠΩΛ. Ναὶ τοῦτό γε οὕτως ἔχει. ΣΩΚ. Τοὐναντίον δέ γε αὖ μεταβαλόντα, εἰ ἄρα δεῖ τινα κακῶς ποιεῖν, εἴτ' ἐχθρὸν, εἴτε ὁντινοῦν· ἐὰν μόνον μὴ ἀδικῆται αὐτὸς ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ· τοῦτο μὲν γὰρ εὐλαβητέον· ἐὰν δὲ ἄλλον ἀδικῇ ὁ ἐχθρὸς, παντὶ τρόπῳ παρασκευαστέον, καὶ πράττοντα καὶ λέγοντα, ὅπως μὴ διδῷ δίκην, μηδὲ ἔλθῃ παρὰ τὸν δικαστήν· ἐὰν δὲ ἔλθῃ, μηχανητέον ὅπως ἂν διαφύγῃ καὶ μὴ δῷη δίκην ὁ ἐχθρός· ἀλλ' ἐάν τε χρυσίον ἡρπακὼς ᾖ πολὺ, μὴ ἀποδιδῷ τοῦτο, ἀλλ' ἔχων ἀναλίσκηται καὶ εἰς ἑαυτὸν καὶ εἰς τοὺς ἑαυτοῦ, ἀδίκως καὶ ἀθέως· ἐάν τε θανάτου ἄξια ἠδικηκὼς ᾖ, ὅπως μὴ ἀποθανῆται· μάλιστα μὲν, μηδέποτε, ἀλλ' ἀθάνατος ἔσται, πονηρὸς ὤν· εἰ δὲ μὴ,

itane dicendum, an non dicendum, Pole? POL. Hæc mihi quidem abſurda videntur, Socrates, in iis tamen, quæ antea dicebantur, forſan tibi conceſſa ſint. SOC. Nonne ergo aut illa quoque ſolvenda, aut hæc neceſſario conſequentia ſunt? POL. Næ hæc quidem res ita habet. SOC. Rurſus autem contra mutatione facta, ſi forte oporteat ipſum male aliquem mulctare, ſeu inimicum ſeu quemlibet alium; modo ne ipſe ab inimico injuriam patiatur; nam hoc quidem cavendum eſt; ſin vero alii cuipiam injuriam inferat inimicus, omni ratione comparandum eſſe, et reipſa et verbis, quò minus det pœnas, aut ad judicem veniat; quod ſi venerit, excogitandum, quò effugiat, neque det pœnas inimicus; at ſive multum auri abſtulerit, ne illud reſtituat, ſed penes ſe habens et in ſeipſum et in ſuos injuſte et impie abſumat; ſive morte digna perpetraverit, quò minus moriatur; maxime quidem nunquam, ſed, quum ſit improbus, immortalis ſit; ſin minus, quam plu-

ὅπως ὡς πλεῖστον χρόνον βιώσεται τοιοῦτος ὤν. ἐπὶ τὰ τοιαῦτα ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Πῶλε, ἡ ῥητορικὴ χρήσιμος εἶναι. ἐπεὶ τῷ γε μὴ μέλλοντι ἀδικεῖν οὐ μεγάλη τις μοὶ δοκεῖ ἡ χρεία αὐτῆς εἶναι, εἰ δὴ καὶ ἔστι τὶς χρεία· ὡς ἔν γε τοῖς πρόσθεν οὐδαμῆ ἐφάνη οὖσα.

κθ'. ΚΑΛ. ΕΙΠΕ μοι, ὦ Χαιρεφῶν, σπουδάζει ταῦτα Σωκράτης, ἢ παίζει; ΧΑΙΡ. Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, ὦ Καλλίκλεις, ὑπερφυῶς σπουδάζειν· οὐδὲν μέντοι οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾷν. ΚΑΛ. Νὴ τοὺς θεούς· ἀλλ' ἐπιθυμῶ. εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, πότερόν σε φῶμεν νυνὶ σπουδάζοντα, ἢ παίζοντα; εἰ μὲν γὰρ σπουδάζεις τε, καὶ τυγχάνει ταῦτα ἀληθῆ ὄντα ἃ λέγεις, ἄλλό τι ἢ ἡμῶν ὁ βίος ἀνατετραμμένος ἂν εἴη τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάντα τὰ ἐναντία πράττομεν, ὡς ἔοικεν, ἢ ἃ δεῖ; ΣΩΚ. Ὦ Καλλίκλεις, εἰ μή τι ἦν τοῖς ἀνθρώποις πάθος, τοῖς μὲν, ἄλλό τι, τοῖς δὲ, ἄλλό τι, τὸ

rimum temporis vivat, quum ſit hujuſmodi. ad res hujuſmodi, Pole, mihi quidem utilis eſſe videtur rhetorica. ſiquidem ei, qui non ſit injuriam facturus, haud magna illius utilitas mihi eſſe videtur, ſi quæ tandem ſit utilitas; quoniam in iis certe, quæ antea dicebantur, nuſquam apparuit.

29. CAL. DIC mihi, Chærepho, hæccine ſerio agit Socrates, an jocatur? CHÆR. Mihi quidem ſerio admodum agere videtur, Callicles; nihil vero perinde juvat, ac ſi ipſum interroges. CAL. Ita, per Deos; at illud etiam aveo. dic mihi, Socrates, utrum dicendum te nunc ſerio agere, an jocari. ſi enim ſerio agis, et hæc quæ dicis, ſunt vera, annon nobis humana vita ſubverſa eſt, et omnia præter id, quod oportet, ut videtur, agimus? SOC. O Callicles, ſi minus accideret aliqua hominibus affectio, aliis quidem alia, quæ tamen eadem ſit, ſed alicui

αὐτό, ἀλλά τις ἡμῶν ἴδιόν τι ἔπασχε πάθος ἢ οἱ ἄλλοι, οὐκ ἂν ἦν ῥᾴδιον ἐνδείξασθαι τῷ ἑτέρῳ τὸ αὐτοῦ πάθημα. λέγω δ' ἐννοήσας ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν τυγχάνομεν ταυτόν τι πεπονθότες, ἐρῶντε, δύο ὄντε, δυοῖν ἑκάτερος· ἐγὼ μὲν, Ἀλκιβιάδου τε τοῦ Κλεινίου, καὶ φιλοσοφίας· σὺ δὲ δυοῖν, τοῦ τε Ἀθηναίων δήμου, καὶ τοῦ Πυριλάμπους. αἰσθάνομαι οὖν σου ἑκάστοτε, καίπερ ὄντος δεινοῦ, ὅτι ὅπως ἂν ἀντιφῇ σου τὰ παιδικὰ καὶ ὅπως ἂν φῇ ἔχειν, οὐ δυναμένου ἀντιλέγειν, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλομένου. ἔν τε γὰρ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐάν τι σοῦ λέγοντος ὁ δῆμος Ἀθηναίων μὴ φῇ οὕτως ἔχειν, μεταβαλλόμενος λέγεις ἃ ἐκεῖνος βούλεται· καὶ πρὸς τὸν Πυριλάμπους νεανίαν τὸν καλὸν τοῦτον τοιαῦτα ἕτερα πέπονθας. τοῖς γὰρ τῶν παιδικῶν βουλήμασί τε καὶ λόγοις οὐχ οἷός τ' εἶ ἐναντιοῦσθαι. ὥστε εἴ τις σου λέγοντος ἑκάστοτε ἃ διὰ τούτους λέγεις, θαυμάζοι ὡς ἄτοπά ἐστιν, ἴσως εἴποις ἂν

noſtrûm propria quædam affectio, ac diverſa quam quæ cæteris, accideret, haud facile eſſet, quid in ſe ſentiat, alii indicare. hæc vero dico, quando animadverto idem jam nobis accidere; nempe, cum duo ſimus, uterque noſtrûm duo amamus; ego quidem Alcibiadem Cliniæ filium, et philoſophiam; tu vero duo, Athenienſium populum (δήμον), et Pyrilampis (Δήμον). ſentio igitur te ſemper, quamvis gravis ſis, quocunque tamen modo adamati illi tibi refragentur, et quocunque modo res ſe habere aſſerant, contradicere non poſſe, ſed ſurſum deorſumque commutari. ſiquidem et in concione, ſi, te aliquid dicente, populus Athenienſis neget rem ita habere, commutatâ ſententiâ ea dicis, quæ ille velit; et erga pulchrum illum Pyrilampis adoleſcentem eodem modo affectus es. adamatorum enim arbitriis et ſermonibus minime potes obſiſtere. quare ſi quis, te ſemper dicente eâ, quæ ab his coactus dicis, miretur illa abſurda eſſe, fortaſſe dixeris

αὐτῷ, εἰ βούλοιο τἀληθῆ λέγειν, ὅτι εἰ μή τις παύσῃ τὰ σὰ παιδικὰ τούτων τῶν λόγων, οὐδέ σὺ παύσῃ ποτὲ ταῦτα λέγων. νόμιζε τοίνυν καὶ παρ' ἐμοῦ χρῆναι ἕτερα τοιαῦτα ἀκούειν· καὶ μὴ θαύμαζε ὅτι ἐγὼ ταῦτα λέγω· ἀλλὰ τὴν φιλοσοφίαν, τὰ ἐμὰ παιδικὰ, παῦσον ταῦτα λέγουσαν. λέγει γὰρ, ὦ φίλε ἑταῖρε, ἃ νῦν ἐμοῦ ἀκούεις· καί μοι ἐστὶ τῶν ἑτέρων παιδικῶν πολὺ ἧττον ἔμπληκτος. ὁ μὲν γὰρ Κλεινίειος οὗτος ἄλλοτε ἄλλων ἐστὶ λόγων, ἡ δὲ φιλοσοφία, ἀεὶ τῶν αὐτῶν. λέγει δὲ ἃ σὺ νῦν θαυμάζεις· παρῆσθα δὲ καὶ αὐτὸς λεγομένοις. ἢ οὖν ἐκείνην ἐξέλεγξον, ὅπερ ἄρτι ἔλεγον, ὡς οὐ τὸ ἀδικεῖν ἐστὶ, καὶ ἀδικοῦντα δίκην μὴ διδόναι, ἁπάντων ἔσχατον κακῶν· ἢ, εἰ τοῦτο ἐάσεις ἀνέλεγκτον, μὰ τὸν κύνα τὸν Αἰγυπτίων θεὸν, οὔ σοι ὁμολογήσει Καλλικλῆς, ὦ Καλλίκλεις, ἀλλὰ διαφωνήσει ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ. καίτοι ἔγωγε οἶμαι, ὦ βέλτιστε, καὶ τὴν λύραν μοι

illi, ſi vera dicere volueris, niſi quis effecerit, ut adamati illi tui ab his ſermonibus deſiſtant, neque te unquam a dicendo ea deſtiturum. jam igitur crede, tibi alia hujuſmodi a me quoque eſſe audienda ; nec iſta a me dici mirere ; ſed effice, ut philoſophia, deliciæ meæ, iſta dicere deſiſtat. dicit enim, mî chariſſime, quæ nunc a me audis ; et eſt mihi altero illo adamato multo minus vecors. hic enim Clinieus modo hoc modo illud dicit, philoſophia vero ſemper eadem. dicit autem, quæ tu nunc miraris ; ipſe vero ſermonibus interfuiſti. aut igitur adverſus illam refellas quod modo dicebam, convincens injuriam facere, et eum, qui injuriam faciat, minime pœnas dare, omnium malorum non eſſe extremum ; aut, niſi hoc redargueris, Canem teſtor Ægyptiorum Deum, non tibi conſentiet Callicles, mi Callicles, ſed in omni vita diſſonus erit. et quidem certe ego, vir optime, præſtantius eſſe arbitror

κρεῖττον εἶναι ἀνάρμοστόν τε καὶ διαφωνεῖν, καὶ χορὸν ᾧ χορηγοίην· καὶ πλείστους ἀνθρώπους μὴ ὁμολογεῖν μοι, ἀλλ' ἐναντία λέγειν· μᾶλλον ἢ ἕνα ὄντα ἐμὲ ἐμαυτῷ ἀσύμφωνον εἶναι καὶ ἐναντία λέγειν.

λ'. ΚΑΛ. Ὦ Σώκρατες, δοκεῖς νεανιεύεσθαι ἐν τοῖς λόγοις, ὡς ἀληθῶς δημηγόρος ὤν· καὶ νῦν ταῦτα δημηγορεῖς, ταυτὸν παθόντος Πώλου πάθος, ὅπερ Γοργίου κατηγόρει πρὸς σὲ παθεῖν. ἔφη γὰρ που Γοργίαν, ἐρωτώμενον ὑπὸ σοῦ, ἐὰν ἀφίκηται παρ' αὐτὸν μὴ ἐπιστάμενος τὰ δίκαια ὁ τὴν ῥητορικὴν βουλόμενος μαθεῖν, εἰ διδάξει αὐτὸν ὁ Γοργίας, αἰσχυνθῆναι αὐτὸν, καὶ φάναι διδάξειν· διὰ τὸ ἔθος τῶν ἀνθρώπων, ὅτι ἀγανακτοῖεν ἂν εἴ τις μὴ φαίη. διὰ δὴ ταύτην τὴν ὁμολογίαν ἀναγκασθῆναι ἐναντία αὐτὸν αὑτῷ εἰπεῖν. σὲ δὲ αὐτὸ τοῦτο ἀγαπᾷν, καὶ σοῦ [1] καταγελᾷν, ὥς γε μοι δοκεῖν, ὀρθῶς τότε. νῦν δὲ πάλιν

lyram meam incompoſitam atque diſſonam eſſe, chorumque, cui præeſſem; pleroſque etiam homines mihi non aſſentiri, ſed contradicere; quàm ut ego, cum unus ſum, mihimet diſcordem, et contradicam.

30. CAL. Videris, Socrates, juvenili more teipſum jactare in ſermonibus, cum revera popularis ſis concionator; jamque nunc populariter hæc concionaris; quum idem Polo acciderit, quod accuſabat Gorgiam ei apud te accidiſſe. dixit enim, ni fallor, Gorgiam, quum a te rogaretur, ſi quis rhetoricæ diſcendæ cupidus rerum juſtarum imperitus ad ipſum accederet, illumne ſit ipſe docturus, pudore affectum eſſe, et affirmaſſe ſe docturum; propter hominum conſuetudinem, quoniam indignarentur, ſi quis negaret. propter hanc nimirum conceſſionem coactum fuiſſe ſibi ipſi contradicere; te autem hac ipſa re delectari. atque te propter id jure, ut mihi quidem videtur, tunc deridebat.

1 κατεγέλα *Ficin.*

αὐτὸς ταυτὸν τοῦτο ἔπαθε· καὶ ἔγωγε κατ' αὐτὸ τοῦτο οὐκ ἄγαμαι Πῶλον, ὅτι σοι συνεχώρησε τὸ ἀδικεῖν αἴσχιον εἶναι τοῦ ἀδικεῖσθαι. ἐκ ταύτης γὰρ αὖ τῆς ὁμολογίας αὐτὸς ὑπὸ σοῦ συμποδισθεὶς ἐν τοῖς λόγοις, ἐπεστομίσθη, αἰσχυνθεὶς ἃ ἐνόει εἰπεῖν. σὺ γὰρ τῷ ὄντι, ὦ Σώκρατες, εἰς τοιαῦτα ἄγεις φορτικὰ καὶ δημηγορικὰ (φάσκων τὴν ἀλήθειαν διώκειν) ἃ φύσει μὲν οὐκ ἔστι καλὰ, νόμῳ δέ. ὡς τὰ πολλὰ δὲ, ταῦτα ἐναντία ἀλλήλοις ἐστὶν, ἥ τε φύσις καὶ ὁ νόμος. ἐὰν οὖν τις αἰσχύνηται καὶ μὴ τολμᾷ λέγειν ἅπερ νοεῖ, ἀναγκάζεται ἐναντία λέγειν. ὃ δὴ καὶ σὺ, τοῦτο τὸ σοφὸν, κατανενοηκὼς κακουργεῖς ἐν τοῖς λόγοις· ἐὰν μέν τις κατὰ νόμον λέγῃ, τὰ κατὰ φύσιν ὑπερωτῶν· ἐὰν δὲ τὰ τῆς φύσεως, τὰ τοῦ νόμου. ὥσπερ αὐτίκα ἐν τούτοις, τῷ ἀδικεῖν τε καὶ τῷ ἀδικεῖσθαι, Πώλου τὸ κατὰ [1] νόμον αἴσχιον λέγοντος, σὺ τὸν

nunc vero rurſus ipſi idem accidit; et ego quidem non hac re Polum laudo, quòd conceſſerit tibi, facere injuriam turpius eſſe quam pati. propter hanc viciſſim enim conceſſionem cum a te in ſermonibus impeditus eſſet, os fuit ei obturatum, pudore videlicet a dicendo ea, quæ cogitabat, refugienti. tu enim revera, Socrates, ad hujuſmodi moleſta quædam ac populariter dicta perducis, (dum te veritatem perſequi profiteris) quæ naturâ quidem minime ſunt pulchra, ſed lege. plerumque enim hæc inter ſe ſunt contraria, natura et lex. ſi quis ergo pudore refugiat, neque audeat, quæ cogitat, loqui, ſibi contradicere compellitur. quod nimirum tu quoque, hoc ſcilicet doctum artificium, animadvertens, prævaricaris in ſermonibus; ſi quis ſecundum legem dicat, quæ ſecundum naturam ſunt, clam interrogans; ſi, quæ naturæ ſunt, ea, quæ ſunt legis. quemadmodum exempli præſentis gratiâ in rebus iſtis, facienda patiendaque injuria, quum id, quod ſecundum naturam turpius eſt, Polus diceret, tu le-

1 For. legend. φύσιν.

νόμον ἐδιώκαθες. φύσει μὲν γὰρ πᾶν αἴσχιόν ἐστιν, ὅπερ καὶ κάκιον, τὸ ἀδικεῖσθαι· νόμῳ δὲ, τὸ ἀδικεῖν. οὐδὲ γὰρ ἀνδρὸς τοῦτό γ' ἐστὶ τὸ πάθημα, τὸ ἀδικεῖσθαι, ἀλλὰ ἀνδραπόδου τινὸς, ᾧ κρεῖττον τεθνάναι ἐστὶν ἢ ζῆν· ὅστις ἀδικούμενος καὶ προπηλακιζόμενος, μὴ οἷός τε ἐστὶν αὐτὸς αὑτῷ βοηθεῖν, μηδὲ ἄλλῳ οὗ ἂν κήδηται. ἀλλ', οἶμαι, οἱ τιθέμενοι τοὺς νόμους, οἱ ἀσθενεῖς ἄνθρωποι εἰσὶ καὶ οἱ πολλοί. πρὸς αὑτοὺς οὖν καὶ τὸ αὑτοῖς συμφέρον τούς τε νόμους τίθενται, καὶ τοὺς ἐπαίνους ἐπαινοῦσι, καὶ τοὺς ψόγους ψέγουσιν. ἐκφοβοῦντές τε τοὺς ἐρρωμενεστέρους τῶν ἀνθρώπων, καὶ δυνατοὺς ὄντας πλέον ἔχειν, ἵνα μὴ αὐτῶν πλέον ἔχωσι, λέγουσιν ὡς αἰσχρὸν καὶ ἄδικον τὸ πλεονεκτεῖν· καὶ τοῦτο ἔστι τὸ ἀδικεῖν, τὸ πλέον τῶν ἄλλων ζητεῖν ἔχειν. ἀγαπῶσι γὰρ (οἶμαι) αὐτοὶ ἂν τὸ ἴσον ἔχωσι, φαυλότεροι ὄντες. διὰ ταῦτα δὴ, νόμῳ μὲν, τοῦτο ἄδικον καὶ αἰσχρὸν

gem perſequebaris. naturâ enim omne turpius eſt, quod etiam pejus, *ut* pati injuriam; lege autem, facere injuriam. neque enim ea quidem virilis affectio eſt, pati videlicet injuriam, ſed mancipii cujuſdam, cui emori præſtat, quam vivere; qui injuriis contumeliiſque affectus non poteſt ſibiipſi ferre auxilium, neque alii cuiquam, qui ipſi ſit curæ. verum, arbitror, ii, qui leges ſanciunt, ſunt homines imbecilli, et ipſa multitudo. propter ſeipſos igitur, et ſuam ipſorum utilitatem, et leges ſanciunt, et laudes vituperationeſque afferunt. et injecto terrore iis hominibus, qui validiores ſunt, quique aliis plus habere poſſunt, ne ipſis plus habeant, aiunt turpe injuſtumque eſſe plus habere; idque eſſe injuriam facere, plus videlicet, quam alii, ut habeas quærere. ipſi enim contenti ſunt, arbitror, cum viliores ſint, ſi æqualem habeant portionem. idcirco profecto lege quidem id injuſtum

λέγεται, τὸ πλέον ζητεῖν ἔχειν τῶν πολλῶν· καὶ ἀδικεῖν αὐτὸ καλοῦσιν· ἡ δέ γε (οἶμαι) φύσις αὐτὴ ἀποφαίνοι ἂν ὅτι δίκαιόν ἐστι τὸν ἀμείνω τοῦ χείρονος πλέον ἔχειν, καὶ τὸν δυνατώτερον, τοῦ ἀδυνατωτέρου. δηλοῖ δὲ ταῦτα πολλαχοῦ ὅτι οὕτως ἔχει, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ὅλαις ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς γένεσιν, ὅτι οὕτω τὸ δίκαιον κέκριται, τὸν κρείττω τοῦ ἥττονος ἄρχειν καὶ πλέον ἔχειν. ἐπεὶ ποίῳ δικαίῳ χρώμενος Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστράτευσεν; ἢ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς Σκύθας; ἢ ἄλλα μυρία ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα λέγειν. ἀλλ', οἶμαι, οὗτοι κατὰ φύσιν τὴν τοῦ δικαίου ταῦτα πράττουσι, καὶ, ναὶ μὰ Δία, κατὰ νόμον γε τὸν τῆς φύσεως· οὐ μέντοι ἴσως κατὰ τοῦτον ὃν ἡμεῖς τιθέμεθα, πλάττοντες τοὺς βελτίστους καὶ ἐρρωμενεστάτους ἡμῶν αὐτῶν, ἐκ νέων λαμβάνοντες, ὥσπερ λέοντας, καὶ κατεπᾴδοντές τε καὶ γοητεύοντες

turpeque dicitur, quærere, ut plus, quam multitudo, habeas, et illud injuriam facere appellant; natura vero ipſa, ut arbitror, demonſtraret juſtum eſſe, meliorem plus, quam deteriorem, habere, et potentiorem, quam infirmiorem. rem vero ita ſe habere multis in locis declarat, cum in aliis animantibus, tum vero in totis hominum civitatibus atque gentibus, ita videlicet jus eſſe ſtatutum, ut præſtantior inferiori dominetur, pluſque habeat. quandoquidem quo jure Xerxes Græciam bello invaſit? aut pater ipſius Scythas? aut innumera alia hujuſmodi referre quis poſſet. verum, arbitror, hi ſecundum juris naturam hæc agunt, et, næ per Jovem, ſecundum naturæ quidem legem; non vero fortaſſe ſecundum illam, quam nos ſancimus, dum optimos validiſſimoſque noſtrûm fingimus, a teneris ſumentes tanquam leones, *eoſque* incantando atque faſcinando in ſervitutem redigimus; prædicantes

καταδουλούμεθα· λέγοντες ὡς τὸ ἴσον χρὴ ἔχειν, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον. ἐὰν δέ γε (οἶμαι) φύσιν ἱκανὴν γένηται ἔχων ἀνήρ, πάντα ταῦτα ἀποσεισάμενος καὶ διαρρήξας καὶ διαφυγὼν καὶ καταπατήσας τὰ ὑμέτερα γράμματα καὶ μαγγανεύματα, καὶ ἐπῳδὰς, καὶ νόμους τοὺς παρὰ φύσιν ἅπαντας, ἐπαναστὰς ἀνεφάνη δεσπότης ἡμέτερος ὁ δοῦλος, καὶ ἐνταῦθα ἐξέλαμψε τὸ τῆς φύσεως δίκαιον. δοκεῖ δέ μοι καὶ Πίνδαρος ἅπερ ἐγὼ λέγω ἐνδείκνυσθαι, ἐν τῷ ᾄσματι ἐν ᾧ λέγει ὅτι νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων. οὗτος δὲ δὴ (φησὶν) ἄγει βιαίως τὸ δικαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί. τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέος, ἐπεὶ ἀπριάτας. λέγει οὕτω πως· τὸ γὰρ ᾆσμα οὐκ ἐπίσταμαι. λέγει δ' ὅτι οὔτε πριάμενος, οὔτε δόντος τοῦ Γηρυόνου ἠλάσατο τὰς βοῦς· ὡς τούτου ὄντος τοῦ δικαίου φύσει, καὶ βοῦς καὶ τἆλλα κτήματα εἶναι πάντα τοῦ

videlicet æqualitatem eſſe ſervandam, et honeſtum eſſe et jus illud. ſi quis autem, opinor, gnava indole præditus exiſtat, his omnibus excuſſis diruptis evitatis et conculcatis, veſtris nimirum tabulis, præſtigiis, incantationibus, et legibus omnibus contra naturam conſtitutis, inſurgit ille atque apparet dominus noſter, qui fuerat ſervus; et hîc quidem jus illud naturæ effulget. videtur autem mihi et Pindarus hæc, quæ ipſe dico, in carmine illo indicare, quo *legem* dicit *omnium reginam mortalium atque immortalium.* hæc vero profecto (inquit) *id, quod juſtiſſimum eſt, agit violenter ſuprema manu. ex factis Herculis conjecturam facio, quoniam inemptas* ——————

in hunc pene modum ait; non enim carmen illud teneo. ait vero illum neque emptas neque donatas a Geryone boves abegiſſe; tanquam ſi hoc jus naturale eſſet, boves aliaſque poſſeſſiones, quæ ad

βελτίονός τε καὶ κρείττονος, τὰ τῶν χειρόνων τε καὶ ἡττόνων.

λα'. Τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς οὕτως ἔχει, γνώσῃ δέ, ἂν ἐπὶ τὰ μείζω ἔλθῃς, ἐάσας ἤδη φιλοσοφίαν. φιλοσοφία γάρ τοι ἐστίν, ὦ Σώκρατες, χαρίεν, ἄν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ, καὶ πόῤῥω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ, ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστίν, ὧν χρὴ ἔμπειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἄνδρα. καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τῶν λόγων, οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ· καὶ τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν τῶν ἀνθρωπείων, καὶ συλλήβδην τῶν ἠθῶν παντάπασιν ἄπειροι γίγνονται. ἐπειδὰν οὖν ἔλθωσιν εἴς τινα ἰδίαν ἢ πολιτικὴν πρᾶξιν καταγέλαστοι γίγνονται. ὥσπερ γε,

deteriores atque inferiores pertinent, cedere omnes meliori atque præſtantiori.

31. Res quidem igitur ita ſe habet, id vero intelliges, ſi miſſâ jam philoſophiâ ad majora acceſſeris. profecto enim philoſophia, Socrates, res ſcita eſt, ſi quis eam in adoleſcentia modice attingat; ſi vero in illa ultra, quam oportet, ponat operam, hominum eſt corruptela. nam ſi vel optima indole ſit præditus, atque ætate provectâ philoſophetur, neceſſe eſt illum omnium rerum eſſe imperitum, quarum peritus is eſſe debet, qui futurus eſt honeſtate, virtute, et exiſtimatione florens. ſunt enim *hi viri* legum civilium imperiti, ſermonumque, quibus uti eum oportet, qui in commerciis hominum verſatur, tam publice quam privatim; et voluptatum cupiditatumque humanarum, atque, ut ſummatim dicam, morum prorſus imperiti ſunt. quando igitur ad rem aliquam gerendam, ſeu privatam ſeu civilem, acceſſerint, ridiculi fiunt. quemadmodum ii quidem, ut

οἶμαι, οἱ πολιτικοὶ, ἐπειδὰν αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας διατριβὰς ἔλθωσι καὶ τοὺς λόγους, καταγέλαστοί εἰσι. συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου, Λαμπρός τε ἐστὶν ἕκαστος ἐν τούτῳ,

κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται,
Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν.

ὅπου δ' ἂν φαῦλος ᾖ, ἐντεῦθεν φεύγει, καὶ λοιδορεῖ τούτῳ· τὸ δ' ἕτερον ἐπαινεῖ, εὐνοίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, ἡγούμενος οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν. ἀλλ', οἶμαι, τὸ ὀρθότατόν ἐστιν, ἀμφοτέρων μετασχεῖν. φιλοσοφίας μὲν, ὅσον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχειν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν· ἐπειδὰν δὲ ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἄνθρωπος, ἔτι φιλοσοφῇ, καταγέλαστον, ὦ Σώκρατες, τὸ χρῆμα γίγνεται. καὶ ἔγωγε ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας, ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους καὶ παίζοντας. ὅταν μὲν

opinor, qui in rebus civilibus verſantur, quando viciſſim ad veſtras exercitationes diſputationeſque acceſſerint, ridiculi ſunt. contingit enim Euripideum illud, *Hâc re quiſque clarus eſt,*

et in hanc innititur,
In hac diei maximam partem terit,
Ut ipſe ſeſe fiat excellentior.

ubi autem inferior ſit, inde fugit, eamque convitiatur; alteram vero laudat, pro ipſius erga ſeipſum benevolentia, quippe qui exiſtimat ipſe ſeipſum hoc modo laudare. verum arbitror rectiſſimum eſſe, utriuſque eſſe participem. philoſophiæ quidem, quantum ad inſtitutionem pertinet, participem eſſe honeſtum eſt, neque turpe eſt, dum quis adoleſcens eſt, philoſophari; quum vero ætate jam provectior adhuc philoſophetur, res eſt ridicula, Socrates. equidem ego ſum erga eos, qui philoſophantur, ſimillime affectus, atque erga illos, qui balbutiunt et ludunt.

γὰρ παιδίον ἴδω ᾧ ἔτι προσήκει διαλέγεσθαι οὕτω ψελλιζόμενον καὶ παῖζον, χαίρω τε, καὶ χαρίεν μοι φαίνεται καὶ ἐλευθέριον, καὶ πρέπον τῇ τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ· ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγομένου παιδαρίου ἀκούσω, πικρόν τι μοὶ δοκεῖ χρῆμα εἶναι, καὶ ἀνιᾷ μου τὰ ὦτα, καί μοι δοκεῖ δουλοπρεπές τι εἶναι· ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις ψελλιζομένου, ἢ παίζοντα ὁρᾷ, καταγέλαστον φαίνεται καὶ ἄνανδρον, καὶ πληγῶν ἄξιον. ταυτὸν οὖν ἔγωγε τοῦτο πάσχω καὶ πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας. παρὰ νέῳ μὲν γὰρ μειρακίῳ ὁρῶν φιλοσοφίαν, ἄγαμαι, καὶ πρέπειν μοὶ δοκεῖ, καὶ ἡγοῦμαι ἐλεύθερόν τινα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρωπον· τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα, ἀνελεύθερον, καὶ οὐδέποτε οὐδενὸς ἀξιώσοντα ἑαυτὸν οὔτε καλοῦ οὔτε γενναίου πράγματος. ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφοῦντα καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενον, πληγῶν μοὶ δοκεῖ ἤδη δεῖσθαι, ὦ Σώκρατες, οὗτος ὁ ἀνήρ. ὃ γὰρ νῦν δὴ ἔλεγον, ὑπάρχει τούτῳ τῷ

quando enim puerum conſpicio, cui adhuc convenit ita balbutire et ludere, gaudeo, et gratum illud mihi videtur ac liberale, et pueri ætati decorum atque conſentaneum; quum vero puerulum audio diſtinƈte loquentem, res moleſta mihi videtur, et offendit aures meas, et illiberale quiddam videtur; quando vero audit quis virum balbutientem, aut videt ludentem, ridiculum apparet, virile parum, et verberibus dignum. eodem igitur modo affeƈtus ſum erga eos quoque, qui philoſophantur. nam apud adoleſcentulum dum philoſophiam video, laudo, idque mihi decorum videtur, et hunc hominem liberalem eſſe duco; eum vero, qui minime philoſophetur, illiberalem, et qui nulla unquam re præclara aut generoſa ſeipſum dignum habiturus ſit. jam vero quum hominem ætate proveƈtiorem conſpicio adhuc philoſophantem, neque ab illo ſtudio abſcedentem, huic viro, Socrates, verberibus mihi videtur jam eſſe opus. nam (quod modo dicebam) huic ho-

ἀνθρώπῳ, κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι, φεύγοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως, καὶ τὰς ἀγορὰς, ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς τοὺς ἄνδρας ἀριπρεπεῖς γίγνεσθαι· καταδεδυκότι δὴ, τὸν λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα· ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι.

λβʹ. Ἐγὼ δὲ, ὦ Σώκρατες, πρὸς σε ἐπιεικῶς ἔχω καὶ φιλικῶς. κινδυνεύω οὖν πεπονθέναι νῦν ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίονα ὁ Εὐριπίδου, οὗπερ ἐμνήσθην. καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ᾽ ἄττα ἐπέρχεται πρὸς σε λέγειν οἷάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφόν· ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς [1] ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι· καὶ οὔτ᾽ ἂν δίκης βουλαῖσι προσθεῖο ἂν ὀρθῶς λόγον, οὔτ᾽ εἰκὸς καὶ πιθανὸν ἂν

mini, etſi optima indole ſit præditus, contingit, ut ignavus fiat, dum mediam civitatem foraque devitat, in quibus dixit poeta homines illuſtres evadere; utque, ſeſe dum abdit, reliquam vitam cum tribus aut quatuor adoleſcentibus in angulo ſuſurrans ducat; nihil autem liberale unquam, aut magnum, aut gnavum proferat.

32. Ego vero, Socrates, æquo amicoque animo erga te ſum affectus. idem igitur jam mihi accidere videtur, quod erga Amphionem Zetho apud Euripidem, cujus mentionem feci. etenim mihi talia quædam ſuccurrunt, quæ tibi dicam, qualia ille *dixit* fratri; te videlicet, Socrates, ea negligere, quorum te curam gerere oportet, animique adeo generoſam indolem corrumpere, dum juvenili quadam forma ornatus es; neque prorſus in juris conſultationibus te verba recte facturum eſſe, neque veriſimile quid

1 For. ὧδε γενναίαν φθείρεις (vel διαφθείρεις) μειρακιώδει τινὶ διαπρεπὴς μορφώματι. *Pierſonus.* vid. notam.

λάβοις, οὐδ' ὑπὲρ ἄλλων νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο. καίτοι, ὦ φίλε Σώκρατες, (καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς· εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ) οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ σοι εἶναι οὕτως ἔχειν ὡς ἐγώ σε οἶμαι ἔχειν, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πόῤῥω ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύνοντας; νῦν γὰρ εἴ τις σοῦ λαβόμενος, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν, εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγοι, φάσκων ἀδικεῖν, μηδὲν ἀδικοῦντα, οἶσθ' ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅ,τι χρήσαιο σαυτῷ, ἀλλ' ἰλιγγιῴης ἂν καὶ χασμῷο, οὐκ ἔχων ὅ,τι εἴποις· καὶ εἰς τὸ δικαστήριον ἀναβὰς, κατηγόρου τυχὼν πάνυ φαύλου καὶ μοχθηροῦ, ἀποθάνοις ἄν, εἰ βούλοιτό σοι θανάτου τιμᾶσθαι. καίτοι πῶς σοφὸν τοῦτό ἐστιν, ὦ Σώκρατες, εἴ τις εὐφυᾶ λαβοῦσα τέχνη φῶτα, ἔθηκε χείρονα, μήτε αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον βοηθεῖν, μηδ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων, μήτε ἑαυτὸν, μήτε ἄλλον μηδένα; ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν

atque probabile conſecuturum, neque pro aliis animoſum conſilium capturum. et ſane, mi Socrates, (neque mihi ſuccenſeas; id enim dicam pro mea erga te benevolentia) nonne turpe tibi eſſe videtur eodem loco eſſe aliquem, quo arbitror ego et te eſſe, et reliquos omnes, qui longe ſemper in philoſophia progrediamini? nunc enim ſi quis te comprehenſum aut alium quemlibet in carcerem trahat, affirmans te injuſte agere, quum tamen nihil injuſti agas, certo ſcis, te, non habiturum, quî tibi ipſi opitulareris, ſed vertigine correptum hiaturum, quid dicas, neſcientem; atque in judicium adductum, vilem prorſus improbumque nactum accuſatorem, morte affectum iri, ſi ille morte te mulctari voluerit. et ſane quî id ſapientiam refert, Socrates, ſiqua ars virum bonæ indolis conſecuta, deteriorem reddat, et ut nequeat ipſe ſibiipſi opitulari, nec ex maximis periculis ſe aut alium quemquam liberare? ſed ut ab inimicis ſpolietur omnibus ſuis

περισυλᾶσθαι πᾶσαν τὴν οὐσίαν· ἀτεχνῶς δὲ, ἄτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει; τὸν δὲ τοιοῦτον (εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι) ἔξεστιν, ἐπὶ κόρρης τύπτοντα, μὴ διδόναι δίκην. ἀλλ', ὦ 'γαθὲ, ἐμοὶ πείθου, παῦσαι δ' ἐλέγχων. πραγμάτων δ' εὐμουσίαν ἄσκει· καὶ ἄσκει ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι, εἴτε φλυαρίας,

Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις·

ζηλῶν οὐκ ἐλέγχοντας ἄνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς ἔστι καὶ βίος καὶ δόξα, καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθά.

λγ'. ΣΩΚ. Εἰ χρυσῆν ἔχων ἐτύγχανον τὴν ψυχὴν, ὦ Καλλίκλεις, οὐκ ἂν οἴει με εὑρεῖν ἄσμενον τούτων τινὰ τῶν λίθων ᾗ βασανίζουσι τὸν χρυσὸν τὴν ἀρίστην, πρὸς ἥντινα ἔμελλον προσαγαγὼν αὐτὴν, εἴ μοι ὁμολογήσειεν ἐκείνη καλῶς τεθεραπεῦσθαι τὴν ψυχὴν, ἤδη εὖ εἴσεσθαι ὅτι ἱκανῶς

facultatibus; et revera in civitate inhonoratus vivat. iſtiuſmodi autem hominem (ſi quid etiam dictu ſit agreſtius) licet in genam impune cædere. ſed, vir bone, me audi, et a refutando deſiſte. rerumque elegantem cognitionem cole; atque ea cole, ex quibus ſapere videberis, aliis venuſtula hæc relinquens, ſeu deliramenta ſeu nugas appellare oporteat,

Ex queîs inani tibi ſit habitandum domo;

æmulatus non eos quidem, qui in exiguis iſtis refutandis verſantur, ſed vero eos, quibus opes, et gloria, et alia multa bona.

33. SOC. Si aureum, Callicles, animum haberem, nonne putas me libenter comperturum aliquem ex iis lapidibus, quibus auri ſit experimentum, optimum quidem illum, ad quem ſi animum meum adhiberem, illeque mihi teſtaretur hunc bene cultum eſſe, certo jam ſciturus eſſem, me ſatis bene habere, nec

ἔχω καὶ οὐδέν μοι ἔτι δεῖ ἄλλης βασάνου; ΚΑΛ. Πρὸς τί δὴ τοῦτ' ἐρωτᾷς, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ἐγώ σοι ἐρῶ νῦν, οἶμαι ἐγώ σοι ἐντετυχηκὼς, τοιούτῳ ἑρμαίῳ ἐντετυχηκέναι. ΚΑΛ. Τί δή; ΣΩΚ. Εὖ οἶδ' ὅτι ἄν μοι σὺ ὁμολογήσῃς περὶ ὧν ἡ ἐμὴ ψυχὴ δοξάζει, ταῦτ' ἤδη ἐστὶν αὐτὰ τἀληθῆ. ἐννοῶ γὰρ ὅτι τὸν μέλλοντα βασανιεῖν ἱκανῶς ψυχῆς πέρι ὀρθῶς τε ζώσης καὶ μὴ, τρία ἄρα δεῖ ἔχειν, ἃ σὺ πάντα ἔχεις· ἐπιστήμην τε, καὶ εὔνοιαν, καὶ παῤῥησίαν. ἐγὼ γὰρ πολλοῖς ἐντυγχάνω, οἳ ἐμὲ οὐχ οἷοί τε εἰσὶ βασανίζειν, διὰ τὸ μὴ σοφοὶ εἶναι ὥσπερ σύ· ἕτεροι δὲ, σοφοὶ μὲν εἰσὶν, οὐκ ἐθέλουσι δέ μοι λέγειν τὴν ἀλήθειαν, διὰ τὸ μὴ κήδεσθαί μου, ὥσπερ σύ. τὼ δὲ ξένω τώδε, Γοργίας τε καὶ Πῶλος, σοφὼ μὲν καὶ φίλω ἐστὸν ἐμὼ, ἐνδεεστέρω δὲ παῤῥησίας, καὶ αἰσχυντηροτέρω μᾶλλον τοῦ δέοντος. πῶς γὰρ οὔ; ὥγε εἰς τοσοῦτον αἰσχύνης ἐληλύθατον, ὥστε διὰ τὸ αἰσχύ-

mihi alio amplius experimento opus eſſe? CAL. Quorſum hæc tandem rogas, Socrates? SOC. Ego nunc tibi dicam. exiſtimo me, cum in te inciderim, in hujuſmodi bonum inopinatum incidiſſe. CAL. Cur ita tandem? SOC. Certo ſcio, modo tu mihi conſenſeris de animi mei opinionibus, has ipſas jam veras eſſe. ſentio enim, eum, qui, ut par eſt, animi ſit experimentum facturus, rectene vivat necne, tribus ſcilicet rebus inſtructum eſſe oportere, quibus tu es omnibus; ſcientia, benevolentia, et loquendi libertate. ego enim in multos incido, qui mei experimentum facere non poſſunt, quia minime ſunt ſapientes, ut tu es; alii autem ſapientes quidem ſunt, nolunt autem mihi verum dicere, quia mei curam non gerunt, ut tu geris. hi vero duo hoſpites, Gorgias et Polus, ſunt quidem ſapientes, atque amici mei, loquendi autem libertate minus valent, et plus æquo verecundi ſunt. quidni? qui ſcilicet eo verecundiæ venerunt, ut propter verecun-

νέσθαι, τολμᾷ ἑκάτερος αὐτῶν αὐτὸς αὑτῷ ἐναντία λέγειν ἐναντίον πολλῶν ἀνθρώπων, καὶ ταῦτα περὶ τῶν μεγίστων. σὺ δὲ ταῦτα πάντα ἔχεις ἃ οἱ ἄλλοι οὐκ ἔχουσι· πεπαίδευσαί τε γὰρ ἱκανῶς, ὡς πολλοὶ ἂν φήσαιεν Ἀθηναίων, καὶ ἐμοὶ εἶ εὔνους. τίνι τεκμηρίῳ χρῶμαι, ἐγώ σοι ἐρῶ. οἶδα ὑμᾶς ἐγὼ, ὦ Καλλίκλεις, τέτταρας ὄντας κοινωνοὺς γεγονότας σοφίας· σέ τε, καὶ Τίσανδρον τὸν Ἀφιδναῖον, καὶ Ἄνδρωνα τὸν Ἀνδροτίωνος, καὶ Ναυσικύδην τὸν Χολαργέα. καί ποτε ὑμῶν ἐγὼ ἐπήκουσα βουλευομένων μέχρις ὅποι τὴν σοφίαν ἀσκητέον εἴη· καὶ οἶδα ὅτι ἐνίκα ἐν ὑμῖν τοιάδε τις δόξα, μὴ προθυμεῖσθαι εἰς τὴν ἀκρίβειαν φιλοσοφεῖν· ἀλλὰ εὐλαβεῖσθαι παρεκελεύεσθε ἀλλήλοις ὅπως μὴ πέρα τοῦ δέοντος σοφώτεροι γενόμενοι, λήσετε διαφθαρέντες. ἐπειδὴ οὖν σου ἀκούω ταῦτα ἐμοὶ συμβουλεύοντος, ἅπερ τοῖς σαυτοῦ ἑταιροτάτοις, ἱκανόν μοι τεκμήριόν ἐστιν ὅτι ὡς ἀληθῶς μοι εὔνους εἶ.

diam uterque illorum audeat coram multis hominibus ſibiipſi, idque de rebus maximis, contradicere. tu autem his rebus omnibus inſtructus es, quibus cæteri minime; tum bene enim inſtitutus es, uti multi affirmarent Athenienſes, tum mihi benevolus es. quo utor argumento, tibi exponam. novi ego vos quatuor, Callicles, ſapientiæ ſocietate eſſe conjunctos; te *nimirum*, et Tiſandrum Aphidnienſem, et Andronem Androtionis filium, et Nauſicydem Cholargenſem. et vos aliquando auſcultavi deliberantes, quouſque ſapientia colenda ſit; et ſcio inter vos hujuſmodi quandam invaluiſſe ſententiam, non eſſe conandum, ut exquiſite philoſophemur; ſed alii alios monebatis, cavendum eſſe, ne plus æquo ſapientes facti, imprudentes corrumperemini. quoniam igitur audio te hæc mihi ſuadentem, quæ tuis amiciſſimis, ſatis mihi argumenti eſt, te revera mihi eſſe benevolum. et pro-

καὶ μὴν ὅτι γε οἷος παῤῥησιάζεσθαι καὶ μὴ αἰσχύνεσθαι, αὐτός τε φῄς, καὶ ὁ λόγος ὃν ὀλίγον πρότερον ἔλεγες, ὁμολογεῖ σοι. ἔχει δὴ οὑτωσί· δηλονότι τούτων πέρι νυνὶ, ἐάν τι σὺ ἐν τοῖς λόγοις ὁμολογήσῃς μοι, βεβασανισμένον τοῦτ' ἤδη ἔσται ἱκανῶς ὑπ' ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, καὶ οὐκέτι αὐτὸ δεήσει ἐπ' ἄλλην βάσανον ἀναφέρειν. οὐ γὰρ ἄν ποτε αὐτὸ συνεχώρησας σὺ, οὔτε σοφίας ἐνδείᾳ, οὔτ' αἰσχύνης περιουσίᾳ· οὐδ' αὖ ἀπατῶν ἐμὲ συγχωρήσαις ἄν· φίλος γάρ μοι εἶ, ὡς καὶ αὐτὸς φῄς. τῷ ὄντι οὖν ἡ ἐμὴ καὶ σὴ ὁμολογία τέλος ἤδη ἕξει τῆς ἀληθείας. πάντων δὲ καλλίστη ἐστὶν ἡ σκέψις, ὦ Καλλίκλεις, περὶ τούτων ὧν σὺ δή μοι ἐπετίμησας· ποῖόν τινα χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα, καὶ τί ἐπιτηδεύειν, καὶ μέχρι τοῦ, καὶ πρεσβύτερον καὶ νεώτερον ὄντα. ἐγὼ γὰρ εἴ τι μὴ ὀρθῶς πράττω κατὰ τὸν βίον τὸν ἐμαυτοῦ, εὖ ἴσθι τοῦτο ὅτι οὐχ ἑκὼν ἐξαμαρτάνω, ἀλλ' ἀμαθίᾳ τῇ ἐμῇ. σὺ οὖν, ὥσπερ ἤρξω νουθετεῖν με, μὴ

fecto te quidem poſſe uti loquendi libertate, nec pudore deterreri, tum ipſe ais, tum oratio a te paulo ante habita id tibi teſtatur. res tandem ita ſe habet; ſi nimirum in his rebus, quæ nunc agitantur, tu de re aliqua mihi in diſputatione conſenſeris, hujus et a me et a te ſatis jam experimenti factum fuerit, nec amplius oportuerit ad aliud experimentum eam referre. neque enim tu unquam id conceſſiſſes, vel ſapientiæ defectu, vel verecundiæ abundantia; neque rurſus mei fallendi cauſâ conceſſeris; mihi enim amicus es, ut et ipſe affirmas. revera igitur noſter conſenſus finem jam verum habebit. omnium autem pulcherrima eſt, Callicles, harum rerum conſideratio, de quibus tu quidem me objurgaſti; qualem videlicet aliquem eſſe oporteat, et cui rei dare operam, et quouſque, ſive cum ſenex ſit, ſive juvenis. ſi quid enim ego in vita mea minus recte ago, certo ſcias me ſponte minime peccare, ſed inſcitiâ meâ. tu igitur, quemadmodum me admonere incepiſti, ne deſiſ-

ποστῇς, ἀλλ' ἱκανῶς μοι ἔνδειξαι τί ἐστι τοῦτο ὃ ἐπιτηδευτέον μοι, καὶ τίνα τρόπον ἐργασαίμην ἂν αὐτό. καὶ ἐάν με λάβῃς νῦν μέν σοι ὁμολογήσαντα, ἐν δὲ τῷ ὑστέρῳ χρόνῳ μὴ ταῦτα πράττοντα ἅπερ ὡμολόγησα, πάνυ με ἡγοῦ βλᾶκα εἶναι· καὶ μηκέτι ποτέ με νουθετήσῃς ὕστερον, ὡς μηδενὸς ἄξιον ὄντα.

λδ΄. Ἐξ ἀρχῆς δέ μοι ἐπανάλαβε, πῶς φὴς τὸ δίκαιον ἔχειν καὶ σὺ καὶ Πίνδαρος, τὸ κατὰ φύσιν ἄγειν βίᾳ τὸν κρείττω τὰ τῶν ἡττόνων, καὶ ἄρχειν τὸν βελτίω τῶν χειρόνων, καὶ πλεῖον ἔχειν τὸν ἀμείνω τοῦ φαυλοτέρου; μή τι ἄλλο λέγεις τὸ δίκαιον εἶναι; ἢ ὀρθῶς μέμνημαι; ΚΑΛ. Ἀλλὰ ταῦτα ἔλεγον καὶ τότε, καὶ νῦν λέγω. ΣΩΚ. Πότερον δὲ τὸν αὐτὸν βελτίω καλεῖς σὺ καὶ κρείττω; οὐδὲ γάρ τοι τότε οἷός τ' ἦν μαθεῖν σου τί ποτε λέγεις· πότερον τοὺς ἰσχυροτέρους κρείττους καλεῖς, καὶ δεῖ ἀκροᾶσθαι τοῦ ἰσχυ-

tas, ſed ſatis mihi oſtendas, quid ſit illud, cui a me danda opera ſit, et qua ratione illud obire queam. et ſi me nunc quidem tibi aſſentientem deprehenſeris, poſtea autem hæc, quæ conceſſerim, minime præſtantem, me prorſus ignavum eſſe exiſtimes; nec me amplius unquam admoneas poſtea, ut nullius pretii hominem.

34. A principio autem mihi repetas, quomodo jus conſtitui tu et Pindarus ſtatuatis, id eſt, præſtantiorem per vim rapere ſecundum naturam ea, quæ ad inferiores pertinent, melioremque deterioribus imperare, et potiorem plus, quam viliorem, habere. aliudne quid dicis jus eſſe? an recte memini? CAL. Hæc vero et tunc dixi, et nunc dico. SOC. Utrum vero eundem vocas meliorem et præſtantiorem? non enim tunc profecto poteram, quid tandem dicas, intelligere; utrum valentiores præſtantiores voces, oporteatque imbecilliores valen-

στέρου τοὺς ἀσθενεστέρους· οἷόν μοι δοκεῖς καὶ τότε ἐνδείκνυσθαι, ὡς αἱ μεγάλαι πόλεις ἐπὶ τὰς σμικρὰς κατὰ τὸ φύσει δίκαιον ἔρχονται, ὅτι κρείττους εἰσὶ καὶ ἰσχυρότεραι· (ὡς τὸ κρεῖττον καὶ ἰσχυρότερον καὶ βέλτιον, ταυτὸ ὄν) ἢ ἔστι βελτίω μὲν εἶναι, ἥττω δὲ καὶ ἀσθενέστερον· καὶ κρείττω μὲν εἶναι, μοχθηρότερον δέ· ἢ ὁ αὐτὸς ὅρος ἐστὶ τοῦ βελτίονος καὶ τοῦ κρείττονος. τοῦτό μοι αὐτὸ σαφῶς διόρισον, ταυτὸν ἢ ἕτερόν ἐστι, τὸ κρεῖττον, καὶ τὸ βέλτιον, καὶ τὸ ἰσχυρότερον. ΚΑΛ. Ἀλλ' ἐγώ σοι σαφῶς λέγω ὅτι ταυτόν ἐστιν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν οἱ πολλοὶ τοῦ ἑνὸς κρείττους εἰσὶ κατὰ φύσιν; οἳ δὴ καὶ τοὺς νόμους τίθενται ἐπὶ τῷ ἑνί, ὥσπερ καὶ σὺ ἄρτι ἔλεγες. ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Τὰ τῶν πολλῶν ἄρα νόμιμα, τὰ τῶν κρειττόνων ἐστί. ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὰ τῶν βελτιόνων; οἱ γὰρ κρείττους, βελτίους πολύ, κατὰ τὸν σὸν λόγον. ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὰ τούτων νόμιμα

tiori auſcultare; quemadmodum mihi tunc quoque oſtendiſſe videris, magnas civitates parvas naturali jure invadere, quòd præſtantiores ſunt atque valentiores; (quaſi idem ſit præſtantius, et valentius, et melius) an fieri poſſit, ut quis ſit melior, inferior tamen et imbecillior; et ut præſtantior ſit, ſed improbior; an eadem ſit melioris et præſtantioris definitio. hoc mihi ipſum liquido definias, idemne an aliud ſit præſtantius, melius, et valentius. CAL. At ego tibi liquido dico, idem eſſe. SOC. Nonne ergo multitudo naturâ uno præſtantior eſt? quæ nimirum etiam leges in unum ſancit, quemadmodum et tu modo dicebas. CAL. Quidni? SOC. Multitudinis ergo jura ſunt præſtantiorum jura. CAL. Omnino quidem. SOC. Nonne ergo meliorum? qui enim præſtantiores ſunt, quemadmodum tua fert oratio, multo ſunt meliores. CAL. Ita eſt. SOC. Nonne ergo horum jura

κατὰ φύσιν καλά, κρειττόνων γε ὄντων; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν οὐχ οἱ πολλοὶ νομίζουσιν (ὡς ἄρτι αὖ σὺ ἔλεγες) δίκαιον εἶναι, τὸ ἴσον ἔχειν· καὶ αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι; ἔστι ταῦτα, ἢ οὔ; καὶ ὅπως μὴ ἁλώσῃ ἐνταῦθα σὺ αἰσχυνόμενος. νομίζουσιν, ἢ οὔ, οἱ πολλοί, τὸ ἴσον ἔχειν, ἀλλ' οὐχὶ τὸ πλέον, δίκαιον εἶναι; καὶ αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι; μὴ φθόνει μοι ἀποκρίνασθαι τοῦτο, Καλλίκλεις· ἵν' ἐάν μοι ὁμολογήσῃς, βεβαιώσωμαι ἤδη παρὰ σοῦ, ἅτε ἱκανοῦ ἀνδρὸς διαγνῶναι ὡμολογηκότος. ΚΑΛ. Ἀλλ' οἵ γε πολλοὶ νομίζουσιν οὕτως. ΣΩΚ. Οὐ νόμῳ ἄρα μόνον ἐστὶν αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, οὐδὲ δίκαιον τὸ ἴσον ἔχειν· ἀλλὰ καὶ φύσει. ὥστε κινδυνεύεις οὐκ ἀληθῆ λέγειν ἐν τοῖς πρόσθεν, οὐδὲ ὀρθῶς ἐμοῦ κατηγορεῖν, λέγων ὅτι ἐναντίον ἐστὶν ὁ νόμος καὶ ἡ φύσις· ἃ δὴ καὶ ἐγὼ γνοὺς κακουργῶ

ſecundum naturam pulchra ſunt, quum hi quidem præſtantiores ſint? CAL. Aio. SOC. Annon ergo ſtatuit multitudo, (ut tu rurſus paulo ante dicebas) juſtum eſſe æqualitatem ſervare; et turpius eſſe injuriam facere, quam pati? itane ſe res habet, necne? et vide, ne hîc tu verecundia capiaris. ſtatuitne multitudo, necne, æqualitatem ſervare, non vero plus habere, juſtum eſſe? et turpius eſſe injuriam facere, quam pati? ne graveris hoc mihi reſpondere, Callicles; ut, ſi mihi aſſentiaris, a te jam confirmer, viro ſcilicet, cujus aſſenſus ad dijudicandum idoneus eſt. CAL. Verum ita quidem ſtatuit multitudo. SOC. Non lege igitur tantum turpius eſt injuriam facere, quam pati, aut juſtum æqualitatem ſervare, ſed etiam naturâ. itaque videris non vera locutus ſupra, neque me recte accuſaſſe, cum diceres legem et naturam eſſe contrarias; quæ nimirum dum ego quoque animadverto, me prævaricari in

ἐν τοῖς λόγοις· ἐὰν μέν τις κατὰ φύσιν λέγῃ, ἐπὶ τὸν νόμον ἄγων· ἐὰν δέ τις κατὰ τὸν νόμον, ἐπὶ τὴν φύσιν.

λε΄. ΚΑΛ. Οὑτοσὶ ἀνὴρ οὐ παύσεται φλυαρῶν. εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ αἰσχύνῃ, τηλικοῦτος ὤν, ὀνόματα θηρεύων, καὶ ἐάν τις ῥήματι ἁμάρτῃ, ἕρμαιον τοῦτο ποιούμενος; ἐμὲ γὰρ οἴει ἄλλό τι λέγειν τὸ κρείττους εἶναι, ἢ τὸ βελτίους; οὐ πάλαι σοι λέγω ὅτι ταυτόν φημι εἶναι τὸ βέλτιον καὶ τὸ κρεῖττον; ἢ οἴει με λέγειν, ἐὰν συρφετὸς συλλεγῇ δούλων, καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων μηδενὸς ἀξίων, πλὴν ἴσως τῷ σώματι ἰσχυρίσασθαι, καὶ οὗτοι φῶσιν, αὐτὰ ταῦτα εἶναι νόμιμα; ΣΩΚ. Εἶεν, ὦ σοφώτατε Καλλίκλεις· οὕτω λέγεις; ΚΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Ἀλλ᾽ ἐγὼ μέν, ὦ δαιμόνιε, καὶ αὐτὸς πάλαι τοπάζω, τοιοῦτόν τι σε λέγειν τὸ κρεῖττον· καὶ ἀνερωτῶ, γλιχόμενος σαφῶς εἰδέναι ὅ,τι λέγεις. οὐ γὰρ δήπου σύ γε τοὺς δύο βελτίους ἡγῇ τοῦ ἑνός, οὐδὲ τοὺς

ſermonibus; ſi quis ſecundum naturam dicat, ad legem eum ducentem; ſi quis vero ſecundum legem, ad naturam.

35. CAL. Hic vir non deſinet nugari. dic mihi, Socrates, non te pudet, cum tantus natu ſis, nomina aucupari, et, ſi quis in verbo aberrarit, id in lucro inopinato ponere? exiſtimaſne enim me aliud dicere præſtantiores eſſe, quam meliores? nonne jamdudum tibi dico, idem me ſtatuere eſſe melius et præſtantius? an me dicere exiſtimas, ſi ſervorum omnigenorumque hominum colluvies congregetur, nullius quidem pretii, præterquam quod corporis robore fortaſſe valeant, hique aliqua ſtatuant, ea ipſa eſſe jura? SOC. Eſto, ſapientiſſime Callicles; itane dicis? CAL. Omnino ſane. SOC. At ipſe ego, vir egregie, jamdudum conjicio te hujuſmodi quiddam præſtantius illud dicere; et ſæpe interrogo cupiens clare intelligere id, quod dicis. non enim profecto, opinaverim, duos uno meliores eſſe putas, neque ſer-

τοὺς δούλους βελτίους σοῦ, ὅτι ἰσχυρότεροί εἰσιν ἢ σύ. ἀλλὰ πάλιν ἐξ ἀρχῆς εἰπὲ [1] τί ποτε λέγεις τοὺς [2] βελτίστους, ἐπειδὴ οὐ τοὺς ἰσχυροτέρους. καὶ, ὦ θαυμάσιε, πρᾳότερόν με προδίδασκε, ἵνα μὴ ἀποφοιτήσω παρὰ σοῦ. ΚΑΛ. Εἰρωνεύῃ, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Μὰ τὸν Ζῆθον, ὦ Καλλίκλεις, ᾧ σὺ χρώμενος πολλὰ νῦν δὴ εἰρωνεύου πρός με. ἀλλ' ἴθι εἰπὲ τίνας λέγεις τοὺς βελτίους εἶναι. ΚΑΛ. Τοὺς ἀμείνους ἔγωγε. ΣΩΚ. Ὁρᾷς ἄρα ὅτι σὺ αὐτὸς ὀνόματα λέγεις, δηλοῖς δ' οὐδέν. οὐκ ἐρεῖς, τοὺς βελτίους καὶ κρείττους πότερον τοὺς φρονιμωτέρους λέγεις, ἢ ἄλλους τινάς; ΚΑΛ, Ἀλλὰ, ναὶ μὰ Δία, τούτους λέγω, καὶ σφόδρα γε. ΣΩΚ. Πολλάκις ἄρα εἷς φρονῶν μυρίων μὴ φρονούντων κρείττων ἐστὶ, κατὰ τὸν σὸν λόγον· καὶ τοῦτον ἄρχειν δεῖ, τοὺς δ' ἄρχεσθαι, καὶ πλέον ἔχειν τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων. τοῦτο γάρ μοι δοκεῖς βούλεσθαι λέγειν, (καὶ οὐ ῥήματα

vos tuos te meliores, quòd te ſint valentiores. verum rurſus a principio expone, quos tandem meliores dicas, quando non valentiores. et, vir mirande, mitius mihi præcipias, ut ne a tua diſciplina abſcedam. CAL. Jocaris, Socrates. SOC. *Non*, per Zethum, Callicles, quo tu uſus, multum cum ironia modo mihi locutus es. verum age, expone, quos dicas eſſe meliores. CAL. Potiores quidem. SOC. Vides igitur te ipſum nomina dicere, nihil vero ſignificare. nonne dices, utrum meliores et præſtantiores dicas prudentiores, an alios quoſdam? CAL. At, per Jovem, iſtos, et vehementer quidem, dico. SOC. Sæpenumero igitur unus ſapiens innumeris inſipientibus, ut tua fert oratio, præſtantior eſt; et hunc hominem imperare oportet, illos vero imperari, pluſque habere eum, qui imperat, iis qui imperantur. hoc enim mihi videris velle dicere, (nec verba

1 For. τίνας ποτὲ. 2 βελτίους *Ficin.*

θηρεύω) εἰ ὁ εἷς τῶν μυρίων κρείττων. ΚΑΛ. Ἀλλὰ ταῦτ᾽ ἐστιν ἃ λέγω. τοῦτο γὰρ οἶμαι ἐγὼ τὸ δίκαιον εἶναι φύσει, τὸ βελτίω ὄντα καὶ φρονιμώτερον καὶ ἄρχειν καὶ πλέον ἔχειν τῶν φαυλοτέρων.

λϛʹ. ΣΩΚ. Ἔχε δὴ αὐτοῦ. τί ποτε αὖ νῦν λέγεις; ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ ὦμεν, ὥσπερ νῦν, πολλοὶ ἀθρόοι ἄνθρωποι, καὶ ἡμῖν ᾖ ἐν κοινῷ πολλὰ σιτία καὶ ποτὰ, ὦμεν δὲ παντοδαποὶ, οἱ μὲν, ἰσχυροὶ, οἱ δὲ, ἀσθενεῖς, εἷς δὲ ἡμῶν ᾖ φρονιμώτερος περὶ ταῦτα, ἰατρὸς ὢν, ᾖ δὲ (οἷον εἰκὸς) τῶν μὲν, ἰσχυρότερος, τῶν δὲ, ἀσθενέστερος, ἄλλο τι ἢ οὗτος φρονιμώτερος ἡμῶν ὢν, βελτίων καὶ κρείττων ἔσται εἰς ταῦτα; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ἦ οὖν τούτων τῶν σιτίων πλέον ἡμῶν ἑκτέον αὐτῷ, ὅτι βελτίων ἐστὶν, ἢ τῷ μὲν ἄρχειν πάντα ἐκεῖνον δεῖ νέμειν, ἐν δὲ τῷ ἀναλίσκειν τε αὐτὰ, καὶ καταχρῆσθαι εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, οὐ πλεονεκτητέον, εἰ μὴ

aucupor) ſi unus innumeris præſtantior ſit. CAL. At hæc ſunt, quæ dico. hoc enim jus naturale eſſe arbitror, eum, qui melior et prudentior ſit, et imperare vilioribus, et plus illis habere.

36. SOC. Agedum hic quidem. quid tandem rurſus nunc dicis? ſi eodem in loco, quemadmodum nunc, complures homines conferti eſſemus, et nobis in communi multus cibus ac potio eſſet, omnis autem generis homines, alii valentes, alii imbecilli, eſſemus, unus autem noſtrûm his in rebus eſſet prudentior, quum ſit medicus, idem vero, ut veriſimile eſt, aliis quidem valentior eſſet, aliis imbecillior, nonne hic, quum ſit prudentior nobis, melior præſtantiorque ad has res exſtiterit? CAL. Omnino quidem. SOC. An igitur plus quam nobis horum ciborum ei poſſidendum eſt, quia melior eſt, an in imperando diſtribuere eum omnia oportet, in abſumendis autem illis, et ad corpus ſuum uſurpandis, non plus capiendum eſt,

μέλλει ζημιοῦσθαι; ἀλλὰ τῶν μὲν, πλέον, τῶν δ' ἔλαττον ἑκτέον· ἐὰν δὲ τύχῃ πάντων ἀσθενέστατος ὤν, πάντων ἐλάχιστον τῷ βελτίστῳ, ὦ Καλλίκλεις. οὐχ οὕτως, ὦ 'γαθέ; ΚΑΛ. Περὶ σιτία σὺ λέγεις καὶ ποτὰ, καὶ ἰατροὺς, καὶ φλυαρίας· ἐγὼ δὲ οὐ ταῦτα λέγω. ΣΩΚ. Πότερον οὖν τὸν φρονιμώτερον, βελτίω λέγεις; φάθι, ἢ μή. ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Ἀλλ' οὐ τὸν βελτίω πλέον δεῖν ἔχειν; ΚΑΛ. Οὐ σιτίων γε, οὐδὲ ποτῶν. ΣΩΚ. Μανθάνω. ἀλλ' ἴσως ἱματίων· καὶ δεῖ τὸν ὑφαντικώτατον, μέγιστον ἱμάτιον ἔχειν, καὶ πλεῖστα καὶ κάλλιστα ἀμπεχόμενον περιιέναι. ΚΑΛ. Ποίων ἱματίων; ΣΩΚ. Ἀλλ' εἰς ὑποδήματα δηλονότι δεῖ πλεονεκτεῖν τὸν φρονιμώτερον εἰς ταῦτα καὶ βέλτιστον. τὸν σκυτοτόμον ἴσως μέγιστα δεῖ ὑποδήματα καὶ πλεῖστα ὑποδεδεμένον περιπατεῖν. ΚΑΛ. Ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων; ΣΩΚ. Ἀλλ' εἰ μὴ τὰ τοιαῦτα λέγεις, ἴσως τὰ τοιάδε·

niſi quidem cum damno ſuo? ſed aliis quidem plus, aliis minus, ei poſſidendum eſt; ſin omnium ſit imbecillimus, minimum omnium ei, qui optimus eſt, Callicles. nonne ita res ſe habet, vir bone? CAL. De cibis tu loqueris, et potionibus, et medicis, et ineptiis; ego vero minime hæc dico. SOC. Utrum igitur prudentiorem meliorem dicis? aias, aut neges. CAL. Certe. SOC. Non vero meliorem plus debere poſſidere? CAL. Non ciborum quidem, nec potionum. SOC. Teneo. at fortaſſe veſtium; et oporteat eum, qui textrinæ ſit peritiſſimus, maximam veſtem habere, et plurimis pulcherrimiſque indutum incedere. CAL. Quæ veſtes! SOC. Quod vero ad calceamenta attinet, oporteat eum plus habere, qui prudentior ad hæc ſit atque optimus. ſutorem fortaſſe maximis et plurimis inſtructum calceamentis ambulare oporteat. CAL. De quibus calceamentis nugaris! SOC. Quod ſi talia non dicis, hujuſmodi fortaſſe quædam;

οἷον, γεωργικὸν ἄνδρα περὶ γῆν φρόνιμόν τε καὶ καλὸν καὶ ἀγαθόν, τοῦτον δὴ ἴσως δεῖ πλεονεκτεῖν τῶν σπερμάτων, καὶ ὡς πλείστῳ σπέρματι χρῆσθαι εἰς τὴν αὑτοῦ γῆν. ΚΑΛ. Ὡς ἀεὶ ταυτὰ λέγεις, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Οὐ μόνον γε, ὦ Καλλίκλεις, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν. ΚΑΛ. Νὴ τοὺς θεούς, ἀτεχνῶς γε ἀεὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας καὶ μαγείρους λέγων καὶ ἰατροὺς οὐδὲν παύῃ, ὡς περὶ τούτων ἡμῖν ὄντα τὸν λόγον. ΣΩΚ. Οὐκοῦν σὺ ἐρεῖς περὶ τίνων ὁ κρείττων τε καὶ φρονιμώτερος πλέον ἔχων, δικαίως πλεονεκτεῖ; ἢ οὔτε ἐμοῦ ὑποβάλλοντος ἀνέξῃ, οὔτ' αὐτὸς ἐρεῖς; ΚΑΛ. Ἀλλ' ἔγωγε καὶ πάλαι λέγω. πρῶτον μὲν, τοὺς κρείττους οἵ εἰσιν, οὐ σκυτοτόμους λέγω, οὐδὲ μαγείρους, ἀλλ' οἳ ἂν εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα φρόνιμοι ὦσιν, ὅντινα ἂν τρόπον εὖ οἰκοῖτο, καὶ μὴ μόνον φρόνιμοι, ἀλλὰ καὶ ἀνδρεῖοι, ἱκανοὶ ὄντες ἃ ἂν νοήσωσιν ἐπιτελεῖν, καὶ μὴ ἀποκάμωσι διὰ μαλακίαν τῆς ψυχῆς. ΣΩΚ.

exempli cauſâ, agricolam quidem in agro colendo prudentem honeſtum et bonum plus ſeminum habere fortaſſe oporteat, et quamplurimo ſemine in ſuo agro uti. CAL. Quam ſemper eadem dicis, Socrates! SOC. Non ſolum *eadem*, Callicles, ſed de iiſdem quoque rebus. CAL. Per Deos, revera ſemper ſutores, fullones, coquos, medicos, in ore habere non deſinis, quaſi his de rebus noſter eſſet ſermo. SOC. Nonne ergo tu dices, quibus in rebus præſtantior aliquis et prudentior, ſi plus habeat, juſte plus habet? an neque me ſuggerentem ſuſtinebis, neque ipſe dices? CAL. Verum ego vel dudum id dico. primum quidem præſtantiores, non ſutores dico, neque coquos, ſed eos, qui rerum civilium prudentes ſint, qua ratione nimirum bene civitas regatur, et non ſolum prudentes, ſed etiam fortes, qui ea, quæ animo ſtatuerint, perficere valeant, nec qui per mollitiem animi deficiant. SOC.

Ὁρᾷς, ὦ βέλτιστε Καλλίκλεις, ὡς οὐ ταὐτὰ σύ τ' ἐμοῦ κατηγορεῖς καὶ ἐγὼ σοῦ. σὺ μὲν γὰρ ἐμὲ φῂς ἀεὶ ταὐτὰ λέγειν, καὶ μέμφῃ μοι· ἐγὼ δὲ σοῦ τοὐναντίον, ὅτι οὐδέποτε ταὐτὰ λέγεις περὶ τῶν αὐτῶν. ἀλλὰ ποτὲ μὲν τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους, τοὺς ἰσχυροτέρους ὡρίζου, αὖθις δὲ τοὺς φρονιμωτέρους· νῦν δ' αὖ ἕτερόν τι ἥκεις ἔχων· ἀνδρειότεροί τινες ὑπὸ σοῦ λέγονται οἱ κρείττους καὶ οἱ βελτίους. ἀλλ', ὦ 'γαθέ, εἰπὼν ἀπαλλάγηθι τίνας ποτὲ λέγεις τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους, καὶ εἰς ὅ,τι. ΚΑΛ. Ἀλλ' εἴρηκά γε ἔγωγε τοὺς φρονίμους εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα καὶ ἀνδρείους. τούτοις γὰρ προσήκει τῶν πόλεων ἄρχειν· καὶ τὸ δίκαιον τοῦτ' ἐστί, πλέον ἔχειν τούτους τῶν ἄλλων, τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων.

λζ'. ΣΩΚ. Τί δὲ [1] αὐτῶν, ὦ ἑταῖρε; ἤ τι ἄρχοντας, ἢ ἀρχομένους; ΚΑΛ. Πῶς λέγεις; ΣΩΚ. Ἕνα ἕκαστον λέγω, αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄρχοντα· ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν δεῖ,

Vides, optime Callicles, non de iiſdem rebus me a te, teque a me argui. tu enim ais me ſemper eadem dicere, et me reprehendis; ego vero contra te *arguo*, de iiſdem rebus te nunquam eadem dicere. ſed aliquando quidem meliores et præſtantiores valentiores definiebas, rurſum vero prudentiores; nunc vero præterea aliud quidpiam tecum affers; fortiores quidam a te dicuntur præſtantiores illi et meliores. jam vero aliquando explica, vir bone, quos tandem meliores illos et præſtantiores dicas, et ad quam rem. CAL. Verum dixi quidem eos, qui prudentes rerum civilium ſunt, atque in iis fortes. his enim convenit civitatibus imperare; idque jus eſt, hos nimirum plus aliis habere, imperantes iis, qui imperantur.

37. SOC. Quid vero? *plus* ſeipſis, amabo? an qua ratione imperantes, aut imperatos? CAL. Quid dicis? SOC. Unumquemque dico ſibiipſi imperantem; an nihil opus eſt, ut

1 For. αὑτῶν.

αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄρχειν, τῶν δὲ ἄλλων; ΚΑΛ. Πῶς ἑαυτοῦ ἄρχοντα λέγεις; ΣΩΚ. Οὐδὲν ποικίλον· ἀλλ' ὥσπερ οἱ πολλοὶ, σώφρονα ὄντα; καὶ ἐγκρατῆ αὐτὸν ἑαυτοῦ, τῶν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἄρχοντα τῶν ἐν ἑαυτῷ. ΚΑΛ. Ὡς ἡδὺς εἶ. τοὺς ἠλιθίους λέγεις τοὺς σώφρονας. ΣΩΚ. [1] Πῶς γὰρ οὔ; οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν γνοίη ὅτι οὐ τοῦτο λέγω. ΚΑΛ. Πάνυ γε σφόδρα, ὦ Σώκρατες· ἐπεὶ πῶς ἂν εὐδαίμων γένοιτο ἄνθρωπος δουλεύων ὁτῳοῦν; ἀλλὰ τοῦτ' ἐστὶ τὸ κατὰ φύσιν καλὸν καὶ δίκαιον, ὃ ἐγώ σοι νῦν παῤῥησιαζόμενος λέγω· ὅτι δεῖ τὸν ὀρθῶς βιωσόμενον, τὰς μὲν ἐπιθυμίας τὰς ἑαυτοῦ ἐᾷν ὡς μεγίστας εἶναι, καὶ μὴ κολάζειν· ταύταις δὲ ὡς μεγίσταις οὔσαις ἱκανὸν εἶναι ὑπηρετεῖν δι' ἀνδρείαν καὶ φρόνησιν, καὶ ἀποπιμπλάναι ὧν ἂν ἀεὶ ἡ ἐπιθυμία γίγνηται. ἀλλὰ τοῦτ' οἶμαι τοῖς πολλοῖς οὐ δυνατόν. ὅθεν ψέγουσι τοὺς τοιούτους, δι' αἰσχύνην ἀποκρυπτόμενοι τὴν αὑτῶν ἀδυναμίαν· καὶ αἰσχρὸν

ſibi quiſque imperet, ſed aliis? CAL. Quid tibi vult illud, Sibiipſi imperare? SOC. Nihil varium; ſed quemadmodum vulgo, ille, qui ſit temperans, ſuique compos, voluptatibus ſuis cupiditatibuſque imperans. CAL. Quam ſuavis es! ſtolidos dicis temperantes. SOC. Quì enim? nemo eſt, qui neſciat me id minime dicere. CAL Vel maxime, Socrates; quì enim beatus ille poteſt eſſe, qui cuilibet ſervit? verum hoc eſt honeſtum et jus naturâ conſtitutum, quod ego nunc tibi libere dico; nempe oportere illum, qui recte vitam acturus ſit, ſinere ſuas cupiditates quam maximas eſſe, et minime illas coercere; iis autem quam maximis obſequi poſſe fortitudinis ope atque prudentiæ, eaſque explere ſemper rebus illis, quas deſiderant. id vero arbitror multitudinis in poteſtate non eſſe ſitum. unde hujuſmodi homines vituperant, verecundia impotentiam ſuam occultantes; aiuntque

1 For. Πῶς γάρ; οὐδείς.

δὴ φασὶν εἶναι τὴν ἀκολασίαν, ὅπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐγὼ ἔλεγον, δουλούμενοι τοὺς βελτίους τὴν φύσιν ἀνθρώπους· καὶ αὐτοὶ ἐκπορίζεσθαι οὐ δυνάμενοι ταῖς ἡδοναῖς πλήρωσιν, ἐπαινοῦσι τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην, διὰ τὴν αὑτῶν ἀνανδρίαν. ἐπεί γε οἷς ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν, ἢ βασιλέων υἱέσιν εἶναι, ἢ αὐτοὺς τῇ φύσει ἱκανοὺς ἐκπορίσασθαι ἀρχήν τινα, ἢ τυραννίδα, ἢ δυναστείαν, τί τῇ ἀληθείᾳ αἴσχιον καὶ κάκιον εἴη σωφροσύνης τούτοις τοῖς ἀνθρώποις; οἷς ἐξὸν ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν, μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος, αὐτοὶ ἑαυτοῖς δεσπότην ἐπαγάγοιντο, τὸν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων νόμον τε καὶ λόγον καὶ ψόγον; ἢ πῶς οὐκ ἂν ἄθλιοι γεγονότες εἴησαν ὑπὸ τοῦ καλοῦ τοῦ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς σωφροσύνης, μηδὲν πλέον νέμοντες τοῖς φίλοις τοῖς αὐτῶν, ἢ τοῖς ἐχθροῖς· καὶ ταῦτα, ἄρχοντες ἐν τῇ ἑαυτῶν πόλει; ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ, ὦ Σώκρατες, ἣν σὺ φῂς διώκειν, ὧδ' ἔχει· τρυφὴ καὶ ἀκολασία καὶ ἐλευθερία,

profecto petulantiam eſſe turpem, quemadmodum ſupra dicebam, homines melioris indolis in ſervitutem redigentes; dumque ipſi voluptatibus expletionem comparare nequeunt, temperantiam atque juſtitiam propter ignaviam ſuam laudant. quandoquidem illis, quibus ab initio contigit, ut vel regum eſſent filii, aut ipſi naturâ valentes imperium quoddam, tyrannidem, aut potentatum ſibi compararent, quid revera turpius pejuſque eſſet illis hominibus, quam temperantia? qui, cum liceret bonis frui, nihil quidem impediente, ipſi ſibiipſis dominum imponerent, multitudinis legem, et ſermonem, et vituperationem? qui non fierent miſeri propter illam juſtitiæ et temperantiæ honeſtatem, dum nihil amplius amicis ſuis quam inimicis tribuunt; idque, dum in civitate ſua dominantur? at in veritate, Socrates, quam te perſequi profiteris, res ita ſe habet; luxuria, et petulantia, et licentia,

ἐὰν ἐπικουρίαν ἔχῃ, τοῦτ' ἐστὶν ἀρετή τε καὶ εὐδαιμονία· τὰ δὲ ἄλλα ταῦτ' ἐστὶ τὰ καλλωπίσματα, τὰ παρὰ φύσιν συνθήματα, ἀνθρώπων φλυαρία, καὶ οὐδενὸς ἄξια. ΣΩΚ. Οὐκ ἀγεννῶς γε, ὦ Καλλίκλεις, ἐπεξέρχῃ τῷ λόγῳ παῤῥησιαζόμενος· σαφῶς γὰρ σὺ νῦν λέγεις ἃ οἱ ἄλλοι διανοοῦνται μὲν, λέγειν δὲ οὐκ ἐθέλουσι. δέομαι οὖν ἐγώ σου μηδενὶ τρόπῳ ἀνεῖναι· ἵνα τῷ ὄντι κατάδηλον γένηται πῶς βιωτέον.

λη'. Καί μοι λέγε· τὰς μὲν ἐπιθυμίας φὴς οὐ κολαστέον, εἰ μέλλει τις οἷον δεῖ εἶναι; ἐῶντα δὲ αὐτὰς ὡς μεγίστας, πλήρωσιν αὐταῖς ἄλλοθένγε ποθὲν ἑτοιμάζειν; καὶ τοῦτο εἶναι τὴν ἀρετήν; ΚΑΛ. Φημὶ ταῦτα ἐγώ. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα ὀρθῶς λέγονται οἱ μηδενὸς δεόμενοι, εὐδαίμονες εἶναι. ΚΑΛ. Οἱ λίθοι γὰρ ἂν οὕτω γε καὶ οἱ νεκροὶ εὐδαιμονέστατοι εἶεν. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὲν δὴ, καὶ ὥς γε σὺ λέγεις, δεινὸς

ſi adjumenta habeat, virtus eſt, et felicitas; cætera vero iſthæc exquiſita ſunt ornamenta, præter naturam inſtitutiones, hominum nugæ, et nullius pretii. SOC. Haud ignave quidem, Callicles, aggrederis diſputationem, dicendi libertate uſus; tu enim aperte nunc dicis, quæ alii quidem cogitant, dicere vero nolunt. te igitur rogo, ne nullo modo remittas; ut revera conſtet, quomodo ſit vita inſtituenda.

38. Dic mihi vero; aiſne cupiditates minime eſſe coercendas, modo quis talis ſit futurus, qualis eſſe debet? illis vero expletionem aliunde alicunde eſſe parandam, dum ſinit eas quam maximas eſſe; idque eſſe virtutem? CAL. Hæc aio. SOC. Non recte igitur dicuntur beati illi, qui nulla re indigent. CAL. Nam ſic quidem lapides et mortui beatiſſimi eſſent. SOC. Atqui profecto, vel prout tu dicis, gravis

ὁ βίος. οὐ γάρ τοι θαυμάζοιμ' ἂν εἰ Εὐριπίδης ἀληθῆ ἐν τοῖσδε λέγει, λέγων,

Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;

καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τεθνᾶμεν. ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τεθνᾶμεν· καὶ τὸ μὲν σῶμα ἐστιν ἡμῖν σῆμα· τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσὶ, τυγχάνει ὂν οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω καὶ κάτω. καὶ τοῦτο ἄρα τις [1] μυθολογῶν κομψὸς ἀνὴρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικὸς, παράγων τῷ ὀνόματι, διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πειστικὸν, ὠνόμασε πίθον, τοὺς δὲ ἀνοήτους, ἀμυήτους. τῶν δ' ἀμυήτων τοῦτο τῆς ψυχῆς οὗ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσὶ, τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανὸν, ὡς τετρημένος εἴη πίθος, διὰ τὴν ἀπληστίαν

eſt vita. non enim mirarer quidem, ſi verum dixerit Euripides in his verſibus,

Quis vero novit, vivere an ſiet mori,
Morique vivere?

et nos revera forſan mortui ſimus. quod jam equidem ego a ſapiente quodam audivi, nos videlicet nunc mortuos eſſe; corpuſque (σῶμα) eſſe noſtrum ſepulchrum (σῆμα); illam autem animi partem, in qua ſunt cupiditates, talem eſſe, quæ ad mutandam ſententiam perſuadeatur, et ſurſum ac deorſum volvatur. itaque hanc fabulator quidam, vir elegans, Siculus fortaſſe aut Italus, nomine declinans, propter probabilitatem et perſuaſionem (πιθανόν τε καὶ πειστικόν) πίθον (*id eſt dolium*) nominavit, et mente carentes (ἀνοήτους) non initiatos (ἀμυήτους). non initiatorum vero illam animi partem, in qua ſunt cupiditates, intemperantiam quidem ejus atque incontinentiam, quaſi dolium pertuſum eſſe *dixit*, propterea quod expleri nequit, illam

1 For. μυθολόγων.

ἀπεικάσας. τοὐναντίον δὴ οὗτός σοι, ὦ Καλλίκλεις, ἐνδείκνυται ὡς τῶν ἐν ᾅδου (τὸ ἀειδὲς δὴ λέγων) οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν, οἱ ἀμύητοι, καὶ φοροῖεν εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ. τὸ δὲ κόσκινον ἄρα λέγει (ὡς ἔφη ὁ πρὸς ἐμὲ λέγων) τὴν ψυχὴν εἶναι· τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπείκασε τὴν τῶν ἀνοήτων, ὡς τετρημένην, ἅτε οὐ δυναμένην στέγειν, δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην. ταῦτ' ἐπιεικῶς μέν ἐστιν ὑπό τι ἄτοπα· δηλοῖ μὴν ὃ ἐγὼ βούλομαί σοι ἐνδείξασθαι, ἐάν πως οἷός τε ὦ πεῖσαι μεταθέσθαι, ἀντὶ τοῦ ἀπλήστως καὶ ἀκολάστως ἔχοντος βίου τὸν κοσμίως καὶ τοῖς ἀεὶ παροῦσιν ἱκανῶς καὶ ἐξαρκούντως ἔχοντα βίον ἑλέσθαι. ἀλλὰ πότερον πείθω τί σε, καὶ μετατίθεσαι, εὐδαιμονεστέρους εἶναι τοὺς κοσμίους τῶν ἀκολάστων; ἢ οὐδέν; ἀλλ' ἂν καὶ πολλὰ τοιαῦτα μυθολογῶ, οὐδέν τι μᾶλλον μεταθήσῃ;

aſſimulans. hic ſane vir contra ac tu, Callicles, oſtendit, inter illos, qui in orco (ᾅδου) ſunt, (ἀειδὲς nimirum (*id eſt inviſibile*) hunc nominans) miſerrimos eſſe iſtos, qui non initiantur, et in pertuſum dolium aquam ferre alio ejuſmodi pertuſo cribro. illud igitur cribrum (quemadmodum aiebat is, qui mecum locutus eſt) animum dicit eſſe ; inſipientium autem animum cribro aſſimulabat, quaſi pertuſum, quippe qui minime poſſit res continere propter perfidiam et oblivionem. hæc jure quidem nonnihil inſolentia videantur ; demonſtrant vero, quod tibi oſtendere velim, ſi quomodo poſſim tibi perſuadere, ut ſententiam tuam permutes, ut inexplebilis illius atque diſſolutæ vitæ loco vitam moderatam et rebus ſemper præſentibus abunde ac ſatis refertam eligas. verum tibine quicquam perſuadeo? et mutatâ ſententiâ ais beatiores eſſe moderatos, quam diſſolutos ? an nihil omnino ? et quanquam vel multa hujuſcemodi fabuloſe texam, nihilo magis ſententiam permutave-

ΚΑΛ. Τοῦτ' ἀληθέστερον εἴρηκας, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Φέρε δὴ, ἄλλην σοι εἰκόνα λέγω ἐκ τοῦ αὐτοῦ γυμνασίου τῇ νῦν. σκόπει γὰρ εἰ τοιόνδε λέγεις περὶ τοῦ βίου ἑκατέρου τοῦ τε σώφρονος καὶ τοῦ ἀκολάστου, οἷον εἰ δυοῖν ἀνδροῖν ἑκατέρῳ πίθοι πολλοὶ εἶεν· καὶ τῷ μὲν ἑτέρῳ, ὑγιεῖς, καὶ πλήρεις, ὁ μὲν, οἴνου, ὁ δὲ, μέλιτος, ὁ δὲ, γάλακτος· καὶ ἄλλοι πολλοὶ, πολλῶν. νάματα δὲ σπάνια καὶ χαλεπὰ ἑκάστου τούτων εἴη, καὶ μετὰ πολλῶν πόνων καὶ χαλεπῶν ἐκποριζόμενα. ὁ μὲν οὖν ἕτερος πληρωσάμενος, μήτ' ἐποχετεύοι, μήτε τι φροντίζοι, ἀλλ' ἕνεκα τούτων ἡσυχίαν ἔχοι· τῷ δ' ἑτέρῳ τὰ μὲν νάματα, ὥσπερ καὶ ἐκείνῳ, δυνατὰ μὲν πορίζεσθαι, χαλεπὰ δέ· τὰ δ' ἀγγεῖα τετρημένα καὶ σαθρά· καὶ ἀναγκάζοιτο ἀεὶ νύκτα καὶ ἡμέραν πιμπλάναι αὐτὰ, ἢ τὰς ἐσχάτας λυποῖτο λύπας. ἆρα τοιούτου ἑκατέρου ὄντος τοῦ βίου, λέγεις τὸν τοῦ ἀκολάστου εὐδαιμονέστερον εἶναι ἢ τὸν τοῦ κοσμίου; πείθω τί σε, ταῦτα

ris? CAL. Hoc verius dixiſti, Socrates. SOC. Agedum, aliam tibi imaginem propono ex gymnaſio eodem, ac nuperæ *imaginis*. animadverte enim, utrum tale aliquid de utraque vita ſtatuas, temperante ſcilicet et diſſoluta, ac ſi duobus hominibus multa eſſent dolia; et alteri quidem integra et plena, unum vini, alterum mellis, tertium lactis, aliaque multa *aliorum* multorum. uniuſcujuſque autem horum rari eſſent latices, et difficiles, et multis difficilibuſque laboribus comparati. hic igitur, cum *dolia* impleverit, neque derivaret quicquam, neque omnino curaret, ſed de iis quietus eſſet; alteri vero latices quidem, quemadmodum et illi, parari poſſent, ſed difficulter; vaſa vero pertuſa ac inſincera; et cogeretur ſemper nocte dieque illa implere, vel extremos dolores pateretur. aiſne, quum hujuſmodi utraque ſit vita, diſſoluti hominis vitam beatiorem eſſe, quam moderati? perſuadeone tibi quicquam hæc di-

λέγων, συγχωρῆσαι τὸν κόσμιον βίον τοῦ ἀκολάστου ἀμείνω εἶναι; ἢ οὐ πείθω; ΚΑΛ. Οὐ πείθεις, ὦ Σώκρατες. τῷ μὲν γὰρ πληρωσαμένῳ ἐκείνῳ οὐκ ἔστιν ἡδονὴ οὐδεμία· ἀλλὰ τοῦτ' ἔστιν ὃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, τὸ, ὥσπερ λίθον ζῆν, ἐπειδὰν πληρώσηται, μήτε χαίροντα ἔτι, μήτε λυπούμενον. ἀλλ' ἐν τούτῳ ἐστὶ τὸ ἡδέως ζῆν, ἐν τῷ ὡς πλεῖστον ἐπιῤῥεῖν. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἀνάγκη γ' ἂν πολὺ ἐπιῤῥέῃ, πολὺ καὶ τὸ ἀπιὸν εἶναι; καὶ μεγάλ' ἄττα τὰ τρήματα εἶναι ταῖς ἐκροαῖς; ΚΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Χαραδριοῦ τινα αὖ σὺ βίον λέγεις, ἀλλ' οὐ νεκροῦ, οὐδὲ λίθου. καί μοι λέγε, τὸ τοιόνδε λέγεις οἷον πεινῆν καὶ πεινῶντα ἐσθίειν; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Καὶ διψῆν γε, καὶ διψῶντα πίνειν; ΚΑΛ. Λέγω, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἁπάσας ἔχοντα, καὶ δυνάμενον πληροῦν, χαίροντα εὐδαιμόνως ζῆν. ΣΩΚ. Εὖγε, ὦ βέλτιστε· διατέλει γὰρ ὥσπερ ἤρξω, καὶ ὅπως

cendo, ut concedas moderatam vitam diſſoluta eſſe meliorem? an non perſuadeo? CAL. Non perſuades, Socrates. nam illi, qui *vaſa* impleverit, nulla eſt voluptas; ſed illud eſt, quod modo dicebam, ut lapidem vivere, poſtquam impleverit, nec amplius gaudentem, nec dolentem. ſed hac in re jucunda vita verſatur, ut quamplurimum influat. SOC. Nonne ergo neceſſe quidem eſt, ſi multum influat, multum quoque abire? et magna quædam effluxibus patere foramina? CAL. Omnino profecto. SOC. Charadrii quandam tu contra vitam commemoras, non vero mortui, neque lapidis. dic mihi vero, aliquidne tale dicis, ac eſurire, et eſurientem edere? CAL. Certe. SOC. Et ſitire quidem, et ſitientem bibere? CAL. Dico; et qui omnibus aliis agatur cupiditatibus, et poſſit illas explere, gaudentem eum beate vivere. SOC. Euge, vir optime; perage enim, quemadmodum incepiſti, et

μὴ ἀπαισχυνῇ. δεῖ δὲ, ὡς ἔοικε, μηδ' ἐμὲ ἀπαισχυνθῆναι. καὶ πρῶτον μὲν εἰπὲ εἰ καὶ ψωριῶντα καὶ κνησιῶντα, ἀφθόνως ἔχοντα τοῦ κνῆσθαι, κνώμενον διατελοῦντα τὸν βίον, εὐδαιμόνως ἐστὶ ζῆν. ΚΑΛ. Ὡς ἄτοπος εἶ, ὦ Σώκρατες, καὶ ἀτεχνῶς δημηγόρος. ΣΩΚ. Τοιγάρτοι, ὦ Καλλίκλεις, Πῶλον μὲν καὶ Γοργίαν καὶ ἐξέπληξα καὶ αἰσχύνεσθαι ἐποίησα. σὺ δὲ οὐ μὴ ἐκπλαγῇς, οὐδὲ μὴ αἰσχυνθῇς· ἀνδρεῖος γὰρ εἶ· ἀλλ' ἀποκρίνου μόνον. ΚΑΛ. Φημὶ τοίνυν καὶ τὸν κνώμενον ἡδέως ἂν βιῶναι. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἴπερ ἡδέως, καὶ εὐδαιμόνως; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Πότερον εἰ τὴν κεφαλὴν μόνον κνησιῷ, ἢ ἔτι τι, σε ἐρωτῶ. ὅρα, ὦ Καλλίκλεις, τί ἀποκρινῇ, ἐάν τις σε τὰ ἐχόμενα τούτοις ἐφεξῆς ἅπαντα ἐρωτᾷ. καὶ τούτων τοιούτων ὄντων, κεφάλαιον, ὁ τῶν κιναίδων βίος οὗτος, οὐ δεινὸς καὶ αἰσχρὸς καὶ ἄθλιος; ἢ καὶ τούτους τολμήσεις λέγειν εὐδαίμονας

vide, ne verecundia capiaris. oportet autem, ut videtur, neque me verecundia capi. dic vero primum, an etiam ille, qui ſcabioſus eſt et pruriens, cui affatim ſeſe ſcabendi ſupereſt, quique ſcabendo ſeſe vitam traducit, beate vivit. CAL. Quam abſurdus es, Socrates, et revera declamatorius! SOC. Inde quidem eſt, Callicles, quòd Polum et Gorgiam percellui, et verecundia affeci. tu vero ne percellaris, neu verecundia afficiaris; fortis enim es; ſed modo reſponde. CAL. Jam vero aio, eum quoque, qui ſeſe ſcabit, jucunde victurum. SOC. Nonne ergo, ſi jucunde, etiam beate? CAL. Omnino quidem. SOC. Utrum, ſi capite tantum pruriat, an alia præterea parte, te interrogo. vide, Callicles, quid reſpondeas, ſi quis te omnia ex his pendentia deinceps interroget. cumque hæc hujuſmodi ſint, ad ſummam, hæc cinædorum vita nonne gravis et turpis et miſera eſt? an etiam illos audebis

εἶναι, ἐὰν ἀφθόνως ἔχωσιν ὧν δέονται; ΚΑΛ. Οὐκ αἰσχύνῃ εἰς τοιαῦτα ἄγων τοὺς λόγους, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ἦ γὰρ ἐγὼ ἄγω ἐνταῦθα, ὦ γενναῖε; ἢ ἐκεῖνος ὃς ἂν φῇ ἀναίδην οὕτω, τοὺς χαίροντας, ὅπως ἂν χαίρωσιν, εὐδαίμονας εἶναι; καὶ μὴ διορίζηται, τῶν ἡδονῶν ὁποῖαι αἱ ἀγαθαὶ καὶ κακαί;

λθ'. Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν λέγε, πότερον φῂς εἶναι τὸ αὐτὸ ἡδὺ καὶ ἀγαθόν· ἢ εἶναί τι τῶν ἡδέων ὃ οὐκ ἔστιν ἀγαθόν. ΚΑΛ. Ἵνα δή μοι μὴ ἀνομολογούμενος ᾖ ὁ λόγος, ἐὰν ἕτερον φήσω εἶναι, τὸ αὐτό φημι εἶναι. ΣΩΚ. Διαφθείρεις, ὦ Καλλίκλεις, τοὺς πρώτους λόγους, καὶ οὐκ ἂν ἔτι μετ' ἐμοῦ ἱκανῶς τὰ ὄντα ἐξετάζοις, εἴπερ παρὰ τὰ δοκοῦντα σαυτῷ ἐρεῖς. ΚΑΛ. Καὶ γὰρ σύ, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Οὐ τοίνυν ὀρθῶς ποιῶ οὔτ' ἐγώ, εἴπερ ποιῶ τοῦτο, οὔτε σύ. ἀλλ', ὦ μακάριε, ἄθρει μὴ οὐ τοῦτο ᾖ τὸ

beatos dicere, ſi illis rerum illarum affatim ſupereſt, quibus indigent? CAL. Non te pudet, Socrates, ad res hujuſmodi ſermonem deducere? SOC. Itane ego huc deduco, mi generoſe? an ille, qui dicat tam impudenter eos, qui gaudent, quomodocunque gaudeant, beatos eſſe; neque definiat, quales voluptates bonæ ſint, et quales malæ?

39. Verum etiam nunc expone, utrum idem eſſe ſtatuas jucundum et bonum; an eſſe jucundum aliquid, quod non ſit bonum. CAL. Ne profecto ſibiipſi ſermo diſſentiat, ſi aliud eſſe ſtatuero, idem eſſe ſtatuo. SOC. Pervertis, Callicles, ea quæ primum dicta ſunt, nec amplius mecum apte res inveſtigare poteris, ſi præter ſententiam tuam dixeris. CAL. Nam tu quoque, Socrates, id facis. SOC. Jam vero neque ego recte facio, ſi hoc facio, neque tu. ſed, o beate, vide, num forte illud

ἀγαθόν, τὸ πάντως χαίρειν· ταῦτά τε γὰρ τὰ νῦν δὴ αἰνιχθέντα, πολλὰ καὶ αἰσχρὰ φαίνεται συμβαίνοντα, εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει, καὶ ἄλλα πολλά. ΚΑΛ. Ὡς σύ γε οἴει, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Σὺ δὲ τῷ ὄντι, ὦ Καλλίκλεις, ταῦτα ἰσχυρίζῃ; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Ἐπιχειρῶμεν ἄρα τῷ λόγῳ ὡς σοῦ σπουδάζοντος. ΚΑΛ. Πάνυγε σφόδρα. ΣΩΚ. Ἴθι δή μοι, ἐπειδή σοι οὕτω δοκεῖ, διελοῦ τάδε. ἐπιστήμην καλεῖς τι; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐ καὶ ἀνδρίαν νῦν δὴ ἔλεγες τινὰ εἶναι μετ' ἐπιστήμης; ΚΑΛ. Ἔλεγον γάρ. ΣΩΚ. Ἄλλοτι οὖν ὡς ἕτερον τὴν ἀνδρίαν τῆς ἐπιστήμης δύο ταῦτα ἔλεγες. ΚΑΛ. Σφόδρα γε. ΣΩΚ. Τί δέ; ἡδονὴν καὶ ἐπιστήμην, ταυτὸν, ἢ ἕτερον; ΚΑΛ. Ἕτερον δήπου, ὦ σοφώτατε σύ. ΣΩΚ. Ἦ καὶ ἀνδρίαν ἑτέραν ἡδονῆς; ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Φέρε δὴ ὅπως μεμνησό-

non ſit bonum, omnino gaudere; hæc enim, quæ modo ſignificata ſunt, multa turpia conſequentia eſſe videntur, ſi ita res eſt, atque alia multa. CAL. Ut tu quidem arbitraris, Socrates. SOC. Tune autem revera, Callicles, hæc aſſeveras? CAL. Certe. SOC. Aggrediamur igitur ſermonem, quaſi tu ſerio agas. CAL. Vel maxime quidem. SOC. Ageſis, quoniam tibi ita videtur, hæc diſtingue. ſcientiamne vocas aliquid? CAL. Certe. SOC. Nonne et fortitudinem quandam modo aiebas eſſe cum ſcientia? CAL. Aiebam nimirum. SOC. Duo hæc igitur, tanquam ſi fortitudo ſit diverſum quidpiam a ſcientia, ni tu aliud dicis, commemorabas. CAL. Et quidem admodum. SOC. Quid vero? voluptatemne et ſcientiam idem an diverſum eſſe *aiebas*? CAL. Diverſum quidem, opinaverim, vir ſapientiſſime. SOC. An et fortitudinem diverſam a voluptate? CAL. Quidni? SOC. Agedum ut hæc memoriæ mandemus; dixiſſe nimirum Calli-

μετὰ ταῦτα, ὅτι Καλλικλῆς ἔφη ὁ Ἀχαρνεὺς, ἡδὺ μὲν καὶ ἀγαθὸν, ταυτὸν εἶναι· ἐπιστήμην δὲ καὶ ἀνδρίαν, καὶ ἀλλήλων καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἕτερον· Σωκράτης δέ γε ἡμῖν ὁ Ἀλωπεκῆθεν οὐχ ὁμολογεῖ ταῦτα. ἢ ὁμολογεῖ; ΚΑΛ. Οὐχ ὁμολογεῖ. ΣΩΚ. Οἶμαι δέ γε οὐδὲ Καλλικλῆς, ὅταν αὐτὸς αὑτὸν θεάσηται ὀρθῶς.

μ'. Εἰπὲ γάρ μοι, τοὺς εὖ πράττοντας τοῖς κακῶς πράττουσιν οὐ τοὐναντίον ἡγῇ πάθος πεπονθέναι; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν, εἴπερ ἐναντία ἐστὶ ταῦτα ἀλλήλοις, ἀνάγκη περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὥσπερ περὶ ὑγιείας ἔχει καὶ νόσου; οὐ γὰρ ἅμα δήπου ὑγιαίνει τε καὶ νοσεῖ ὁ ἄνθρωπος, οὐδὲ ἅμα ἀπαλλάττεται ὑγιείας τε καὶ νόσου. ΚΑΛ. Πῶς λέγεις; ΣΩΚ. Οἷον περὶ ὅτου βούλει τοῦ σώματος ἀπολαβὼν σκόπει. νοσεῖ που ἄνθρωπος ὀφθαλμοὺς ᾧ ὄνομα ὀφθαλμία; ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Οὐ δήπου καὶ ὑγιαίνει

clem Acharnenſem jucundum et bonum idem eſſe; ſcientiam vero et fortitudinem tum inter ſe, tum a bono diverſas eſſe; Socratem autem Alopecenſem hæc non concedere. an concedit? CAL. Non concedit. SOC. Arbitror autem neque Calliclem, ubi ſe ipſe recte conſideraverit.

40. Dic mihi enim, nonne felices et infelices contrario modo affici putas? CAL. Certe. SOC. An igitur, ſi hæc ſint inter ſe contraria, neceſſe eſt ea ita comparata eſſe, ut ſanitas et morbus? non enim ſane, opinaverim, ſimul valet quis, et ægrotat, neque ſimul ſanitate et morbo liberatur. CAL. Quî iſtud eſt? SOC. Quacunque nimirum corporis parte volueris aſſumpta, illam conſidera. ægrotatne quis oculis ſuis morbo illo, qui ophthalmia vocatur? CAL. Quidni? SOC. Non profecto, ni fallor, ſimul quoque iiſdem va-

γε ἅμα σοῦ αὐτοῦς. ΚΑΛ. Οὐδ' ὁπωστιοῦν. ΣΩΚ. Τί δέ; ὅταν τῆς ὀφθαλμίας ἀπαλλάττηται, ἆρα τότε καὶ τῆς ὑγιείας ἀπαλλάττεται τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τελευτῶν ἅμα ἀμφοτέρων ἀπήλλακται; ΚΑΛ. Ἥκιστά γε. ΣΩΚ. Θαυμάσιον γὰρ, οἶμαι, καὶ ἄλογον γίγνεται. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Σφόδρα γε. ΣΩΚ. Ἀλλ' ἐν μέρει (οἶμαι) ἑκάτερον καὶ λαμβάνει καὶ ἀπολύει; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ ἰσχὺν καὶ ἀσθένειαν ὡσαύτως; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ τάχος καὶ βραδυτῆτα; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. [1]Ἦ καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν, καὶ τἀναντία τούτων, κακά τε καὶ ἀθλιότητα, ἐν μέρει λαμβάνει, καὶ ἐν μέρει ἀπαλλάττεται ἑκατέρου; ΚΑΛ. Πάντως δήπου. ΣΩΚ. Ἐὰν εὕρωμεν ἄρα ἅττα, ὧν ἅμα τε ἀπαλλάττεται ἄνθρωπος καὶ ἅμα ἔχει, δῆλον ὅτι ταῦτά γε οὐκ ἂν εἴη τό, τε ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὁμολογοῦμεν ταῦτα; καὶ εὖ μάλα σκεψάμενος ἀποκρίνου. ΚΑΛ.

let. CAL. Nequaquam. SOC. Quid autem? quando ophthalmia liberatur, tuncne ſanitate quoque oculorum liberatur, et tandem ſimul ambobus liberatur? CAL. Minime quidem. SOC. Mirabile enim, opinor, atque abſurdum id eſſet. nonne? CAL. Et quidem admodum. SOC. Sed viciſſim, ut opinor, utrumque capit, et amittit. CAL. Ita aio. SOC. Nonne igitur et robur et imbecillitatem ſimili modo *capit et amittit?* CAL. Etiam. SOC. Et celeritatem et tarditatem? CAL. Omnino quidem. SOC. Anne et bona et felicitatem, et horum contraria, mala et infelicitatem, viciſſim capit, et viciſſim utroque liberatur? CAL. Prorſus, mea quidem ſententia. SOC. Si invenerimus igitur quædam, quibus ſimul liberatur homo, et quæ ſimul habet, nimirum hæc quidem non bonum et malum eſſent. hæccine confitemur? et re perquam bene perpenſa reſponde. CAL. Ve-

1 Ἦ MS. *Bodl.*

Ἀλλ' ὑπερφυῶς ὁμολογῶ. ΣΩΚ. Ἴθι δὴ ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν ὡμολογημένα. τὸ πεινῆν ἔλεγες πότερον ἡδὺ ἢ ἀνιαρὸν εἶναι; αὐτὸ λέγω τὸ πεινῆν. ΚΑΛ. Ἀνιαρὸν ἔγωγε. ΣΩΚ. Τὸ μέν τοι πεινῶντα ἐσθίειν, ἡδύ; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Μανθάνω· ἀλλ' οὖν τό γε πεινῆν αὐτὸ, ἀνιαρὸν, ἢ οὐχί; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ τὸ διψῆν; ΚΑΛ. Σφόδρα γε. ΣΩΚ. Πότερον οὖν ἔτι πλείω ἐρωτῶ; ἢ ὁμολογεῖς ἅπασαν ἔνδειαν καὶ ἐπιθυμίαν ἀνιαρὸν εἶναι; ΚΑΛ. Ὁμολογῶ· ἀλλὰ μὴ ἐρώτα. ΣΩΚ. Εἶεν. διψῶντα δὲ δὴ πίνειν, ἄλλο τι ἢ ἡδὺ φὴς εἶναι; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τούτου οὗ λέγεις, τὸ μὲν διψῶντα, λυπούμενον δήπου ἐστί; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Τὸ δὲ πίνειν, πλήρωσίς τε τῆς ἐνδείας καὶ ἡδονή; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν κατὰ τὸ πίνειν, χαίρειν λέγεις; ΚΑΛ. Μάλιστα. ΣΩΚ. Διψῶντά γε, φῂς λυπούμενον; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ.

rum egregie confiteor. SOC. Cedo illa, quæ prius conceſſa ſunt. eſurire, jucundum dicebas eſſe, an moleſtum? ipſum eſurire dico. CAL. Certe moleſtum. SOC. Eſurientem vero edere, jucundum? CAL. Certe. SOC. Intelligo; ſed ipſum igitur eſurire moleſtum eſt, nonne? CAL. Ita aio. SOC. Nonne ergo et ſitire? CAL. Et quidem admodum. SOC. Utrum igitur plura etiam interrogem? an confiteris omnem indigentiam et cupiditatem moleſtum quid eſſe. CAL. Confiteor; ne interroges autem. SOC. Eſto. jam vero ſitientem bibere nonne jucundum eſſe ais? CAL. Certe. SOC. In hac re igitur, quam dicis, ſitire quidem, ni fallor, dolere eſt, nonne? CAL. Etiam. SOC. Bibere vero expletio indigentiæ, et voluptas? CAL. Etiam. SOC. Nonne igitur quoad bibendum gaudium prædicas? CAL. Maxime. SOC. Sitientem quidem dolere ais. *nonne?* CAL. Etiam. SOC.

Αἰσθάνῃ οὖν τὸ συμβαῖνον, ὅτι λυπούμενον χαίρειν λέγεις ἅμα, ὅταν διψῶντα πίνειν λέγῃς; ἢ οὐχ ἅμα τοῦτο γίγνεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον καὶ χρόνον, εἴτε ψυχῆς εἴτε σώματος βούλει; οὐδὲν γὰρ (οἶμαι) διαφέρει. ἔστι ταῦτα, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Ἔστι. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν εὖ γε πράττοντα κακῶς πράττειν ἅμα, ἀδύνατον ἔφης εἶναι. ΚΑΛ. Φημὶ γάρ. ΣΩΚ. Ἀνιώμενον δέ γε χαίρειν δυνατὸν ὡμολόγηκας. ΚΑΛ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα τὸ χαίρειν, ἐστὶν εὖ πράττειν· οὐδὲ τὸ ἀνιᾶσθαι, κακῶς. ὥστε ἕτερον γίγνεται τὸ ἡδὺ τοῦ ἀγαθοῦ.

μα'. ΚΑΛ. Οὐκ οἶδ' ἅττα σοφίζῃ, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Οἶσθα, ἀλλὰ ἀκκίζῃ, ὦ Καλλίκλεις. καὶ πρόιθί γε ἔτι εἰς τὸ ἔμπροσθεν, ὅτι ἔχων ληρεῖς· ἵνα εἰδῇς ὡς σοφὸς ὤν με νουθετεῖς. οὐχ ἅμα διψῶν τε ἕκαστος ἡμῶν πέπαυται, καὶ ἅμα ἡδόμενος διὰ τοῦ πίνειν; ΚΑΛ.

Sentiſne igitur, quid ſequitur? nimirum te dicere, dolentem ſimul gaudere, quando ſitientem dicis bibere? an non ſimul id evenit eodem loco et tempore, ſive animum ſive corpus reſpicias? nihil enim, opinor, intereſt. itane eſt, necne? CAL. Ita. SOC. Atqui aiebas fieri non poſſe, ut qui felix quidem ſit, ſimul ſit infelix. CAL. Aio nimirum. SOC. Conceſſiſti vero fieri poſſe, ut qui angatur, gaudeat. CAL. Ita apparet. SOC. Gaudere igitur non eſt felicitas; neque angi, infelicitas. itaque diverſum quidpiam eſt jucundum a bono.

41. CAL. Neſcio quæ comminiſcaris, Socrates. SOC. Noſti, ſed inepte ſimulas, Callicles. quinetiam procedas ad illud, quod prius dictum eſt, quoniam nugaris; ut ſcias, quam ſis ſapiens tu, qui me admones. nonne unuſquiſque noſtrûm ſimul ſitire ceſſat, et ſimul delectari bibendo? CAL. Neſcio quid dicas.

Οὐκ οἶδα ὅ,τι λέγεις. ΓΟΡ. Μηδαμῶς, ὦ Καλλίκλεις· ἀλλ' ἀποκρίνου καὶ ἡμῶν ἕνεκα, ἵνα περανθῶσιν οἱ λόγοι. ΚΑΛ. Ἀλλ' ἀεὶ τοιοῦτός ἐστι Σωκράτης, ὦ Γοργία· σμικρὰ καὶ ὀλίγου ἄξια ἀνερωτᾷ καὶ ἐξελέγχει. ΓΟΡ. Ἀλλὰ τί σοι διαφέρει; πάντως οὐ σὴ αὕτη ἡ τιμὴ, ὦ Καλλίκλεις· ἀλλ' ὑπόσχες Σωκράτη ἐξελέγξαι ὅπως ἂν βούληται. ΚΑΛ. Ἐρώτα δὴ σὺ τὰ σμικρά τε καὶ στενὰ ταῦτα· ἐπείπερ Γοργίᾳ δοκεῖ οὕτως. ΣΩΚ. Εὐδαίμων εἶ, ὦ Καλλίκλεις, ὅτι τὰ μεγάλα γε μεμύησαι πρὶν τὰ σμικρά· ἐγὼ δ' οὐκ ᾤμην θεμιτὸν εἶναι. ὅθεν οὖν ἀπέλειπες, ἀποκρίνου, εἰ οὐχ ἅμα παύεται διψῶν ἕκαστος ἡμῶν καὶ ἡδόμενος. ΚΑΛ. Φημί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ πεινῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν ἅμα παύεται; ΚΑΛ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ τῶν λυπῶν καὶ τῶν ἡδονῶν ἅμα παύεται; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν οὐχ

GOR. Nequaquam *ita facias*, Callicles; ſed reſponde vel noſtri gratiâ, ut diſputatio ad finem perducatur. CAL. At ſemper ita ſe præbet Socrates, mi Gorgia; exigua quædam et parvi momenti rogat atque refellit. GOR. Quid vero tua intereſt? hoc prorſus non tuum munus eſt, Callicles; ſed ſuſtine, ut Socrates pro arbitratu ſuo refellat. CAL. Interroga jam tu exigua illa atque anguſta; quandoquidem ita videtur Gorgiæ. SOC. Beatus es, Callicles, quando magnis quidem myſteriis initiatus es, prius quam parvis; ego vero id minime fas eſſe arbitrabar. ex eo igitur loco, quo deſtitiſti, reſponde, an non unuſquiſque noſtrûm ſimul ſitire ceſſet, et delectari. CAL. Aio. SOC. Nonne igitur et eſurire, cæteriſque cupiditatibus, ſimul ceſſat, *et delectari?* CAL. Ita eſt. SOC. Nonne igitur et a doloribus et a voluptatibus ſimul ceſſat? CAL. Etiam.

ἅμα παύεται, ὡς σὺ ὡμολόγεις. νῦν δὲ οὐχ ὁμολογεῖς; ΚΑΛ. Ἔγωγε. τί οὖν δή; ΣΩΚ. Ὅτι οὐ ταὐτὰ γίγνεται, ὦ φίλε, τἀγαθὰ τοῖς ἡδέσιν, οὐδὲ τὰ κακὰ τοῖς ἀνιαροῖς. τῶν μὲν γὰρ ἅμα παύεται, τῶν δὲ, οὔ, ὡς ἑτέρων ὄντων. πῶς οὖν ταὐτὰ ἂν εἴη τὰ ἡδέα τοῖς ἀγαθοῖς, ἢ τὰ ἀνιαρὰ τοῖς κακοῖσιν;

μβ'. Ἐὰν ᾗ βούλῃ, καὶ τῇδε ἐπίσκεψαι· οἶμαι γάρ σοι οὐδὲ ταύτῃ ὁμολογεῖσθαι. ἄθρει δή. τοὺς ἀγαθοὺς οὐχὶ ἀγαθῶν παρουσίᾳ ἀγαθοὺς καλεῖς; ὥσπερ τοὺς καλοὺς οἷς ἂν κάλλος παρῇ; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Τί δέ; ἀγαθοὺς ἄνδρας καλεῖς ἄφρονας καὶ δειλούς; οὐ γὰρ ἄρτι γε· ἀλλὰ τοὺς ἀνδρείους καὶ φρονίμους ἔλεγες. ἢ οὐ τούτους, ἀγαθοὺς καλεῖς; ΚΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚ. Τί δέ; παῖδα ἀνόητον, χαίροντα ἤδη εἶδες; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Ἄνδρα δὲ οὔπω εἶδες ἀνόητον χαίροντα;

SOC. Atqui a bonis et malis non ſimul ceſſat, quemadmodum tu concedebas. nunc vero non concedis? CAL. Certe. quid tum ergo, quæſo? SOC. Scilicet non eadem ſunt, mi tu, bona atque jucunda, aut mala atque moleſta. ab his enim quis ſimul ceſſat, ab illis minime, quippe quæ ſint diverſa. quì fit igitur, ut eadem ſint jucunda atque bona, vel moleſta atque mala?

42. Quod ſi vis, ita etiam conſidera; arbitror enim neque hoc modo tibi conſentiri. jam perpende. nonne bonos bonarum rerum præſentia bonos vocas; quemadmodum pulchros eos, quibus adſit pulchritudo? CAL. Certe. SOC. Quid vero? bonos viros vocas eos, qui inſipientes et ignavi ſunt? non enim *id feciſti* paulo quidem ante; ſed qui fortes et prudentes ſunt, dicebas. an non iſtos bonos vocas? CAL. Omnino profecto. SOC. Quid vero? puerumne mente carentem jam vidiſti gaudentem? CAL. Certe. SOC. Virum autem mente carentem non-

ΚΑΛ. Οἶμαι ἔγωγε. ἀλλὰ τί τοῦτο; ΣΩΚ. Οὐδέν· ἀλλ' ἀποκρίνου. ΚΑΛ. Εἶδον. ΣΩΚ. Τί δέ; νοῦν ἔχοντα, λυπούμενον καὶ χαίροντα; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩΚ. Πότεροι δὲ μᾶλλον χαίρουσι καὶ λυποῦνται; οἱ φρόνιμοι, ἢ οἱ ἄφρονες; ΚΑΛ. Οἶμαι ἔγωγε οὐ πολύ τι διαφέρειν. ΣΩΚ. Ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ τοῦτο. ἐν πολέμῳ δὲ ἤδη εἶδες ἄνδρα δειλόν; ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Τί οὖν; ἀπιόντων τῶν πολεμίων πότεροι σοὶ ἐδόκουν μᾶλλον χαίρειν; οἱ δειλοί, ἢ οἱ ἀνδρεῖοι; ΚΑΛ. Ἀμφότεροι ἔμοιγε μᾶλλον· εἰ δὲ μή, παραπλησίως γε. ΣΩΚ. Οὐδὲν διαφέρει. χαίρουσι δ' οὖν καὶ οἱ δειλοί. ΚΑΛ. Σφόδρα γε. ΣΩΚ. Καὶ οἱ ἄφρονες, ὡς ἔοικε. ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Προσιόντων δέ, οἱ δειλοὶ μόνον λυποῦνται, ἢ καὶ οἱ ἀνδρεῖοι; ΚΑΛ. Ἀμφότεροι. ΣΩΚ. Ἆρα ὁμοίως; ΚΑΛ. Μᾶλλον ἴσως οἱ δειλοί. ΣΩΚ. Ἀπιόντων δ' οὐ μᾶλλον χαίρουσιν;

dum vidiſti gaudentem? CAL. Arbitror quidem. ſed quorſum iſtud? SOC. Nil refert; ſed reſponde. CAL. Vidi. SOC. Quid vero? *vidiſtine* ſana mente præditum dolentem et gaudentem? CAL. Aio. SOC. Utri autem magis gaudent et dolent? prudentes an inſipientes? CAL. Haud multum quidem ego intereſſe arbitror. SOC. Aſt etiam illud ſatis eſt. in bello autem vidiſtine jam virum ignavum? CAL. Quidni? SOC. Quid ergo? cum diſcederent hoſtes, utri videbantur tibi magis gaudere? ignavi an fortes? CAL. Utrique mihi quidem magis; ſin minus, certe eodem prope modo. SOC. Nihil intereſt. gaudent vero igitur et ignavi. CAL. Et quidem admodum. SOC. Et inſipientes quoque, ut videtur. CAL. Etiam. SOC. Quum autem illi accedant, ſoli ignavi dolent. an etiam fortes? CAL. Utrique. SOC. Utrum ſimiliter? CAL. Magis fortaſſe ignavi. SOC. Quum autem diſcedant, nonne magis gau-

ΚΑΛ. Ἴσως. ΣΩΚ. Οὐκοῦν λυποῦνται μὲν καὶ χαίρουσι καὶ οἱ ἄφρονες καὶ οἱ φρόνιμοι, καὶ οἱ δειλοὶ καὶ οἱ ἀνδρεῖοι παραπλησίως, ὡς σὺ φῄς· μᾶλλον δὲ οἱ δειλοὶ τῶν ἀνδρείων; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν οἵ γε φρόνιμοι καὶ οἱ ἀνδρεῖοι, ἀγαθοί· οἱ δὲ δειλοὶ καὶ ἄφρονες, κακοί. ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Παραπλησίως ἄρα χαίρουσι καὶ λυποῦνται οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοί. ΚΑΛ. Φημί. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν παραπλησίως εἰσὶν ἀγαθοὶ καὶ κακοὶ, οἱ ἀγαθοί τε καὶ κακοί; ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον ἀγαθοὶ, [1] οἱ ἀγαθοὶ, καὶ κακοί εἰσιν οἱ κακοί; ΚΑΛ. Ἀλλὰ μὰ Δί', οὐκ οἶδ' ὅ,τι λέγεις. ΣΩΚ. Οὐκ οἶσθ' ὅτι τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαθῶν φῂς παρουσίᾳ εἶναι ἀγαθοὺς, κακοὺς δὲ, κακῶν; τὰ δὲ ἀγαθὰ εἶναι τὰς ἡδονὰς, κακὰ δὲ, τὰς ἀνίας; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τοῖς χαίρουσι πάρεστι τὰ ἀγαθὰ αἱ ἡδοναὶ, εἴπερ χαίρουσι; ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἀγαθῶν

dent? CAL. Fortaſſe. SOC. Nonne igitur dolent atque gaudent inſipientes et prudentes, ignavi et fortes, eodem prope modo, ut tu ais; magis autem ignavi, quam fortes? CAL. Aio. SOC. At certe prudentes et fortes boni ſunt; ignavi vero et inſipientes mali. CAL. Etiam. SOC. Prope igitur eodem modo gaudent et dolent boni et mali. CAL. Aio. SOC. An ergo eodem prope modo boni ſunt et mali boni et mali? an adhuc etiam magis boni ſunt et mali mali? CAL. At per Jovem, neſcio quid dicas. SOC. Non noſti ſtatuere te bonos bonarum rerum præſentia eſſe bonos, malos vero malarum? voluptates autem eſſe res bonas, malas, angores? CAL. Certe. SOC. Nonne igitur iis, qui gaudent, adſunt res bonæ, nimirum voluptates, ſi gaudent? CAL. Quidni? SOC. Nonne igitur bonis rebus præ-

1 Forſan. delend. οἱ ἀγαθοί.

παρόντων ἀγαθοί εἰσιν οἱ χαίροντες; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Τί δέ; τοῖς ἀνιωμένοις οὐ πάρεστι τὰ κακά, αἱ λῦπαι; ΚΑΛ. Πάρεστι. ΣΩΚ. Κακῶν δέ γε παρουσίᾳ φὴς σὺ εἶναι κακοὺς τοὺς κακούς. ἢ οὐκέτι φής; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Ἀγαθοὶ ἄρα, οἳ ἂν χαίρωσι· κακοὶ δέ, οἳ ἂν ἀνιῶνται. ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οἱ μέν γε μᾶλλον, μᾶλλον· οἱ δ᾽ ἧττον, ἧττον· οἱ δὲ παραπλησίως, παραπλησίως. ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν φὴς παραπλησίως χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι τοὺς φρονίμους καὶ τοὺς ἄφρονας; καὶ τοὺς δειλοὺς καὶ τοὺς ἀνδρείους; ἢ καὶ μᾶλλον ἔτι τοὺς δειλούς; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Συλλόγισαι δὴ κοινῇ μετ᾽ ἐμοῦ τί ἡμῖν συμβαίνει ἐκ τῶν ὡμολογημένων. καὶ δὶς γάρ τοι καὶ τρὶς φασὶ καλὸν εἶναι τὰ καλὰ λέγειν τε καὶ ἐπισκοπεῖσθαι. ἀγαθὸν μὲν εἶναι τὸν φρόνιμον καὶ ἀνδρεῖον φαμέν. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Κακὸν δέ, τὸν ἄφρονα καὶ δειλόν; ΚΑΛ.

ſentibus boni ſunt ii, qui gaudent? CAL. Etiam. SOC. Quid autem? iis, qui anguntur, nonne adſunt mala, nimirum dolores? CAL Adſunt. SOC. At vero malorum certe præſentia ais malos eſſe malos. an non diutius id ais? CAL. Certe. SOC. Boni igitur ſunt, quicunque gaudeant; mali vero, quicunque angantur. CAL. Omnino quidem. SOC. Illi quidem, qui magis, magis; qui vero minus, minus; qui eodem fere modo, eodem fere modo. CAL. Etiam. SOC. Nonne igitur ais eodem fere modo gaudere atque dolere prudentes et inſipientes; et ignavos et fortes; an etiam adhuc magis ignavos? CAL. Certe. SOC. Age collige communiter mecum, quid nobis e rebus conceſſis conſequens ſit. etenim profecto pulchrum eſſe aiunt, ea quæ pulchra ſunt, iterum ac tertio dicere et conſiderare. bonum quidem eſſe, qui prudens ſit atque fortis, ſtatuimus. nonne? CAL. Etiam. SOC. Malum vero, qui inſipiens et ignavus? CAL.

Πάνυγε. ΣΩΚ. Ἀγαθὸν δὲ αὖ τὸν χαίροντα; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Κακὸν δὲ, τὸν ἀνιώμενον; ΚΑΛ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Ἀνιᾶται δέ γε καὶ χαίρει ὁ ἀγαθὸς καὶ κακὸς ὁμοίως· ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον, ὁ κακός; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὁμοίως γίγνεται κακὸς καὶ ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ, ἢ καὶ μᾶλλον ἀγαθὸς, ὁ κακός; οὐ ταῦτα συμβαίνει, καὶ τὰ πρότερα ἐκεῖνα, ἐάν τις ταυτὰ φῇ ἡδέα τε καὶ ἀγαθὰ εἶναι; οὐ ταῦτα ἀνάγκη, ὦ Καλλίκλεις;

μγ΄. ΚΑΛ. Πάλαι τι σου ἀκροῶμαι, ὦ Σώκρατες, καθομολογῶν, ἐνθυμούμενος ὅτι κἂν παίζων τίς σοὶ ἐνδῷ ὁτιοῦν, τούτου ἁσμένως ἔχῃ, ὥσπερ τὰ μειράκια. ὡς δὴ σὺ οἴει ἐμὲ, ἢ καὶ ἄλλον ὁντιναοῦν ἀνθρώπων, οὐχ ἡγεῖσθαι τὰς μὲν, βελτίους ἡδονὰς, τὰς δὲ, χείρους; ΣΩΚ. Ἰοῦ ἰοῦ, ὦ Καλλίκλεις, ὡς πανοῦργος εἶ· καί μοι ὥσπερ παιδὶ χρῇ· τοτὲ μὲν ταῦτα φάσκων οὕτως ἔχειν, τοτὲ δὲ ἑτέρως· ἐξαπατῶν με. καίτοι οὐκ

Omnino quidem. SOC. Bonum autem eum quoque, qui gaudet? CAL. Etiam. SOC. Malum vero, qui angitur? CAL. Neceſſe eſt. SOC. Angi autem et gaudere bonum et malum ſimiliter; fortaſſe vero vel magis malum? CAL. Etiam. SOC. Nonne igitur vir malus ſimiliter fit malus et bonus atque vir bonus, an etiam magis bonus? nonne hæc conſequentia ſunt, et priora illa, ſi quis ſtatuat eadem eſſe jucunda et bona? nonne hæc *conſequentia eſſe* neceſſe eſt, Callicles?

43. CAL. Jamdudum, pene dixerim, Socrates, tibi auſculto, et concedo, animadvertens, ſi quis vel joco quidlibet tibi cederit, hoc te, adoleſcentium more, læte prehendere. quaſi tu ſcilicet arbitraris aut me aut etiam alium quemlibet non cenſere alias voluptates eſſe meliores, alias deteriores. SOC. Hui hui, Callicles, quam verſutus es! et mecum tanquam cum puero agis; modo quidem affirmans hæc ita ſe habere, modo aliter; me decipiens. atqui initio minime ar-

ᾤμην γε κατ' ἀρχὰς ὑπὸ σοῦ ἑκόντος εἶναι ἐξαπατηθήσεσθαι, ὡς ὄντος φίλου· νῦν δὲ ἐψεύσθην· καὶ, ὡς ἔοικεν, ἀνάγκη μοι, κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ τοῦτο δέχεσθαι τὸ διδόμενον παρὰ σοῦ. ἔστι δὲ δὴ, ὡς ἔοικεν, ὃ νῦν λέγεις, ὅτι ἡδοναί τινες εἰσὶν, αἱ μὲν, ἀγαθαὶ, αἱ δὲ, κακαί. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν ἀγαθαὶ μὲν, αἱ ὠφέλιμοι· κακαὶ δὲ, αἱ βλαβεραί; ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Ὠφέλιμοι δέ γε, αἱ ἀγαθόν τι ποιοῦσαι· κακαὶ δὲ, αἱ κακόν τι; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν τὰς τοιάσδε λέγεις; οἷον κατὰ τὸ σῶμα, ἃς νῦν δὴ ἐλέγομεν ἐν τῷ ἐσθίειν καὶ πίνειν ἡδονάς· εἰ ἄρα τούτων αἱ μὲν ὑγίειαν ποιοῦσαι ἐν τῷ σώματι, ἢ ἰσχὺν, ἢ ἄλλην τινὰ ἀρετὴν τοῦ σώματος, αὗται μὲν ἀγαθαί· αἱ δὲ τἀναντία τούτων, κακαί. ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ λῦπαι

bitrabar me a te ſponte deceptum iri, tanquam amico; nunc autem mihi verba data ſunt; et, ut videtur, neceſſe eſt mihi, quemadmodum vetus fert proverbium, ut rebus præſentibus opportune utar, et quod a te datur, accipiam. jam autem illud eſt, ut videtur, quod nunc ais; voluptates nimirum quædam ſunt, aliæ quidem bonæ, aliæ vero malæ. nonne? CAL. Etiam. SOC. Utileſne igitur ſunt bonæ, noxiæ vero malæ? CAL. Omnino quidem. SOC. Utiles vero illæ quidem, quæ bonum aliquid efficiunt; malæ, quæ malum aliquid? CAL. Ita aio. SOC. Anne igitur hujuſmodi quaſdam dicis? exempli gratia in corpore illas, quas modo dicebamus, edendi et bibendi voluptates; ſi videlicet harum quædam ſanitatem corpori præſtent, aut robur, aut aliam quandam corporis virtutem, hæ quidem ſunt bonæ; quæ vero contraria *præſtent*, malæ. CAL. Omnino quidem. SOC. Nonne igitur et dolores ſimi-

ὡσαύτως, αἱ μὲν χρησταί εἰσιν, αἱ δὲ, πονηραί; ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὰς μὲν χρηστὰς καὶ ἡδονὰς καὶ λύπας καὶ αἱρετέον ἐστὶ καὶ πρακτέον; ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Τὰς δὲ πονηρὰς, οὔ; ΚΑΛ. Δῆλον δή. ΣΩΚ. Ἕνεκα γάρ που τῶν ἀγαθῶν ἅπαντα ἡμῖν ἔδοξε πρακτέον εἶναι (εἰ μνημονεύεις) ἐμοί τε καὶ Πώλῳ. ἆρα καί σοι συνδοκεῖ οὕτω τέλος εἶναι ἁπασῶν τῶν πράξεων τὸ ἀγαθόν; καὶ ἐκείνου ἕνεκα δεῖν πάντα τἄλλα πράττεσθαι; ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο, τῶν ἄλλων; σύμψηφος ἡμῖν εἶ καὶ σὺ ἐκ τρίτων; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Τῶν ἀγαθῶν ἄρα ἕνεκα δεῖ καὶ τἄλλα καὶ τὰ ἡδέα πράττειν, ἀλλ' οὐ τἀγαθὰ, τῶν ἡδέων. ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν παντὸς ἀνδρός ἐστιν, ἐκλέξασθαι ποῖα ἀγαθὰ τῶν ἡδέων ἐστὶ, καὶ ὁποῖα κακά; ἢ τεχνικοῦ δεῖ εἰς ἕκαστον; ΚΑΛ. Τεχνικοῦ.

liter, alii ſunt probi, alii improbi? CAL. Quidni? SOC. Nonne igitur probi quidem voluptates et dolores eligendi ſunt, et amplectendi? CAL. Omnino quidem. SOC. Improbi vero minime? CAL. Perſpicuum quidem eſt. SOC. Bonorum enim, ni fallor, cauſâ, omnia videbantur nobis agenda, (ſi meminiſti) mihi *videlicet* et Polo. anne tu quoque in eadem hac nobiſcum es ſententia; omnium nimirum actionum finem eſſe bonum; et illius cauſa omnia alia agi oportere; non illud aliorum? anne tu quoque eandem nobiſcum ſententiam tertius affers? CAL. Certe. SOC. Bonorum ergo cauſa oportet cum alias res tum jucundas agere, non vero bona jucundarum. CAL. Omnino quidem. SOC. Anne igitur cujuſque viri eſt, eligere quales res jucundæ ſint bonæ, et quales malæ? an ad unumquamque arte prædito viro opus eſt? CAL. Viro arte prædito.

μδ'. ΣΩΚ. Ἀναμνησθῶμεν δὴ ὧν αὖ ἐγὼ πρὸς Πῶλον καὶ Γοργίαν ἐτύγχανον λέγων. ἔλεγον γὰρ (εἰ μνημονεύεις) ὅτι εἶεν παρασκευαί, αἱ μὲν, μέχρις ἡδονῆς, αὐτὸ τοῦτο μόνον παρασκευάζουσαι, ἀγνοοῦσαι δὲ τὸ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον· αἱ δὲ, γιγνώσκουσαι ὅ,τι τε ἀγαθὸν καὶ ὅ,τι κακόν. καὶ ἐτίθουν τῶν μὲν περὶ τὰς ἡδονὰς τὴν μαγειρικὴν κατὰ τὸ σῶμα ἐμπειρίαν, ἀλλ' οὐ τέχνην· τῶν δὲ περὶ τὸ ἀγαθὸν, τὴν ἰατρικὴν τέχνην. καὶ πρὸς Φιλίου, ὦ Καλλίκλεις, μήτε αὐτὸς οἴου δεῖν πρὸς ἐμὲ παίζειν, μηδ' ὅ,τι ἂν τύχοις παρὰ τὰ δοκοῦντα ἀποκρίνου, μήτ' αὖ τὰ παρ' ἐμοῦ οὕτως ἀποδέχου ὡς παίζοντος. ὁρᾷς γὰρ ὅτι περὶ τούτου ἡμῖν εἰσιν οἱ λόγοι· οὗ τί ἂν μᾶλλον σπουδάσειέ τις καὶ σμικρὸν νοῦν ἔχων ἄνθρωπος, ἢ τοῦτο, ὅντινα χρὴ τρόπον ζῆν; πότερον ἐπὶ ὃν σὺ παρακαλεῖς ἐμὲ, τὰ τοῦ ἀνδρὸς δὴ ταῦτα πράττοντα, λέγοντά τε ἐν τῷ δήμῳ, καὶ ῥητορικὴν

44. SOC. Revocemus jam in memoriam, quæ ego quoque Polo et Gorgiæ dixi. dicebam enim, ſi meminiſti, quoſdam eſſe apparatus, alios quidem voluptate tenus, hoc ipſum ſolummodo apparantes, quid vero melius aut pejus ſit, ignorantes; alios, quid bonum malumve ſit, intelligentes. ponebam præterea inter eos, qui circa voluptates verſantur, coquinariam, circa corpus peritiam, non vero artem; inter eos vero, qui circa bonum verſantur, medicam artem. et per *Jovem* amicitiæ præſidem, Callicles, neque tu ipſe arbitrere mecum ludendum, nec temere præter ſententiam tuam reſponde, neque rurſus ea, quæ ego dicam, ita accipe, quaſi ludam. vides enim inſtitutum eſſe ea de re noſtrum ſermonem, qua quid magis a quovis homine vel mediocris judicii ſerio peragendum? nimirum qua ratione ſit agenda vita; utrum *ad illam vitæ rationem accedendum*, ad quam me hortaris, hæc agendo, quæ viri ſcilicet ſunt officia, apud populum dicendo, et rhetoricam

ἀσκοῦντα, καὶ πολιτευόμενον τοῦτον τὸν τρόπον ὃν ὑμεῖς νῦν πολιτεύεσθε· ἢ ἐπὶ τόνδε τὸν βίον τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ· καὶ τί ποτ' ἐστὶν οὗτος ἐκείνου διαφέρων. ἴσως οὖν βέλτιστόν ἐστιν, ὡς ἄρτι ἐγὼ ἐπεχείρησα, διαιρεῖσθαι· διελομένους δὲ, καὶ ὁμολογήσαντας ἀλλήλοις, εἰ ἔστι τούτω διττὼ βίω, σκέψασθαι τί τε διαφέρετον ἀλλήλοιν, καὶ ὁπότερον βιωτέον αὐτοῖν. ἴσως οὖν οὔπω οἶσθα τί λέγω. ΚΑΛ. Οὐ δῆτα. ΣΩΚ. Ἀλλ' ἐγώ σοι σαφέστερον ἐρῶ. ἐπειδὴ ὡμολογήκαμεν ἐγώ τε καὶ σὺ, εἶναι μέν τι, ἀγαθὸν, εἶναι δέ τι, ἡδὺ, ἕτερον δὲ τὸ ἡδὺ τοῦ ἀγαθοῦ· ἑκατέρου δὲ αὐτοῖν μελέτην τινὰ εἶναι καὶ παρασκευὴν τῆς κτήσεως, τὴν μὲν, τοῦ ἡδέος θήραν, τὴν δὲ, τοῦ ἀγαθοῦ· αὐτὸ δή μοι τοῦτο πρῶτον ἢ σύμφαθι, ἢ μὴ συμφῇς. ΚΑΛ. Οὕτω φημί. ΣΩΚ. Ἴθι δὴ, ἃ καὶ πρὸς τούσδε ἐγὼ ἔλεγον διομολόγησαί μοι, εἰ ἄρα σοὶ ἔδοξα

excolendo, atque rempublicam ea ratione admiſtrando, qua vos nunc ſoletis ; an ad hanc vitam, quæ in philoſophia verſatur ; et quid tandem hæc ab illa differat. forſan igitur optimum ſit, quemadmodum paulo ante aggreſſus ſum, diſtinguere ; poſtquam autem diſtinximus, et inter nos conventum eſt, ſi exiſtant hæc duplicia vitæ genera, conſiderare, quid inter ſe differant, et utrum illarum ſequendum. forſan ergo nondum intelligis, quid dicam. CAL. Profecto non. SOC. Aſt ego tibi magis perſpicue dicam. quandoquidem inter nos convenit aliquid eſſe bonum, aliquid et jucundum, jucundum vero a bono diſcrepare ; utriuſque autem illorum exercitationem quandam eſſe, et acquiſitionis apparatum, alteram quidem jucundi venationem, alteram boni ; hoc ipſum primum jam mihi concedas, vel ne concedas. CAL. Ita inquam. SOC. Agedum, ea quoque, quæ hiſce viris dicebam, mihi aſſentire, ſi forte viſus ſum tibi tunc

τότε ἀληθῆ λέγειν. ἔλεγον δέ που ὅτι ἡ μὲν ὀψοποιητικὴ οὔ μοι δοκεῖ τέχνη εἶναι, ἀλλ' ἐμπειρία· ἡ δ' ἰατρική· λέγων ὅτι ἡ μὲν τούτου οὗ θεραπεύει καὶ τὴν φύσιν ἔσκεπται, καὶ τὴν αἰτίαν ὧν πράττει, καὶ λόγον ἔχει τούτων ἑκάστου δοῦναι, ἡ ἰατρική· ἡ δ' ἑτέρα, τῆς ἡδονῆς, πρὸς ἣν ἡ θεραπεία αὐτῇ ἐστιν ἅπασα, κομιδῇ [1]ἀτεχνῶς ἐπ' αὐτὴν ἔρχεται, οὔτε τι τὴν φύσιν σκεψαμένη τῆς ἡδονῆς, οὔτε τὴν αἰτίαν, ἀλόγως τε παντάπασιν (ὡς ἔπος εἰπεῖν) οὐδὲν διαριθμησαμένη, τριβὴ καὶ ἐμπειρία, μνήμην μόνον σωζομένη τοῦ εἰωθότος γίγνεσθαι, ᾧ δὴ καὶ πορίζεται τὰς ἡδονάς. ταῦτ' οὖν πρῶτον σκόπει εἰ δοκεῖ σοι ἱκανῶς λέγεσθαι, καὶ εἶναί τινες καὶ περὶ τὴν ψυχὴν τοιαῦται ἄλλαι πραγματεῖαι· αἱ μὲν, τεχνικαὶ, προμήθειάν τινα ἔχουσαι τοῦ βελτίστου περὶ τὴν ψυχήν· αἱ δὲ, τούτου μὲν ὀλιγωροῦσαι, ἐσκεμμέναι δ' αὖ, ὥσπερ ἐκεῖ, τὴν ἡδονὴν μόνον τῆς ψυχῆς, τίνα

vera dicere. dicebam vero, ni fallor, coquinariam non mihi videri artem, ſed peritiam, medicinam vero *mihi videri artem*; oſtendi enim medicinam illius rei, quam curat, naturam perpendere, eorumque cauſam, quæ ipſa agit, et horum ſingulorum cauſam poſſe reddere; alteram vero, ad voluptatem, circa quam omnis ipſius cura verſatur, valde inartificialiter progredi, neque omnino voluptatis naturam conſiderantem neque cauſam, ſineque ratione prorſus (ut univerſe dicam) nihil dinumerantem, uſum quidem ac peritiam, memoriam tantum illius, quod fieri ſolet, ſervatam, quo etiam profecto voluptates parat. hæc igitur primum conſidera, an ſatis recte tibi dici videantur, atque alia eſſe quædam ſtudia hujuſmodi, quæ circa animum quoque verſantur; quarum alteræ quidem arte nituntur, et illius, quod ſit optimum, pro animo aliquam curam gerunt; alteræ vero hoc negligunt, contraque, veluti ibi *in corpore*, animi voluptatem tantum per-

1 ἀτέχνως MS. *Bodl.* et *Ficinus.*

ἂν αὐτῇ τρόπον γίγνοιτο· ἥτις δὲ ἡ βελτίων ἢ χείρων τῶν ἡδονῶν, οὔτε σκοπούμεναι, οὔτε μέλον αὐταῖς ἄλλο ἢ χαρίζεσθαι μόνον, εἴτε βέλτιον, εἴτε χεῖρον. ἐμοὶ μὲν γάρ, ὦ Καλλίκλεις, δοκοῦσί τε εἶναι, καὶ ἔγωγέ φημι τὸ τοιοῦτον κολακείαν εἶναι καὶ περὶ σῶμα καὶ περὶ ψυχήν, καὶ περὶ ἄλλο ὅτου ἄν τις τὴν ἡδονὴν θεραπεύῃ, ἀσκέπτως ἔχων τοῦ ἀμείνονός τε καὶ τοῦ χείρονος. σὺ δὲ δὴ πότερον συγκατατίθεσαι ἡμῖν περὶ τούτων τὴν αὐτὴν δόξαν, ἢ ἀντιφῄς; ΚΑΛ. Οὐκ ἔγωγε, ἀλλὰ συγχωρῶ· ἵνα σοι καὶ περανθῇ ὁ λόγος, καὶ Γοργίᾳ τῷδε χαρίσωμαι. ΣΩΚ. Πότερον δὲ περὶ μὲν μίαν ψυχὴν ἔστι τοῦτο, περὶ δὲ δύο καὶ πολλὰς οὐκ ἔστιν; ΚΑΛ. Οὔκ· ἀλλὰ καὶ περὶ δύο καὶ περὶ πολλάς. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ ἀθρόαις ἅμα χαρίζεσθαι ἔστι, μηδὲν σκοπούμενον τὸ βέλτιστον; ΚΑΛ. Οἶμαι ἔγωγε.

pendunt, qua ratione videlicet comparetur; quæ vero ex voluptatibus melior aut pejor ſit, neque conſiderant, neque aliud curant, quam ut gratificentur tantum, ſive melius id ſit ſive pejus. nam mihi quidem, Callicles, et illæ eſſe videntur, remque hujuſmodi adulationem eſſe aio, et in corpore et in animo, et in alia re qualibet, cujus voluptatem curet aliquis, nulla melioris pejoriſque ratione habita. tune vero jam nobiſcum eandem de hiſce rebus ſententiam ponis, an adverſaris? CAL. Minime quidem, ſed concedo; ut a te ſermo ad finem perducatur, et huic Gorgiæ gratificer. SOC. Utrum autem circa unum quidem animum hoc cernitur, circa vero duos et multos non item? CAL. Minime; ſed et circa duos et multos. SOC. Nonne igitur et *animis* frequentibus ſimul gratificari licet, nulla optimi ratione habita? CAL. Ita quidem arbitror.

με'. ΣΩΚ. Ἔχεις οὖν εἰπεῖν αἵτινές εἰσιν αἱ ἐπιτηδεύσεις αἱ τοῦτο ποιοῦσαι; μᾶλλον δὲ, εἰ βούλει, ἐμοῦ ἐρωτῶντος, ἣ μὲν ἄν σοι δοκῇ τούτων εἶναι, φάθι· ἣ δ' ἂν μὴ, μὴ φάθι. πρῶτον δὲ σκεψώμεθα τὴν αὐλητικήν. οὐ δοκεῖ σοι τοιαύτη τις εἶναι, ὦ Καλλίκλεις; τὴν ἡδονὴν ἡμῶν μόνον διώκειν, ἄλλο δ' οὐδὲν φροντίζειν; ΚΑΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ αἱ τοιαίδε ἅπασαι, οἷον ἡ κιθαριστικὴ ἡ ἐν τοῖς ἀγῶσι; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Τί δέ; ἡ τῶν χορῶν διδασκαλία, καὶ ἡ τῶν διθυράμβων ποίησις, οὐ τοιαύτη τις σοὶ καταφαίνεται; ἢ ἡγῇ τι φροντίζειν Κινησίαν τὸν Μέλητος, ὅπως ἐρεῖ τι τοιοῦτον ὅθεν ἂν οἱ ἀκούοντες βελτίους γίγνοιντο; ἢ ὅ,τι μέλλει χαριεῖσθαι τῷ ὄχλῳ τῶν θεατῶν; ΚΑΛ. Δῆλον δὴ τοῦτό γε, ὦ Σώκρατες, Κινησίου γε πέρι. ΣΩΚ. Τί δὲ, ὁ πατὴρ αὐτοῦ Μέλης; ἢ πρὸς τὸ βέλ-

45. SOC. Poteſne igitur dicere, quæ ſint illa ſtudia, quæ hoc præſtent? imo, ſi velis, me interrogante, quodcunque tibi horum eſſe videatur, aſſentire; quodcunque non, ne aſſentire. primum autem tibicinum ſtudium conſideremus. nonne tibi, Callicles, hujuſmodi eſſe videtur? quod videlicet voluptatem tantum noſtram perſequatur, nec aliud quidquam curet? CAL. Mihi quidem videtur. SOC. Nonne igitur et de omnibus hujuſmodi ſtudiis idem ſtatuendum eſt, veluti de cithariſtica, quæ in certaminibus exercetur? CAL. Etiam. SOC. Quid vero? chororum doctrina, et dithyramborum poeſis nonne hujuſmodi tibi eſſe apparet? an arbitraris quicquam curare Cineſiam Meletis filium, ut aliquid tale dicat, unde auditores meliores fiant; an illud, quod ſpectatorum multitudini gratificaturum ſit? CAL. Hoc profecto, Socrates, de Cineſia quidem conſtat. SOC. Quid? pater ipſius Meles? reſpicienſne illud, quod optimum eſt,

πιστον βλέπων ἐδόκει σοι κιθαρῳδεῖν; ἢ ἐκεῖνος μὲν οὐδὲ πρὸς τὸ ἥδιστον; ἠνία γὰρ ᾄδων τοὺς θεατάς. ἀλλὰ δὴ σκόπει· οὐχὶ ἥ τε κιθαρῳδικὴ δοκεῖ σοι πᾶσα καὶ ἡ τῶν διθυράμβων ποίησις, ἡδονῆς χάριν εὑρῆσθαι; ΚΑΛ. Ἔμοιγε. ΣΩΚ. Τί δὲ, ἡ σεμνὴ αὕτη καὶ θαυμαστὴ ἡ τῆς τραγῳδίας ποίησις; ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε; πότερόν ἐστιν αὐτῆς τὸ ἐπιχείρημα καὶ ἡ σπουδὴ, ὡς σοὶ δοκεῖ, χαρίζεσθαι τοῖς θεαταῖς μόνον; ἢ καὶ διαμάχεσθαι, ἐάν τι αὐτοῖς ἡδὺ μὲν ᾖ καὶ κεχαρισμένον, πονηρὸν δὲ, ὅπως τοῦτο μὲν μὴ ἐρεῖ· εἰ δέ τι τυγχάνει ἀηδὲς καὶ ὠφέλιμον, τοῦτο δὲ καὶ λέξει καὶ ᾄσεται, ἐάν τε χαίρωσιν, ἐάν τε μή; ποτέρως σοὶ δοκεῖ παρεσκευάσθαι ἡ τῶν τραγῳδιῶν ποίησις; ΚΑΛ. Δῆλον δὴ τοῦτό γε, ὦ Σώκρατες, ὅτι πρὸς τὴν ἡδονὴν μᾶλλον ὥρμηται, καὶ τὸ χαρίζεσθαι τοῖς θεαταῖς. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὸ τοιοῦτον, ὦ Καλλίκλεις, ἔφαμεν νῦν δὴ κολακείαν εἶναι; ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ.

cithara ludere tibi videbatur? an illene ad jucundiſſimum quidem? quum enim caneret, ſpectatores moleſtia afficiebat. verum age conſidera; nonne tibi videtur tota ars citharœdica, et dithyramborum poeſis, voluptatis gratia fuiſſe inventa? CAL. Mihi quidem. SOC. Quid vero? gravis illa atque miranda tragœdiæ poeſis? qua in re ſtudium ponit? utrum illius conatus et ſtudium, ex tua ſententia, in ſpectatoribus gratificandis tantum verſatur? an etiam in acriter contendendo, ut, ſi quid illis jucundum atque gratum ſit, ſed malum, ne illud dicat; ſin aliquid ſit injucundum et utile, illud autem et dicat et canat, ſive iis placeat, ſive non? utro modo tragœdiarum poeſis comparata eſſe tibi videtur? CAL. Conſtat ſane quidem, Socrates, illam ad voluptatem ſe potius convertere, et ad ſpectatorum gratificationem. SOC. Nonne igitur hujuſmodi quid, Callicles, paulo ante adulationem eſſe diximus? CAL. Omnino quidem. SOC. A-

Φέρε δή, εἴ τις περιέλοιτο τῆς ποιήσεως πάσης τό,τε μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν καὶ τὸ μέτρον, ἄλλο τι ἢ λόγοι γίγνονται τὸ λειπόμενον; ΚΑΛ. Ἀνάγκη. ΣΩΚ. Οὐκοῦν πρὸς πολὺν ὄχλον καὶ δῆμον οὗτοι λέγονται οἱ λόγοι; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩΚ. Δημηγορία ἄρα τίς ἐστιν ἡ ποιητική. ΚΑΛ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἡ ῥητορικὴ δημηγορία ἂν εἴη; ἢ οὐ ῥητορεύειν δοκοῦσί σοι οἱ ποιηταὶ ἐν τοῖς θεάτροις; ΚΑΛ. Ἔμοιγε. ΣΩΚ. Νῦν ἄρα ἡμεῖς εὑρήκαμεν ῥητορικήν τινα πρὸς δῆμον τοιοῦτον οἷον παίδων τε ὁμοῦ καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν, καὶ δούλων καὶ ἐλευθέρων· ἣν οὐ πάνυ ἀγάμεθα. κολακικὴν γὰρ αὐτὴν φαμὲν εἶναι. ΚΑΛ. Πάνυγε.

μϛ'. ΣΩΚ. Εἶεν. τί δέ, ἡ πρὸς τὸν Ἀθηναίων δῆμον ῥητορική, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι δήμους τοὺς τῶν ἐλευθέρων ἀνδρῶν, τί ποτε ἡμῖν αὕτη ἐστί; πότερόν σοι δοκοῦσι πρὸς τὸ βέλτιστον ἀεὶ λέγειν οἱ ῥήτορες, τούτου στοχαζόμενοι

gedum, ſi quis ex univerſa poeſi melos, et rhythmum, et metrum detrahat, nonne ſermones ſuperſunt? CAL. Neceſſe eſt. SOC. Nonne igitur ad magnam turbam populumque hi habentur ſermones? CAL. Aio. SOC. Poetica igitur eſt oratio quædam popularis. CAL. Apparet. SOC. Nonne igitur rhetorica oratio popularis erit? an non videntur tibi rhetorica uti poetæ in theatris? CAL. Mihi quidem. SOC. Nunc igitur invenimus rhetoricam quandam apud talem populum, qualis conſtet pueris ſimul et mulieribus, viris, ſervis, liberis; quam quidem non valde probamus. adulatoriam enim eam eſſe ſtatuimus. CAL. Omnino quidem.

46. SOC. Sit ſane ita. quid vero? rhetorica illa apud populum Athenienſem cæteroſque *aliarum* civitatum populos, qui liberis viris conſtant, quid tandem nobis ea eſt? utrum tibi videntur oratores ratione illius habita, quod optimum eſt, ſemper dicere, eò tenden-

ὅπως οἱ πολῖται ὡς βέλτιστοι ἔσονται διὰ τοὺς αὑτῶν λόγους; ἢ καὶ οὗτοι πρὸς τὸ χαρίζεσθαι τοῖς πολίταις ὡρμημένοι, καὶ ἕνεκα τοῦ ἰδίου τοῦ αὑτῶν, ὀλιγωροῦντες τοῦ κοινοῦ, ὥσπερ παισὶ προσομιλοῦσι τοῖς δήμοις, χαρίζεσθαι αὐτοῖς πειρώμενοι μόνον· εἰ δέ γε βελτίους ἔσονται ἢ χείρους διὰ ταῦτ᾽, οὐδὲν φροντίζουσιν; ΚΑΛ. Οὐχ ἁπλοῦν [1] ἔτι τοῦτο ὃ ἐρωτᾷς. εἰσὶ μὲν γὰρ οἱ κηδόμενοι τῶν πολιτῶν λέγουσιν ἃ λέγουσιν· εἰσὶ δὲ καὶ οἵους σὺ λέγεις. ΣΩΚ. Ἐξαρκεῖ. εἰ γὰρ καὶ τοῦτό ἐστι διπλοῦν, τὸ μὲν ἕτερόν που τούτου, κολακεία ἂν εἴη, καὶ αἰσχρὰ δημηγορία· ὃ δ᾽ ἕτερον, καλὸν, ὃ παρασκευάζειν ὅπως ὡς βέλτισται ἔσονται τῶν πολιτῶν αἱ ψυχαί· καὶ ἀεὶ διαμάχεσθαι λέγοντα τὰ βέλτιστα, εἴτε ἡδίω εἴτε ἀηδέστερα ἔσται τοῖς ἀκούουσιν. ἀλλ᾽ οὐ πώποτε σὺ ταύτην εἶδες τὴν ῥητορικήν. ἢ εἴτινα ἔχεις τῶν ῥητόρων τοιοῦτον εἰπεῖν, τί οὐχὶ καὶ

tes, ut ex ſuis ipſorum orationibus cives quam optimi evadant? an et ii quoque ad gratificandos cives ſe convertentes, commodique privati gratiâ, publico interim neglecto, cum populis quaſi cum pueris verſantur, illud unum conati, ut ipſis gratificentur; utrum autem vel meliores vel deteriores inde evadant, nullam curam habent? CAL. Haud ſimplex illud eſt, quod interrogas. ſunt enim, qui de civibus ſolliciti orationes habent; ſed alii quoque ſunt, quales tu commemoras. SOC. Satis eſt. nam ſi etiam hoc duplex eſt, altera quidem pars ejus, ni fallor, adulatio erit, turpiſque declamatio; altera vero honeſta, quæ nimirum præſtat, ut quam optimi ſint civium animi; et acriter ſemper contendit, dicendo optima, ſive jucundiora ſive injucundiora fuerint audientibus. verum tu nunquam hanc rhetoricam vidiſti. quod ſi aliquem talem ex oratoribus potes dicere, quare non et eum

1 ἔστι MS. *Bodl.*

ἐμοὶ αὐτὸν ἔφρασας τίς ἐστιν; ΚΑΛ. Ἀλλὰ μὰ Δία, οὐκ ἔχω ἔγωγέ σοι εἰπεῖν τῶν γε νῦν ῥητόρων οὐδένα. ΣΩΚ. Τί δέ; τῶν παλαιῶν ἔχεις τινὰ εἰπεῖν δι' ὅντινα αἰτίαν ἔχουσιν Ἀθηναῖοι βελτίους γεγονέναι, ἐπειδὴ ἐκεῖνος ἤρξατο δημηγορεῖν, ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ χείρους ὄντες; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ οἶδα τίς ἐστιν οὗτος. ΚΑΛ. Τί δέ; Θεμιστοκλέα οὐκ ἀκούεις ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονότα, καὶ Κίμωνα, καὶ Μιλτιάδην, καὶ Περικλέα τουτονὶ τὸν νεωστὶ τετελευτηκότα, οὗ καὶ σὺ ἀκήκοας; ΣΩΚ. Εἰ ἔστι γε, ὦ Καλλίκλεις, ἣν πρότερον σὺ ἔλεγες ἀρετὴν, ἀληθὴς, τὸ τὰς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάναι καὶ τὰς αὐτοῦ καὶ τὰς τῶν ἄλλων. εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἀλλ' ὅπερ ἐν τῷ ὑστέρῳ λόγῳ ἠναγκάσθημεν ἡμεῖς ὁμολογεῖν, ὅτι αἱ μὲν τῶν ἐπιθυμιῶν πληρούμεναι βελτίω ποιοῦσι τὸν ἄνθρωπον, ταύτας μὲν ἀποτελεῖν, αἱ δὲ χείρω, μή· τούτου δὲ τέχνη τὶς εἶναι· τοιοῦτον ἄνδρα τούτων

mihi indicaſti, quis ille ſit? CAL. At per Jovem, neminem hujus quidem ætatis oratorum poſſum tibi dicere. SOC. Quid vero? poteſne aliquem dicere ex veteribus, cujus opera meliores evaſerunt Athenienſes, poſtquam ille apud populum cæpiſſet concionari, quum ſuperiori tempore deteriores extitiſſent? nam ego quidem neſcio, quis ille ſit. CAL. Quid? Themiſtoclem non audis bonum virum fuiſſe, et Cimonem, et Miltiadem, et hunc Periclem, qui nuper mortuus eſt, quem et tu dicentem audiiſti? SOC. Si vera quidem illa virtus eſt, Callicles, quam tu prius commemorabas, cupiditates videlicet tum proprias tum alienas explere. ſin autem illud minime, quod vero ultimo ſermone cogebamur confiteri, eas nimirum cupiditates, quarum expletio meliorem reddit hominem, amplectendas eſſe, quæ vero deteriorem, minime; atque hujuſce rei artem quandam eſſe; il-

τινὰ γεγονέναι ἔχεις εἰπεῖν; ΚΑΛ. Οὐκ ἔχω ἔγωγε πῶς εἴπω. ΣΩΚ. Ἀλλ' ἐὰν ζητῇς καλῶς, εὑρήσεις.

μζʹ. Ἴδωμεν δὴ οὑτωσὶ ἀτρέμα σκοπούμενοι εἴ τις τούτων τοιοῦτος γέγονε. φέρε γάρ, ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ καὶ ἐπὶ τὸ βέλτιστον λέγων ἃ ἂν λέγῃ, ἄλλο τι ἢ οὐκ εἰκῇ ἐρεῖ, ἀλλ' ἀποβλέπων πρός τι; ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες δημιουργοί, βλέποντες πρὸς τὸ ἑαυτῶν ἔργον ἕκαστος, οὐκ εἰκῇ ἐκλεγόμενος ἃ προσφέρει πρὸς τὸ ἔργον τὸ αὑτοῦ, ἀλλ' ὅπως ἂν εἶδός τι αὐτῷ σχῇ τοῦτο ὃ ἐργάζεται. οἷον, εἰ βούλει ἰδεῖν τοὺς ζωγράφους, τοὺς οἰκοδόμους, τοὺς ναυπηγούς, τοὺς ἄλλους πάντας δημιουργούς, ὅντινα βούλει αὐτῶν, ὡς εἰς τάξιν τινὰ ἕκαστος ἕκαστον τίθησιν ὃ ἂν τιθῇ, καὶ προσαναγκάζει τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ πρέπον τε εἶναι καὶ ἁρμόττειν, ἕως ἂν τὸ ἅπαν συστήσηται τεταγμένον τε καὶ κεκοσμημένον πρᾶγμα. καὶ οἵ τε δὴ ἄλλοι δημιουργοί, καὶ οὓς νῦν δὴ ἐλέγομεν, οἱ

lorumne aliquem iſtiuſmodi extitiſſe potes dicere? CAL. Non habeo quidem, quid dicam. SOC. At vero ſi recte quæras, invenies.

47. Videamus jam hoc modo ſedate conſiderantes, an illorum aliquis hujuſmodi extiterit. age vero, bonuſne vir, et qui optimi ratione habita dicit omnia, quæ dicat, non temere loquetur, ſed alicujus rei reſpectu? quemadmodum et alii omnes artifices, quorum quiſque opus ſuum reſpicit, neque temere ea, quæ ad opus ſuum adhibeat, eligit, ſed quò formam aliquam habeat illud, quod elaborat. ut, ſi intueri libet pictores, ædium vel navium fabricatores, alioſque omnes artifices, quemcunque illorum volueris, qua ratione illorum unuſquiſque in ordinem quendam unumquodque ponat, quodcunque nimirum ponat, et cogat aliud alii convenire atque congruere, donec univerſum opus res ordinata et diſpoſita conſtitutum ſit. et profecto cum alii artifices, tum vero ii, quos modo me-

περὶ τὸ σῶμα παιδοτρίβαι τε καὶ ἰατροί, κοσμοῦσί που τὸ σῶμα καὶ συντάττουσιν. ὁμολογοῦμεν οὕτω τοῦτ' ἔχειν, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Ἔστω τοῦτο οὕτω. ΣΩΚ. Τάξεως ἄρα καὶ κόσμου τυχοῦσα οἰκία, χρηστὴ ἂν εἴη, ἀταξίας δὲ, μοχθηρά. ΚΑΛ. Φημί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν καὶ πλοῖον ὡσαύτως; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Καὶ μὴν καὶ τὰ σώματα φαμὲν τὰ ἡμέτερα; ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Τί δ' ἡ ψυχή; ἀταξίας τυχοῦσα, ἔσται χρηστὴ, ἢ τάξεώς τε καὶ κόσμου τινός; ΣΩΚ. Ἀνάγκη ἐκ τῶν ἔμπροσθεν καὶ τοῦτο συνομολογεῖν. ΣΩΚ. Τί οὖν ὄνομά ἐστιν ἐν τῷ σώματι τῷ ἐκ τῆς τάξεώς τε καὶ τοῦ κόσμου γιγνομένῳ; ὑγίειαν καὶ ἰσχὺν ἴσως λέγεις. ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Τί δὲ αὖ τῷ ἐν τῇ ψυχῇ ἐγγιγνομένῳ ἐκ τῆς τάξεως καὶ τοῦ κόσμου; πειρῶ εὑρεῖν καὶ εἰπεῖν ὥσπερ ἐκεῖνο τὸ ὄνομα. ΚΑΛ. Τί δὲ οὐκ αὐτὸς λέγεις,

moravimus, qui circa corpus verſantur, puerorum videlicet exercitores, et medici, diſponunt, ni fallor, corpus atque ordinant. concedimuſne ita rem ſe habere, necne? CAL. Sit ſane ita. SOC. Domus igitur ordinem et diſpoſitionem conſecuta, bona fuerit, confuſionem vero, mala. CAL. Ita aio. SOC. Nonne igitur et navigium ſimiliter? CAL. Etiam. SOC. Quinetiam de noſtris corporibus idem ſtatuimus, nonne? CAL. Omnino quidem. SOC. Quid vero animus? confuſionemne conſecutus, bonus erit, an ordinem et diſpoſitionem quandam? CAL. Neceſſe eſt ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, hoc quoque confiteri. SOC. Quid igitur nomen eſt in corpore ei rei, quæ ex ordine fit atque diſpoſitione? ſanitatem fortaſſe et robur eam appelles. CAL. Certe. SOC. Quid rurſus autem *nomen eſt* ei rei, quæ in animo fit ex ordine et diſpoſitione? conare id invenire et proferre, quemadmodum prius illud nomen. CAL. Quin tu ipſe di-

ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. Ἀλλ' εἴ σοι ἥδιόν ἐστιν, ἐγὼ ἐρῶ. σὺ δὲ ἂν μέν σοι δοκῶ ἐγὼ καλῶς λέγειν, φάθι· εἰ δὲ μὴ, ἔλεγχε, καὶ μὴ ἐπίτρεπε. ἔμοιγε δοκεῖ ταῖς μὲν τοῦ σώματος τάξεσιν ὄνομα εἶναι ὑγιεινὸν, ἐξ οὗ ἐν αὐτῷ ἡ ὑγίεια γίγνεται καὶ ἡ ἄλλη ἀρετὴ τοῦ σώματος. ἔστι ταῦτα, ἢ οὐκ ἔστιν; ΚΑΛ. Ἔστι. ΣΩΚ. Ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς τάξεσι καὶ κοσμήσεσι νόμιμόν τε καὶ νόμος· ὅθεν καὶ νόμιμοι γίγνονται καὶ κόσμιοι. ταῦτα δ' ἔστι δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη. φῂς, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Ἔστω. ΣΩΚ. Οὐκοῦν πρὸς ταῦτα βλέπων ὁ ῥήτωρ ἐκεῖνος ὁ τεχνικός τε καὶ ἀγαθὸς, καὶ τοὺς λόγους προσοίσει ταῖς ψυχαῖς οὓς ἂν λέγῃ, καὶ τὰς πράξεις ἁπάσας; καὶ δῶρον ἐάν τι διδῷ, δώσει, καὶ ἐάν τι ἀφαιρῆται, ἀφαιρήσεται; πρὸς τοῦτο ἀεὶ τὸν νοῦν ἔχων ὅπως ἂν αὐτοῦ τοῖς πολίταις δικαιοσύνη μὲν ἐν ταῖς ψυχαῖς γίγνηται, ἀδικία δὲ ἀπαλλάττηται· καὶ σωφροσύνη μὲν ἐγγίγνηται, ἀκολασία δὲ

cis, Socrates? SOC. Sin autem id malueris, ego dicam. tu autem, ſi tibi videor recte dicere, aſſentire; ſin minus, redargue, neque mihi indulge. mihi quidem videtur ordinationi corporis nomen eſſe Sanum, ex quo in illo fit ſanitas, omniſque alia virtus corporis. itane eſt, necne? CAL. Ita. SOC. Animi vero ordinationi et diſpoſitioni legitimum et legem eſſe nomen; unde et legitimæ fiunt et moderatæ. hæc autem ſunt juſtitia et temperantia. aſſentiris, necne? CAL. Eſto. SOC. Nonne igitur hæc reſpiciens orator ille arte præditus et bonus orationes omnes, quas habuerit, animis adhibebit, omneſque ſuas actiones; et ſi tribuerit donum, tribuet, et ſi quid abſtulerit, auferet; ad id ſemper animum intendens, ut civium ſuorum animis juſtitia naſcatur, injuſtitia vero tollatur; utque temperantia innaſcatur, tollatur vero intemperantia; omniſque

ἀπαλλάττηται· καὶ ἡ ἄλλη ἀρετὴ ἐγγίγνηται, κακία δὲ ἀπίῃ. συγχωρεῖς, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Συγχωρῶ. ΣΩΚ. Τί γὰρ ὄφελος, ὦ Καλλίκλεις, σώματί γε κάμνοντι καὶ μοχθηρῶς διακειμένῳ σιτία πολλὰ διδόναι καὶ τὰ ἥδιστα, ἢ ποτὰ, ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν, ὃ μὴ ὀνήσῃ αὐτὸ ἔσθ' ὅτι πλέον, ἢ τοὐναντίον, κατά γε τὸν δίκαιον λόγον, καὶ ἔλαττον; ἔστι ταῦτα; ΚΑΛ. Ἔστω. ΣΩΚ. Οὐ γὰρ (οἶμαι) λυσιτελεῖ μετὰ μοχθηρίας σώματος ζῆν ἀνθρώπῳ, ἀνάγκη γὰρ οὕτω ζῆν καὶ μοχθηρῶς. ἢ οὐχ οὕτω; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὰς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάναι (οἷον, πεινῶντα φαγεῖν ὅσον βούλεται· ἢ διψῶντα, πιεῖν) ὑγιαίνοντα μὲν ἐῶσιν οἱ ἰατροὶ ὡς τὰ πολλά· κάμνοντα δὲ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδέποτ' ἐῶσιν ἐμπίπλασθαι ὧν ἐπιθυμεῖ; συγχωρεῖς τοῦτό γε καὶ σύ. ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Περὶ δὲ ψυχὴν, ὦ ἄριστε, οὐχ ὁ αὐτὸς τρόπος; ἕως μὲν

alia virtus innaſcatur, vitium vero abeat. concedis, necne? CAL. Concedo. SOC. Quid enim prodeſt, Callicles, corpori quidem ægroto et miſere affecto cibos multos, atque ſuaviſſimos præbere, aut potiones, aut aliud quidlibet, quod forſitan non plus ei profuturum ſit, quam hujus contrarium, ſecundum rationis quidem normam, etiam minus? itane res eſt? CAL. Eſto. SOC. Non enim (opinor) homini expedit cum corpore miſero vivere, ſic enim neceſſe eſſet miſere quoque vivere. nonne ita? CAL. Etiam. SOC. Nonne igitur cupiditates explere (veluti eſurientem edere, quantum voluerit, vel ſitientem bibere) ſanum quidem medici plerumque permittunt; ægrotum autem, ut univerſe dicam, nunquam permittunt iis rebus exſatiari, quas cupit? hoc quidem tu quoque concedis, nonne? CAL. Certe. SOC. Nonne vero eadem eſt ratio, vir optime, quod ad animum ſpectat? donec pravus eſt,

ἂν πονηρὰ ᾖ, ἀνόητός τε οὖσα καὶ ἀκόλαστος καὶ ἄδικος καὶ ἀνόσιος, εἴργειν αὐτὴν δεῖ τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ μὴ ἐπιτρέπειν ἄλλ' ἄττα ποιεῖν, ἢ ἀφ' ὧν βελτίων ἔσται. φῂς, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩΚ. Οὕτω γάρ που αὐτῇ ἄμεινον τῇ ψυχῇ. ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὸ εἴργειν ἐστὶν ἀφ' ὧν ἐπιθυμεῖ, κολάζειν; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Τὸ κολάζεσθαι ἄρα τῇ ψυχῇ ἄμεινόν ἐστιν ἢ ἡ ἀκολασία, ὥσπερ σὺ νῦν δὴ ᾤου.

μη'. ΚΑΛ. Οὐκ οἶδ' ἅττα λέγεις, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' ἄλλον τινὰ ἐρώτα. ΣΩΚ. Οὗτος ἀνὴρ οὐχ ὑπομένει ὠφελούμενος καὶ αὐτὸς, τοῦτο πάσχων περὶ οὗ ὁ λόγος ἐστὶ, κολαζόμενος. ΚΑΛ. Οὐδέ γέ μοι μέλει οὐδὲν ὧν σὺ λέγεις· καὶ ταῦτά σοι Γοργίου χάριν ἀπεκρινάμην. ΣΩΚ. Εἶεν. τί οὖν δὴ ποιήσομεν; μεταξὺ τὸν λόγον καταλύσομεν; ΚΑΛ. Αὐτὸς γνώσῃ. ΣΩΚ. Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μύθους

quippe qui inſipiens et intemperans, injuſtuſque et impius eſt, a cupiditatibus cohibendus eſt, neque illi concedendum, ut alia quælibet agat quam ea, ex quibus melior evaſerit. ais, necne? CAL. Aio SOC. Ita enim, ni fallor, ipſi animo melius eſt. CAL. Omnino quidem. SOC. Nonne igitur cohibere ab iis rebus, quas ille cupit, eſt coercere (κολάζειν)? CAL. Etiam. SOC. Coerceri (τὸ κολάζεσθαι) igitur, melius eſt animo, quam, quod tu modo exiſtimabas, effrænatio (ἡ ἀκολασία).

48. CAL. Neſcio quæ dicas, Socrates; at alium quempiam interroga. SOC. Hic homo non ſinit vel ſeipſum juvari, id videlicet patientem, de quo loquimur, nimirum coercitionem. CAL. Neque mihi quidem curæ quicquam eſt eorum, quæ dicis; et hæc tibi Gorgiæ cauſa reſpondi. SOC. Eſto. quid ergo quæſo agemus? an in medio ſermonem dirimemus? CAL. Tu videris. SOC. At ne fabulas qui-

φασὶ μεταξὺ θέμις εἶναι καταλείπειν, ἀλλ' ἐπιθέντας κεφαλήν· ἵνα μὴ ἄνευ κεφαλῆς περιίῃ. ἀπόκριναι οὖν καὶ τὰ λοιπὰ, ἵνα ἡμῖν ὁ λόγος κεφαλὴν λάβῃ. ΚΑΛ. Ὡς βίαιος εἶ, ὦ Σώκρατες· ἐὰν δὲ ἐμοὶ πείθῃ, ἐάσεις χαίρειν τὸν λόγον τοῦτον, ἢ καὶ ἄλλῳ τῳ διαλέξῃ. ΣΩΚ. Τίς οὖν ἄλλος ἐθελήσει; μὴ γάρ τοι ἀτελῆ γε τὸν λόγον καταλείπωμεν. ΚΑΛ. Αὐτὸς δ' οὐκ ἂν δύναιο διελθεῖν τὸν λόγον, ἢ λέγων κατὰ σαυτὸν, ἢ ἀποκρινόμενος σαυτῷ; ΣΩΚ. Ἵνα μὴ τὸ τοῦ Ἐπιχάρμου γένηται, ἃ πρὸ τοῦ δύο ἄνδρες ἔλεγον, εἷς ὢν ἱκανὸς γένωμαι. ἀτὰρ κινδυνεύει ἀναγκαιότατον εἶναι οὕτως. εἰ μέντοι ποιήσομεν, οἶμαι ἔγωγε χρῆναι πάντας ἡμᾶς φιλονείκως ἔχειν πρὸς τὸ εἰδέναι τὸ ἀληθὲς τί ἐστι περὶ ὧν λέγομεν, καὶ τί ψεῦδος. κοινὸν γὰρ ἀγαθὸν ἅπασι, φανερὸν γενέσθαι αὐτό. δίειμι μὲν οὖν τῷ λόγῳ

dem fas eſſe aiunt in medio relinquere, ſed caput illis eſſe imponendum; ut ne ſine capite *fabula* oberret. ad reliqua quoque igitur reſponde, ut nobis ſermo caput ſortiatur. CAL. Quam importunus es, Socrates! ſin mihi pareas, huic ſermoni vale dices, vel cum alio quodam colloqueris. SOC. Quis alius ergo id voluerit? mancum enim ſermonem ne profecto relinquamus. CAL. Non vero ipſe ſermonem poſſes peragere, aut cum teipſo loquendo, aut tibimet reſpondendo? SOC. *Videndum*, ne illud Epicharmi contingat, *Quæ prius dicta a duobus ſunt, ego unus iis ſufficiam.* verum ita eſſe maxime videtur neceſſarium. quod ſi illud faciemus, equidem ego arbitror oportere nos omnes certatim in id ſtudere, ut earum rerum, de quibus diſſerimus, quid verum ſit, quid falſum, intelligamus. commune enim omnibus bonum eſt, illud manifeſtum fieri. percurram igi-

ἐγὼ ὡς ἄν μοι δοκῇ ἔχειν. ἐὰν δέ τῳ ὑμῶν μὴ τὰ ὄντα δοκῶ ὁμολογεῖν ἐμαυτῷ, χρὴ ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ ἐλέγχειν. οὐδὲ γάρ τοι ἔγωγε εἰδὼς λέγω ἃ λέγω, ἀλλὰ ζητῶ κοινῇ μεθ' ὑμῶν. ὥστε ἄν τι [1] φαίνηται ὁ λέγων ἀμφισβητῶν ἐμοί, ἐγὼ πρῶτος συγχωρήσομαι. λέγω μέντοι ταῦτα, εἰ δοκεῖ χρῆναι διαπερανθῆναι τὸν λόγον· εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἐῶμεν δὴ χαίρειν, καὶ ἀπίωμεν. ΓΟΡ. Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, χρῆναί πω ἀπιέναι, ἀλλὰ διεξελθεῖν σε τὸν λόγον. φαίνεται δέ μοι καὶ τοῖς ἄλλοις δοκεῖν. βούλομαι γὰρ ἔγωγε καὶ αὐτὸς ἀκοῦσαί σου αὐτοῦ διιόντος τὰ ἐπίλοιπα. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὲν δή, ὦ Γοργία, καὶ αὐτὸς ἡδέως μὲν ἂν Καλλικλεῖ τούτῳ ἔτι διελεγόμην, ἕως αὐτῷ τὴν τοῦ Ἀμφίονος ἀπέδωκα ῥῆσιν ἀντὶ τῆς τοῦ Ζήθου. ἐπειδὴ ἢ σύ, ὦ Καλλίκλεις, οὐκ ἐθέλεις συνδιαπερᾶναι τὸν λόγον, ἀλλ' οὖν

tur rem oratione, prout mihi ſe habere videtur. quod ſi alicui veſtrum non videar mihimet ea, quæ vera ſunt, confiteri, oportet vos me corripere et redarguere. non enim profecto ego, quæ dico, ſciens ea dico, ſed communiter vobiſcum inveſtigo. quare ſi is, qui mecum contendit, aliquid momenti dicere videatur, ego prior concedam. hæc vero ea lege dico, ſi vos cenſeatis hunc ſermonem abſolvendum; ſin nolitis, ei vale dicamus, et diſcedamus. GOR. At nondum ego quidem, Socrates, diſcedendum cenſeo, ſed a te perſequendum ſermonem. cæteros quoque omnes ita ſentire mihi conſtat. nam et ipſe cupio teipſum audire reliqua percurrentem. SOC. Atqui profecto, Gorgia, libenter equidem ipſe cum hoc Callicle adhuc collocutus eſſem, donec ei Amphionis orationem pro illa Zethi rependiſſem. quoniam vero tibi, Callicles, non placet ſermonem una abſolvere, at ſaltem

1 φαίνηται λέγων ὁ ἀμφισβητῶν MS. *Bodl.* et *Ficinus*.

ἐμοῦ γε ἀκούων, ἐπιλαμβάνου ἐάν τί σοι δοκῶ μὴ καλῶς λέγειν. καί με ἐὰν ἐξελέγχῃς, οὐκ ἀχθεσθήσομαί σοι, ὥσπερ σὺ ἐμοί· ἀλλὰ μέγιστος εὐεργέτης παρ' ἐμοὶ ἀναγεγράψῃ. ΚΑΛ. Λέγε, ὦ 'γαθὲ, [1] αὐτὸ, καὶ πέραινε.

μθ'. ΣΩΚ. Ἄκουε δὴ ἐξ ἀρχῆς ἐμοῦ ἀναλαβόντος τὸν λόγον. Ἆρα τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀγαθὸν, τὸ αὐτό ἐστιν; Οὐ ταυτὸν, ὡς ἐγὼ καὶ Καλλικλῆς ὡμολογήσαμεν. Πότερον δὲ τὸ ἡδὺ ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ πρακτέον, ἢ τὸ ἀγαθὸν ἕνεκα τοῦ ἡδέος; Τὸ ἡδὺ, ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ. Ἡδὺ δέ ἐστι τοῦτο, οὗ παραγενομένου ἡδόμεθα; ἀγαθὸν δὲ, οὗ παρόντος ἀγαθοί ἐσμεν; Πάνυγε. Ἀλλὰ μὴν ἀγαθοί γε ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα ἀγαθά ἐστιν, ἀρετῆς τινὸς παραγενομένης. Ἔμοιγε δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι, ὦ Καλλίκλεις. Ἀλλὰ μὲν δὴ ἥ γε ἀρετὴ ἑκάστου, καὶ σκεύους, καὶ σώματος, καὶ ψυχῆς αὖ καὶ ζώου παντὸς, οὐχ οὕτως εἰκῆ

ergo mihi attende, atque corripe, ſi quid tibi non recte dici videatur. ſin autem me refellas, non tibi ſuccenſebo, quemadmodum tu mihi; ſed tanquam de me vel optime meritus apud me habeberis. CAL. Dic ipſe, bone vir, ſermonemque confice.

49. SOC. Age audi me ab initio ſermonem repetentem. Anne jucundum et bonum idem eſt? Non idem, ut ego et Callicles conſenſimus. Utrum vero jucundum boni cauſa agendum, an bonum jucundi? Jucundum boni cauſa. Jucundum autem illud eſt, quo, cum adſit, voluptate afficimur; bonum autem, quo præſente boni ſumus, nonne? Omnino quidem. At certe boni ſumus et nos, et alia omnia, quæcunque bona ſint, quum aliqua virtus adſit. Mihi quidem neceſſarium eſſe videtur, Callicles. Atqui certe uniuſcujuſque rei virtus, et inſtrumenti, et corporis, animique rurſus, et omnis animalis, minime adeo teme-

1 *αὐτὸς* MS. *Bodl.* et *Ficinus.*

[1] κάλλιστα παραγίγνεται, ἀλλὰ τάξει, καὶ ὀρθότητι, καὶ τέχνῃ, ἥτις ἑκάστῳ ἀποδέδοται αὐτῶν. ἆρα ἐστὶ ταῦτα; Ἐγὼ μὲν γὰρ δή φημι. Τάξει ἄρα τεταγμένον καὶ κεκοσμημένον ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἑκάστου. Φαίην ἂν ἔγωγε. Κόσμος τις ἄρα ἐγγενόμενος ἐν ἑκάστῳ ὁ ἑκάστου οἰκεῖος, ἀγαθὸν παρέχει ἕκαστον τῶν ὄντων. Ἔμοιγε δοκεῖ. Καὶ ψυχὴ ἄρα κόσμον ἔχουσα τὸν ἑαυτῆς, ἀμείνων τῆς ἀκοσμήτου. Ἀνάγκη. Ἀλλὰ μὴν ἥγε κόσμον ἔχουσα, κοσμία. Πῶς γὰρ οὐ μέλλει; Ἡ δέ γε κοσμία, σώφρων. Πολλὴ ἀνάγκη. Ἡ ἄρα σώφρων ψυχὴ ἀγαθή. ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλα φάναι, ὦ φίλε Καλλίκλεις. σὺ δ' εἰ ἔχεις, δίδασκε. ΚΑΛ. Λέγ' ὦ 'γαθέ. ΣΩΚ. Λέγω δὴ ὅτι εἰ ἡ σώφρων ἀγαθή ἐστιν, ἡ τοὐναντίον τῇ σώφρονι πεπονθυῖα, κακή ἐστιν. ἦν δὲ αὕτη ἡ ἄφρων τε καὶ ἡ ἀκόλαστος. Πάνυγε.

re adeſt, ſed ordine, et recta quadam ratione, et arte, quæ earum rerum cuique attribuitur. itane ſe res habet? Enimvero ego aſſentior. Ordine igitur conſtituitur atque diſponitur uniuſcujuſque rei virtus. Ita equidem ego ſtatuerem. Aliqua igitur diſpoſitio, quæ in unaquaque re ineſt unicuique propria, unamquamque rem bonam efficit. Mihi quidem videtur. Atque animus igitur, qui ſuam propriamque diſpoſitionem habet, melior eſt, quam ille, qui incompoſitus eſt. Neceſſe eſt. At certe ille animus, qui diſpoſitionem habet, compoſitus eſt. Quidni ita erit? Animus vero compoſitus, eſt temperans. Valde neceſſe eſt. Animus igitur temperans bonus eſt. ego equidem, mi Callicles, alia, præter hæc, dicere non poſſum. tu vero ſi potes, doce. CAL. Perge bone vir. SOC. Jam aio, ſi animus temperans bonus eſt, eum animum, qui contrario, quam temperans, modo afficitur, malum eſſe. animus vero inſipiens et diſſolutus hic erit. Omnino quidem.

1 For. μάλιστα.

Καὶ μὴν ὅγε σώφρων τὰ προσήκοντα πράττοι ἂν καὶ περὶ θεοὺς καὶ περὶ ἀνθρώπους. οὐ γὰρ ἂν σωφρονοῖ τὰ μὴ προσήκοντα πράττων. Ἀνάγκη ταῦτ᾽ εἶναι οὕτω. Καὶ μὴν περὶ μὲν ἀνθρώπους τὰ προσήκοντα πράττων, δίκαι᾽ ἂν πράττοι, περὶ δὲ θεοὺς, ὅσια. τὸν δὲ τὰ δίκαια καὶ ὅσια πράττοντα ἀνάγκη δίκαιον καὶ ὅσιον εἶναι. Ἔστι ταῦτα. Καὶ μὲν δὴ καὶ ἀνδρεῖόν γε ἀνάγκη. οὐ γὰρ δὴ σώφρονος ἀνδρός ἐστιν οὔτε διώκειν οὔτε φεύγειν ἃ μὴ προσήκει· ἀλλὰ δεῖ καὶ πράγματα καὶ ἀνθρώπους καὶ ἡδονὰς καὶ λύπας φεύγειν καὶ διώκειν, καὶ ὑπομένοντα καρτερεῖν, ὅπου δεῖ. ὥστε πολλὴ ἀνάγκη, ὦ Καλλίκλεις, τὸν σώφρονα (ὥσπερ διήλθομεν) δίκαιον ὄντα καὶ ἀνδρεῖον καὶ ὅσιον, ἀγαθὸν ἄνδρα εἶναι τελέως· τὸν δὲ ἀγαθὸν εὖ τε καὶ καλῶς πράττειν ἃ ἂν πράττοι· τὸν δ᾽ εὖ πράττοντα, μακάριόν τε καὶ εὐδαίμονα εἶναι· τὸν δὲ πονηρὸν καὶ κακῶς πράττοντα, ἄθλιον. οὗτος δ᾽ ἂν εἴη ὁ ἐναντίως ἔχων τῷ σώφρονι,

Et certe vir temperans ea aget, quæ convenientia ſunt, tum erga Deos, tum erga homines. non enim temperans eſſet, ni convenientia ageret. Neceſſe eſt rem ita ſe habere. Et ſane erga homines convenientia agens, juſta aget, erga Deos autem *convenientia agens*, pia. eum vero, qui juſta et pia agat, neceſſe eſt juſtum et pium eſſe. Ita ſe res habet. Quinetiam fortem quidem hunc eſſe neceſſe eſt. non enim profecto hominis temperantis eſt, vel perſequi, vel fugere, quæ minime convenit; ſed oportet eum et res, et homines, et voluptates, et dolores, fugere et perſequi, tum etiam forti animo tolerare, ubi oporteat. quamobrem valde neceſſe eſt, Callicles, temperantem, cum, ut expoſuimus, juſtus et fortis et pius ſit, bonum eſſe virum perfecte; bonum autem bene et pulchre res gerere, quaſcunque gerat; eum autem, qui res bene gerat, beatum et felicem eſſe; improbum vero et res male gerentem, miſerum. hic vero ille eſſet, qui contrarie, atque temperans,

ὁ ἀκόλαστος, ὃν σὺ ἐπῄνεις. ἐγὼ μὲν οὖν οὕτω ταῦτα τίθεμαι, καί φημι ταῦτα ἀληθῆ εἶναι. εἰ δὲ ἔστιν ἀληθῆ, τὸν βουλόμενον, ὡς ἔοικεν, εὐδαίμονα εἶναι, σωφροσύνην μὲν διωκτέον καὶ ἀσκητέον, ἀκολασίαν δὲ φευκτέον ὡς ἔχει ποδῶν ἕκαστος ἡμῶν· καὶ παρασκευαστέον μάλιστα μὲν, μηδὲν δεῖσθαι τοῦ κολάζεσθαι· ἐὰν δὲ δεηθῇ ἢ αὐτὸς, ἢ ἄλλος τις τῶν οἰκείων, ἢ ἰδιώτης, ἢ πόλις, ἐπιθετέον δίκην, καὶ κολαστέον, εἰ μέλλει εὐδαίμων εἶναι. οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ ὁ σκοπὸς εἶναι πρὸς ὃν βλέποντα δεῖ ζῆν· καὶ πάντα εἰς τοῦτο τὰ αὑτοῦ συντείνοντα καὶ τὰ τῆς πόλεως, ὅπως δικαιοσύνη παρέσται καὶ σωφροσύνη τῷ μακαρίῳ μέλλοντι ἔσεσθαι, οὕτω πράττειν· οὐκ ἐπιθυμίας ἐῶντα ἀκολάστους εἶναι, καὶ ταύτας ἐπιχειροῦντα πληροῦν, ἀνήνυτον κακὸν, λῃστοῦ βίον ζῶντα. οὔτε γὰρ ἂν ἄλλῳ ἀνθρώπῳ προσφιλὴς ἂν

ſe habet, nimirum diſſolutus, quem tu laudabas. ego igitur hæc ita ſtatuo, et vera eſſe affirmo. ſi autem vera ſint, homini illi, ut videtur, qui felix eſſe voluerit, perſequenda atque colenda eſt temperantia, intemperantia vero fugienda, quantum quiſque noſtrûm pedibus valeat; atque id maxime illi efficiendum, ut animadverſione minime opus ſit; quod ſi ea indigeat ipſe, vel ſuorum quis alius, vel privatus homo, vel civitas, imponenda eſt pœna, adhibendaque animadverſio, ſi modo felix ſit futurus. hoc mihi quidem videtur eſſe propoſitum, quo obſervato vitam degere illum oportet; reſque omnes tam privatas quam civiles eo referentem, ut adſit ei juſtitia et temperantia, qui futurus eſt beatus, hoc modo agere; non cupiditates effrænatas eſſe ſinentem, eaſque explere conantem, infinitum malum! latronis vitam agentem. neque enim alii homini vir hujuſmodi cha-

εἴη ὁ τοιοῦτος, οὔτε θεῷ. κοινωνεῖν γὰρ ἀδύνατος· ὅτῳ δὲ μὴ ἔνι κοινωνία, φιλία οὐκ ἂν εἴη. φασὶ δ' οἱ σοφοὶ, ὦ Καλλίκλεις, καὶ οὐρανὸν καὶ γῆν, καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν συνέχειν, καὶ φιλίαν καὶ κοσμιότητα, καὶ σωφροσύνην καὶ δικαιότητα. καὶ τὸ ὅλον τοῦτο, διὰ ταῦτα κόσμον καλοῦσιν, ὦ ἑταῖρε, οὐκ ἀκοσμίαν, οὐδὲ ἀκολασίαν. σὺ δέ μοι δοκεῖς οὐ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις, καὶ ταῦτα, σοφὸς ὤν· ἀλλὰ λέληθέ σε ὅτι ἡ ἰσότης ἡ γεωμετρικὴ καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύναται. σὺ δὲ πλεονεξίαν οἴει δεῖν ἀσκεῖν· γεωμετρίας γὰρ ἀμελεῖς. εἶεν. ἢ ἐξελεγκτέος δὴ οὗτος ὁ λόγος ἡμῖν ἐστὶν, ὡς οὐ δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης κτήσει εὐδαίμονες οἱ εὐδαίμονες, κακίας δὲ, οἱ ἄθλιοι· ἢ, εἰ οὗτος ἀληθής ἐστὶν, σκεπτέον τίνα τὰ συμβαίνοντα. τὰ πρόσθεν ἐκεῖνα, ὦ Καλλίκλεις, συμβαίνει πάντα, ἐφ'

rus eſſe poterit, neque Deo. cum nullo enim ſocietatem inire poteſt; cuicunque vero non ſit ſocietas, amicitia eſſe non poterit. aiunt autem ſapientes, Callicles, et cœlum, et terram, et Deos, et homines, ſocietatem conſervare et amicitiam, et modeſtiam, et temperantiam, et juſtitiam. atque hoc univerſum propterea κόσμον (id eſt ordinem), mi tu, vocant, non ἀκοσμίαν (perturbationem), nec ἀκολασίαν (licentiam). tu vero his rebus non mihi videris animum adjicere, idque cum ſapiens ſis; ſed te latet geometricam æqualitatem tum inter Deos, tum inter homines, plurimum valere. tu vero, ut plus habeas, ſtudendum putas; geometriam enim negligis. eſto. vel refellendus jam nobis eſt hic ſermo, dum oſtenditur illos, qui felices ſunt, non juſtitiæ temperantiæque poſſeſſione felices eſſe, neque illos, qui miſeri ſunt, vitii *poſſeſſione miſeros eſſe*; vel ſi verus eſt hic ſermo, quæ conſequentia ſint, perpendendum eſt. omnia illa priora, Cal-

οἷς σύ με ἤρου εἰ σπουδάζων λέγοιμι· λέγοντα ὅτι κατηγορητέον εἴη καὶ αὑτοῦ, καὶ υἱέος, καὶ ἑταίρου, ἐάν τι ἀδικῇ· καὶ τῇ ῥητορικῇ ἐπὶ τοῦτο χρηστέον. καὶ ἃ Πῶλον αἰσχύνῃ ᾤου συγχωρεῖν, ἀληθῆ ἄρα ἦν, τὸ εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ὅσῳπερ αἴσχιον, τοσούτῳ κάκιον· καὶ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖν εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων· ὃ αὖ Γοργίαν ἔφη Πῶλος δι' αἰσχύνην ὁμολογῆσαι.

ν'. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, σκεψώμεθα τίνα ποτ' ἐστὶν ἃ σὺ ἐμοὶ ὀνειδίζεις· ἆρα καλῶς λέγεται, ἢ οὔ. ὡς ἄρα ἐγὼ οὐχ οἷός τ' εἰμὶ βοηθῆσαι οὔτε ἐμαυτῷ, οὔτε τῶν φίλων οὐδενὶ, οὐδὲ τῶν οἰκείων, οὐδ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων· εἰμὶ δὲ ἐπὶ τῷ βουλομένῳ, ὥσπερ οἱ ἄτιμοι, τοῦ ἐθέλοντος, ἄν τε τύπτειν βούληται (τὸ νεανικὸν δὴ τοῦτο τοῦ σοῦ λόγου) ἐπὶ κόρρης, ἐάν τε χρήματα

licles, conſequentia ſunt, propter quæ tu me rogabas, an ſerio loquerer; dixi enim accuſandum eſſe a quovis et ſeipſum, et filium, et amicum, ſi quid injuſte agat; et ad hanc rem rhetorica utendum eſſe. atque ita illa, quæ arbitratus es Polum propter pudorem concedere, vera erant, videlicet injuriam facere, quanto turpius eſt, quam pati, tanto eſſe pejus; illumque oportere, qui recte rhetoricæ peritus ſit futurus, juſtum ideo eſſe, et rerum juſtarum ſcientem; quod Gorgiam quoque aiebat Polus propter pudorem fuiſſe faſſum.

50. Hæc cum ita ſint, perpendamus, quæ tandem ſint illa, quæ tu mihi exprobras; rectene dicantur, necne. me nimirum non poſſe opem ferre aut mihimet, aut amicorum cuiquam, vel domeſticorum, neque ex maximis periculis ſervare; me vero cujuſlibet libidini, quemadmodum viri infames, eſſe obnoxium, ſeu libeat ei (quod videlicet ſermonis tui vehementia juvenilis eſt) in os me cædere, ſeu opibus

ἀφαιρεῖσθαι, ἐάν τε ἐκβάλλειν ἐκ τῆς πόλεως, ἐάν τε, τὸ ἔσχατον, ἀποκτεῖναι. καὶ οὕτω διακεῖσθαι, πάντων δὴ αἴσχιστόν ἐστιν, ὡς ὁ σὸς λόγος. ὁ δὲ δὴ ἐμὸς, ὅστις πολλάκις μὲν ἤδη εἴρηται, οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ἔτι λέγεσθαι· οὔ φημι, ὦ Καλλίκλεις, τὸ τύπτεσθαι ἐπὶ κόῤῥης ἀδίκως, αἴσχιστόν [1] τ' εἶναι· οὐδέ γε τὸ τέμνεσθαι οὔτε τὸ σῶμα τὸ ἐμὸν, οὔτε τὸ βαλλάντιον· ἀλλὰ τὸ τύπτειν καὶ ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ ἀδίκως καὶ τέμνειν, καὶ αἴσχιον καὶ κάκιον. καὶ κλέπτειν γε ἅμα καὶ ἀνδραποδίζεσθαι, καὶ τοιχωρυχεῖν, καὶ συλλήβδην ὁποιοῦν ἀδικεῖν καὶ ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ, τῷ ἀδικοῦντι καὶ κάκιον καὶ αἴσχιον εἶναι, ἢ ἐμοὶ τῷ ἀδικουμένῳ. ταῦτα ἡμῖν ἄνω ἐκεῖ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις οὕτω φανέντα ὡς ἐγὼ λέγω, κατέχεται καὶ δέδεται (καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστι) σιδηροῖς καὶ ἀδαμαντίνοις λόγοις, ὡς γοῦν ἂν δόξειεν οὑτωσί. οὓς σὺ εἰ μὴ λύσεις, ἢ σοῦ τις νεανικώτε-

ſpoliare, ſeu civitate expellere, ſeu, quod extremum eſt, interficere. in eoque ſtatu eſſe, res omnium profecto turpiſſima eſt, ut tua fert oratio. jam vero mea (quæ quidem ſæpe jam adhibita eſt, nihil vero prohibet, quo minus adhuc etiam habeatur) *ita ſe habet*; nego, Callicles, in os cædi injuſte, turpiſſimum eſſe; vel corpus meum ſecari vel crumenam; ſed cædere me et mea injuſte, atque ſecare, et turpius et pejus eſſe aio. ſimulque furari, et plagiarium eſſe, et ædes effringere, et, ut ſummatim dicam, qualibet in re injuriam mihi meiſque inferre, ei, qui injuriam infert, pejuſque et turpius eſſe, quam mihi, cui injuria infertur. hæc quidem nobis ſuperius ibi in prioribus ſermonibus ita, ut ego dico, viſa, ferreis (etiamſi agreſtius quid dictu ſit) et adamantinis rationibus continentur atque ligantur, ita ut utique ſic videantur. quas niſi tu ſolveris, vel te robuſtior ali-

1 Abeſt τι MS. *Bodl.*

ρος, οὐχ οἷόν τε ἄλλως λέγοντα ἢ ὡς ἐγὼ νῦν λέγω, καλῶς λέγειν. ἐπεὶ ἔμοιγε ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ἀεὶ, ὅτι ἐγὼ ταῦτα οὐκ οἶδα ὅπως ἔχει· ὅτι μέντοι, ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα, ὥσπερ νῦν, οὐδεὶς οἷός τ' ἐστὶν ἄλλως λέγων, μὴ οὐ καταγέλαστος εἶναι.

να'. Ἐγὼ μὲν οὖν αὖ τίθημι ταῦτα οὕτως ἔχειν. εἰ δὲ οὕτως ἔχει, καὶ μέγιστον τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ ἀδικία τῷ ἀδικοῦντι· καὶ ἔτι τούτου μεῖζον μεγίστου ὄντος, εἰ οἷόν τε, τὸ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην· τίνα ἂν βοήθειαν μὴ δυνάμενος ἄνθρωπος βοηθεῖν ἑαυτῷ, καταγέλαστος ἂν τῇ ἀληθείᾳ εἴη; ἆρα οὐ ταύτην ἥτις ἀποτρέψει τὴν μεγίστην ἡμῶν βλάβην; ἀλλὰ πολλὴ ἀνάγκη ταύτην εἶναι τὴν αἰσχίστην βοήθειαν μὴ δύνασθαι βοηθεῖν μήτε ἑαυτῷ, μήτε τοῖς αὐτοῦ φίλοις τε καὶ οἰκείοις· δευτέραν δὲ, ἡ τοῦ δευτέρου κακοῦ· καὶ τρίτην, τὴν τοῦ τρίτου· καὶ τἆλλα οὕτω,

quis, fieri non poteſt, ut qui aliter dicat, quam ego nunc dico, recte dicat. nam mihi quidem ſemper idem conſtat ſermo, me videlicet neſcire, quomodo res iſtæ ſe habeant; neminem tamen eorum hominum, in quos ego incidi, quemadmodum hoc tempore, potuiſſe, ſi aliter diceret, non ridiculum fieri.

51. Ego igitur denuo ſtatuo has res ita ſe habere. quod ſi ita ſe habeant, et maximum malum ſit injuſtitia ei, qui facit injuriam; illoque, quamvis maximo, hoc etiam majus ſit, ſi fieri poſſit, eum nimirum, qui injuriam facit, non dare pœnas; quod auxilium fuerit illud, quod cum aliquis ſibi afferre nequeat, revera ridiculus fiet? nonne illud, quod maximum a nobis damnum averterit? valde autem neceſſe eſt turpiſſimum eſſe, auxilium iſtud non poſſe aut ſibi aut amicis ſuis atque domeſticis ferre; proxime vero, *non poſſe* illud *ferre*, quod ad ſecundum malum attinet; et tertio, illud quod ad tertium; et ſic deinceps,

ὡς ἑκάστου κακοῦ μέγεθος πέφυκεν. οὕτω, καὶ κάλλος τοῦ δυνατὸν εἶναι ἐφ' ἕκαστα βοηθεῖν, καὶ αἰσχύνη, τοῦ μή. ἆρα ἄλλως ἢ οὕτως ἔχει, ὦ Καλλίκλεις; ΚΑΛ. Οὐκ ἄλλως. ΣΩΚ. Δυοῖν οὖν ὄντοιν, τοῦ ἀδικεῖν γε καὶ ἀδικεῖσθαι, μεῖζον μὲν κακόν φαμεν τὸ ἀδικεῖν, ἔλαττον δὲ, τὸ ἀδικεῖσθαι. τί οὖν ἂν παρασκευασάμενος ἄνθρωπος βοηθήσειεν αὐτῷ, ὥστε ἀμφοτέρας τὰς ὠφελείας ταύτας ἔχειν, τήν τε ἀπὸ τοῦ μὴ ἀδικεῖν καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι; πότερα δύναμιν, ἢ βούλησιν; ὧδε δὲ λέγω· πότερον ἐὰν μὴ βούληται ἀδικεῖσθαι, οὐκ ἀδικήσεται; ἢ, ἐὰν δύναμιν παρασκευάσηται τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι, οὐκ ἀδικήσεται; ΚΑΛ. Δῆλον δὴ τοῦτό γε, ὅτι ἐὰν δύναμιν. ΣΩΚ. Τί δὲ δὴ τοῦ ἀδικεῖν; πότερον, ἐὰν μὴ βούληται ἀδικεῖν, ἱκανὸν τοῦτ' ἐστίν; (οὐ γὰρ ἀδικήσει) ἢ

prout uniuſcujuſque mali fuerit magnitudo. ita quoque illa pulchritudo ſe habet, quæ ad potentiam ferendi opem in ſingulis rebus pertinet, itaque dedecus, quod ad impotentiam pertinet. aliterne an ita res ſe habet, Callicles? CAL. Haud aliter. SOC. Cum hæc igitur duo ſint, injuriam facere et pati, majus quidem malum eſſe ſtatuimus facere injuriam, minus autem, pati. qua re igitur ſibi comparata tale auxilium ſibi ferre quis poteſt, ut utramque hanc utilitatem habere queat, illam nempe, quæ ex minime facienda injuria oritur, hancque, quæ ex minime patienda? utrum ſi poteſtatem ſibi compararet, an voluntatem? ſic autem dico; utrum ſi noluerit injuriam pati, minime patietur injuriam? vel ſi poteſtatem ſibi compararit propulſandæ injuriæ, non patietur injuriam? CAL. Conſtat ſane quidem *illum minime paſſurum injuriam*, ſi poteſtatem ſibi compararit. SOC. Age, quid autem de facienda injuria ſtatuemus? utrum ſi quis nolit facere injuriam, ſatis hoc fuerit? (non enim injuriam

καὶ ἐπὶ τοῦτο δεῖ δύναμίν τινα καὶ τέχνην παρασκευάσασθαι, ὡς ἐὰν μὴ μάθῃ αὐτὰ καὶ ἀσκήσῃ, ἀδικήσει; τί οὐκ αὐτό γε ἐμοὶ τοῦτο ἀπεκρίνω, ὦ Καλλίκλεις· πότερον σοὶ δοκοῦμεν ὀρθῶς ἀναγκασθῆναι ὁμολογεῖν ἐγώ τε καὶ Πῶλος, ἢ οὔ; ἡνίκα ὡμολογήσαμεν μηδένα βουλόμενον ἀδικεῖν, ἀλλ' ἄκοντας τοὺς ἀδικοῦντας πάντας ἀδικεῖν. ΚΑΛ. Ἔστω σοι τοῦτο, ὦ Σώκρατες, οὕτως, ἵνα διαπεράνῃς τὸν λόγον. ΣΩΚ. Καὶ ἐπὶ τοῦτο ἄρα, ὡς ἔοικε, παρασκευαστέον ἐστὶ δύναμίν τινα καὶ τέχνην, ὅπως μὴ ἀδικήσωμεν. ΚΑΛ. Πάνυγε.

νβ'. ΣΩΚ. Τίς οὖν ποτ' ἐστὶ τέχνη τῆς παρασκευῆς τοῦ μηδὲν ἀδικεῖσθαι, ἢ ὡς ὀλίγιστα; σκέψαι εἴ σοι δοκεῖ ἥπερ ἐμοί. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ ἥδε· ἢ αὐτὸν ἄρχειν δεῖ ἐν τῇ πόλει, ἢ τυραννεῖν, ἢ τῆς ὑπαρχούσης πολιτείας ἑταῖρον εἶναι. ΚΑΛ. Ὁρᾷς, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐγὼ ἑτοιμός

faciet) an ad hoc quoque poteſtas quædam atque ars eſt ſibi comparanda, quoniam hæc niſi didicerit et excoluerit, facturus ſit injuriam? cur non hoc ſaltem ipſum mihi, Callicles, reſpondebas; utrum tibi videmur ego et Polus recte coacti eſſe confiteri, necne? quum confiteremur, neminem ſponte injuriam facere, ſed invitos omnes injuriam facere, quicunque faciant. CAL. Sit tibi ſane ita, Socrates, ut ſermonem ad finem ducas. SOC. Ad hoc quoque igitur, ut videtur, comparanda eſt poteſtas quædam et ars, ut videlicet ne injuriam faciamus. CAL. Omnino quidem.

52. SOC. Quænam igitur tandem ars eſt, qua præſtat aliquis, ut nullam, vel certe quam minimam, patiatur injuriam? conſidera, an tibi ita videatur, ac mihi. nam mihi quidem hoc modo videtur; aut illum ipſum imperare oportere in republica, aut tyrannidem obtinere, aut ejus imperii, quod in republica valet, conſortem eſſe. CAL. Videſne, Socrates, me promptum eſſe ad te

εἶμι ἐπαινεῖν, ἄν τι καλῶς λέγῃς; τοῦτο μοὶ δοκεῖς πάνυ καλῶς εἰρηκέναι. ΣΩΚ. Σκόπει δὴ καὶ τόδε ἐάν σοι δοκῶ εὖ λέγειν. φίλος μοι δοκεῖ ἕκαστος ἑκάστῳ εἶναι ὡς οἷόντε μάλιστα, ὅνπερ οἱ παλαιοί τε καὶ σοφοὶ λέγουσιν, ὁ ὅμοιος τῷ ὁμοίῳ. οὐ καί σοι; ΚΑΛ. Ἔμοιγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὅπου τύραννός ἐστιν ἄρχων ἄγριος καὶ ἀπαίδευτος, εἴ τις τούτου ἐν τῇ πόλει πολὺ βελτίων εἴη, φοβοῖτο δήπου ἂν αὐτὸν ὁ τύραννος, καὶ τούτῳ ἐξ ἅπαντος τοῦ νοῦ οὐκ ἄν ποτε δύναιτο φίλος γενέσθαι; ΚΑΛ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩΚ. Οὐδέ γε εἴ τις πολὺ φαυλότερος εἴη, οὐδ᾽ ἂν οὗτος. καταφρονοῖ γὰρ ἂν αὐτοῦ ὁ τύραννος, καὶ οὐκ ἄν ποτε ὡς πρὸς φίλον σπουδάσειε. ΚΑΛ. Καὶ ταῦτ᾽ ἀληθῆ. ΣΩΚ. Λείπεται δὴ ἐκεῖνος μόνος ἄξιος λόγου φίλος τῷ τοιούτῳ, ὃς ἂν ὁμοήθης ὤν, ταυτὰ ψέγων καὶ ἐπαινῶν, ἐθέλῃ ἄρχεσθαι καὶ ὑποκεῖσθαι τῷ ἄρχοντι. οὗτος μέγα ἐν ταύτῃ τῇ πόλει δυνήσεται,

laudandum, ſi quid præclare dicas? hoc mihi videris præclare omnino dixiſſe. SOC. Age animadverte, an hoc quoque recte dicere tibi videar. amicus mihi videtur quiſque eſſe cuique ut maxime, quem antiqui et ſapientes prædicant, *ſimilis* nempe *ſimili*. nonne et tibi? CAL. Mihi quidem. SOC. Nonne igitur ubi tyrannus agreſtis et indoctus imperat, ſi quis in civitate multo melior, quam ille, fuerit, hunc utique tyrannus timeat, atque huic nunquam ex animo amicus eſſe poſſit? CAL. Ita ſe res habet. SOC. Nec quidem, ſi quis multo fuerit deterior, vir iſte *amicus tyranni* eſſe poſſit. contemnet enim eum tyrannus, neque unquam tanquam amicum colet. CAL. Et hæc quidem vera ſunt. SOC. Reſtat jam ille ſolus hujuſmodi viri memoratu dignus amicus, qui, cum moribus conſimilis ſit, eademque vituperet et laudet, imperari velit, atque ſubeſſe imperanti. hic nimirum in ea civitate plurimum vale-

τοῦτον οὐδεὶς χαίρων ἀδικήσει. οὐχ οὕτως ἔχει; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Εἰ ἄρα τις ἐννοήσειεν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει τῶν νέων, τίνα ἂν τρόπον ἐγὼ μέγα δυναίμην, καὶ μηδείς με ἀδικοῖ, ἡ αὐτή, ὡς ἔοικεν, αὐτῷ ὁδός ἐστιν, εὐθὺς ἐκ νέου ἐθίζειν αὐτὸν τοῖς αὐτοῖς χαίρειν καὶ ἄχθεσθαι τῷ δεσπότῃ, καὶ παρασκευάζειν ὅπως ὅτι μάλιστα ὅμοιος ἔσται ἐκείνῳ. οὐχ οὕτω; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τούτῳ τὸ μὲν μὴ ἀδικεῖσθαι καὶ μέγα δύνασθαι (ὡς ὁ ὑμέτερος λόγος) ἐν τῇ πόλει διαπεπράξεται; ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖν; ἢ πολλοῦ δεῖ; εἴπερ ὅμοιος ἔσται τῷ ἄρχοντι ὄντι ἀδίκῳ, καὶ παρὰ τούτῳ μέγα δυνήσεται. ἀλλ' οἶμαι ἔγωγε πᾶν τοὐναντίον, οὑτωσὶ ἡ παρασκευὴ ἔσται αὐτῷ, ἐπὶ τὸ οἷόν τε εἶναι ὡς πλεῖστα ἀδικεῖν, καὶ ἀδικοῦντα μὴ διδόναι δίκην. ἢ γάρ; ΚΑΛ. Φαίνεται. ΣΩΚ. Οὐκοῦν τὸ

bit, huic nemo impune faciet injuriam. nonne ita res ſe habet? CAL. Etiam. SOC. Si quis ergo juvenum in ea civitate hæc verſet animo "qua "ratione plurimum valere poſ"ſim, et a nemine pati inju"riam" eadem, ut videtur, illi via ineunda eſt; ſtatim nimirum ab ipſa adoleſcentia ſe aſſuefacere iiſdem rebus gaudere atque dolere, quibus dominus, et ſtudioſe efficere, ut quam maxime illi ſimilis exiſtat. nonne ita eſt? CAL. Etiam. SOC. Nonne igitur hic vir id conſequetur, ut injuriam minime patiatur, utque in ea civitate, quemadmodum vos loquimini, plurimum valeat? CAL. Omnino quidem. SOC. Etiamne ergo, ut non faciat injuriam? an multum abeſt, ſi modo imperatori, cum injuſtus ſit, ſimilis fuerit, et apud illum plurimum valuerit? ego vero arbitror, omnino contra fore ſtudioſe illum effecturum, ut poſſit quam maxime injuriam inferre, et, quum injuriam intulerit, minime dare pœnas. nonne? CAL. Ita apparet. SOC. Nonne igitur

μέγιστον κακὸν αὐτῷ ὑπάρξει, μοχθηρῷ ὄντι τὴν ψυχὴν καὶ λελωβημένῳ διὰ τὴν μίμησιν τοῦ δεσπότου καὶ δύναμιν; ΚΑΛ. Οὐκ οἶδ' ὅποι στρέφεις ἑκάστοτε τοὺς λόγους ἄνω καὶ κάτω, ὦ Σώκρατες. ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι οὗτος ὁ μιμούμενος τὸν μὴ μιμούμενον ἐκεῖνον ἀποκτενεῖ, ἐὰν βούληται, καὶ ἀφαιρήσεται τὰ ὄντα; ΣΩΚ. Οἶδα, ὦ 'γαθὲ Καλλίκλεις, (εἰ μὴ κωφός γ' εἰμὶ) καὶ σοῦ ἀκούων καὶ Πώλου ἄρτι πολλάκις, καὶ τῶν ἄλλων ὀλίγου πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει. ἀλλὰ καὶ σὺ ἐμοῦ ἄκουε, ὅτι ἀποκτενεῖ μὲν, ἂν βούληται· ἀλλὰ πονηρὸς ὢν καλὸν κἀγαθὸν ὄντα. ΚΑΛ. Οὐκοῦν τοῦτο δὴ καὶ τὸ ἀγανακτητόν; ΣΩΚ. Οὐ νοῦν γε ἔχοντι, ὡς ὁ λόγος σημαίνει.

νγ'. Ἢ οἴει δεῖν τοῦτο παρασκευάζεσθαι ἄνθρωπον, ὡς πλεῖστον χρόνον ζῆν, καὶ μελετᾶν τὰς τέχνας ταύτας αἳ ἡμᾶς αἰεὶ ἐκ τῶν κινδύνων σώζουσιν; ὥσπερ καὶ ἣν σὺ κελεύεις ἐμὲ μελετᾶν τὴν ῥητορικὴν τὴν ἐν τοῖς δικαστηρίοις διασώζουσαν; ΚΑΛ.

maximum malum huic continget, quum animo ſit improbo et depravato propter domini imitationem, et potentiam? CAL. Neſcio quo ſermonem ſemper ſus deque torqueas, Socrates. an ignoras, hunc, qui imitatur, interfecturum, ſi voluerit, opibuſque ſpoliaturum illum, qui non imitetur. SOC. Novi, bone Callicles, niſi ſurdus ſim; quippe qui et a te et a Polo ſæpe paulo ante, et ab aliis propemodum omnibus, qui ſunt in civitate, hæc audiverim. at tu quoque me audi; interficiet quidem, ſi velit, ſed improbus honeſtum ac bonum. CAL. Nonne ergo hoc, obſecro, id ipſum eſt, quod graviter ferendum eſt? SOC, Non viro quidem ſapienti, ut ſermo oſtendit.

53. An arbitraris ſtudioſe quemque ſibi efficere debere, ut quam diutiſſime vivat, illaſque artes excolere, quæ nos ſemper e periculis ſervant? quemadmodum et rhetorica illa in judiciis conſervans, ad quam tu me excolendam hortaris. CAL.

Ναὶ μὰ Δία, ὀρθῶς γέ σοι συμβουλεύω. ΣΩΚ. Τί δὲ, ὦ βέλτιστε; ἦ καὶ ἡ τοῦ νεῖν ἐπιστήμη σεμνή τις σοὶ δοκεῖ εἶναι; ΚΑΛ. Μὰ Δί', οὐκ ἔμοιγε. ΣΩΚ. Καὶ μὴν σώζει γε καὶ αὕτη ἐκ θανάτου τοὺς ἀνθρώπους, ὅταν εἰς τοιοῦτον ἐμπέσωσιν οὗ δεῖ ταύτης τῆς ἐπιστήμης. εἰ δ' αὕτη σοι δοκεῖ σμικρὰ εἶναι, ἐγώ σοι μείζονα ταύτης ἐρῶ, τὴν κυβερνητικήν· ἣ οὐ μόνον τὰς ψυχὰς σώζει ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα καὶ τὰ χρήματα ἐκ τῶν ἐσχάτων κινδύνων, ὥσπερ ἡ ῥητορική. καὶ αὕτη μὲν προσεσταλμένη ἐστὶ καὶ κοσμία, καὶ οὐ σεμνύνεται ἐσχηματισμένη, ὡς ὑπερήφανόν τι διαπραττομένη. ἀλλὰ ταὐτὰ διαπραττομένη τῇ δικανικῇ, ἐὰν μὲν ἐξ Αἰγίνης δεῦρο σώσῃ, οἶμαι δύ' ὀβολοὺς ἐπράξατο· ἐὰν δὲ ἐξ Αἰγύπτου, ἢ ἐκ τοῦ Πόντου, ἐὰν πάμπολυ, ταύτης τῆς μεγάλης εὐεργεσίας, σώσασα ἃ νῦν δὴ ἔλεγον, καὶ αὐτὸν καὶ παῖδας καὶ χρήματα καὶ γυναῖκας, ἀποβιβάσασα εἰς τὸν λιμένα,

Næ per Jovem, recte quidem tibi ſuadeo. SOC. Quid vero, vir optime? anne et nandi peritia gravis tibi videtur? CAL. Jovem teſtor, non mihi quidem. SOC. Et ſane quidem ſervat hæc quoque homines e morte, quum in ejuſmodi diſcrimen inciderint, quo hujus ſcientiæ opus ſit. quod ſi hæc exigua tibi eſſe videtur, ego tibi majorem illa quandam commemorabo, gubernandæ navis artem; quæ non ſolum animas, ſed etiam corpora, et opes, ab extremis periculis ſervat, quemadmodum rhetorica. atque hæc quidem modica eſt et modeſta, neque grandi ornatu ſe effert, tanquam magnificum quiddam præſtet. ſed cum eadem præſtet, quæ forenſes literæ, ſi quidem ex Ægina huc uſque ſervet, duos, opinor, obolos ſolet exigere; ſi vero ex Ægypto, vel Ponto, (ſi permultum *exigat*) ob hoc ingens beneficium, ſervatis nimirum illis, quos modo memoravi, nobis ipſis, et liberis, et opibus, et conjugibus, in portumque de-

δύο δραχμὰς ἐπράξατο· καὶ αὐτὸς ὁ ἔχων τὴν τέχνην, καὶ ταῦτα διαπραξάμενος, ἐκβὰς, παρὰ τὴν θάλατταν καὶ τὴν ναῦν περιπατεῖ ἐν μετρίῳ σχήματι. λογίζεσθαι γὰρ, οἶμαι, ἐπίσταται ὅτι ἄδηλόν ἐστιν οὕστινάς τε ὠφέληκε τῶν συμπλεόντων, οὐκ ἐάσας καταποντωθῆναι, καὶ οὕστινας ἔβλαψεν, εἰδὼς ὅτι οὐδὲν αὐτοὺς βελτίους ἐξεβίβασεν ἢ οἷοι ἐνέβησαν, οὔτε τὰ σώματα, οὔτε τὰς ψυχάς. λογίζεται οὖν ὅτι οὐκ, εἰ μέν τις μεγάλοις καὶ ἀνιάτοις νοσήμασι κατὰ τὸ σῶμα συνεχόμενος, μὴ ἀπεπνίγη, οὗτος μὲν ἄθλιός ἐστιν ὅτι οὐκ ἀπέθανε, καὶ οὐδὲν ὑπ' αὐτοῦ ὠφέληται· εἰ δέ τις ἄρα ἐν τῷ τοῦ σώματος τιμιωτέρῳ τῇ ψυχῇ πολλὰ νοσήματα ἔχει καὶ ἀνίατα, τούτῳ δὲ βιωτέον ἐστί· καὶ τοῦτον ὀνήσειεν, ἄν τε ἐκ θαλάττης, ἄν τε ἐκ δικαστηρίου, ἐάν τε ἄλλοθεν ὁποθενοῦν σώζῃ. ἀλλ' οἶδεν ὅτι οὐκ ἄμεινόν ἐστι ζῆν τῷ μοχθηρῷ ἀνθρώπῳ. κακῶς γὰρ ἀνάγκη

ductis, duas drachmas ſolet exigere; atque vir ipſe, qui hac arte inſtructus eſt, hæcque præſtaverit, egreſſus navi prope mare et navem cum tenui habitu obambulat. novit enim, opinor, ſecum reputare incertum eſſe, quos navigantium juverit, quum illos non ſiverit in mare demergi, et quibus nocuerit; cum id compertum habet, nihilo vel corporibus vel animis meliores ſe e navi eduxiſſe illos, quam erant antea, quum conſcenderent. ſecum igitur reputat, non ita rem ſe habere, ut, ſi quis magnis corporis inſanabilibuſque morbis affectus, fluctibus non ſuffocetur, hic quidem miſer ſit, quia minime mortuus eſt, nec ullam ab ipſo reportet utilitatem; ſi quis autem ſcilicet in re, quæ pretioſior eſt corpore, in animo videlicet, multis inſanibilibuſque morbis afficiatur, huic homini vivendum ſit; eique utilitatem attulerit, ſi illum e mari, e foro, vel aliunde alicunde ſervet. ſed novit improbo homini vitam minime eſſe meliorem. neceſſe enim eſt eum male vi-

ἐστὶ ζῆν. ἀλλὰ ταῦτα οὐ νόμος ἐστὶ σεμνύνεσθαι τὸν κυβερνήτην, καίπερ σώζοντα ἡμᾶς· οὐδέ γε, ὦ θαυμάσιε, τὸν μηχανοποιόν, ὃς οὔτε στρατηγοῦ, μὴ ὅτι κυβερνήτου, οὔτε ἄλλου οὐδενὸς ἐλάττω ἐνίοτε δύναται σώζειν. πόλεις γὰρ ἔστιν ὅτε ὅλας σώζει. μή σοι δοκεῖ κατὰ τὸν δικανικὸν εἶναι; καίτοι εἰ βούλοιτο λέγειν, ὦ Καλλίκλεις, ἅπερ ὑμεῖς, σεμνύνων τὸ πρᾶγμα, καταχώσειεν ἂν ὑμᾶς τοῖς λόγοις, λέγων καὶ παρακαλῶν ἐπὶ τὸ δεῖν γίγνεσθαι μηχανοποιούς· ὡς οὐδὲν τἆλλα ἐστίν. ἱκανὸς γὰρ αὐτῷ ὁ λόγος. ἀλλὰ σὺ οὐδὲν ἧττον αὐτοῦ καταφρονεῖς, καὶ τῆς τέχνης τῆς ἐκείνου· καὶ ὡς ἐν ὀνείδει ἀποκαλέσαις ἂν μηχανοποιόν· καὶ τῷ υἱεῖ αὐτοῦ οὔτ' ἂν δοῦναι θυγατέρα ἐθέλοις, οὔτ' ἂν αὐτὸς λαβεῖν τὴν ἐκείνου. καίτοι ἐξ ὧν τὰ σαυτοῦ ἐπαινεῖς, τίνι δικαίῳ λόγῳ τοῦ μηχανοποιοῦ καταφρονεῖς, καὶ τῶν ἄλλων ὧν νῦν δὴ ἔλεγον; οἶδ' ὅτι

vere. quapropter non mos eſt, ut efferat ſe gubernator, etiamſi nos ſervet; neque ut machinarum quidem opifex, (vir mirifice) qui non pauciora quam dux exercitus, nedum quam gubernator, nec pauciora quam alius quiſquam, interdum ſervare poteſt. univerſas enim civitates aliquando ſervat. illene tibi cum forenſi homine componendus videtur? atqui ſi vellet ea dicere, Callicles, quæ vos ſoletis, re ſua prædicata, vos verbis obrueret, monens atque hortatus, ut oporteat vos eſſe machinarum opifices; quaſi nullius momenti ſint alia. magnus enim dicendi campus illi patet. tu vero nihilominus illum artemque ejus contemnis; et, tanquam probrum, machinarum opificem appellares; nec ipſius filio filiam tuam velles collocare, neque ipſius filiam ducere uxorem. quanquam, ſi res illas ſpectes, ex quibus tua laudandi occaſionem arripis, quo jure machinarum opificem, cæteroſque, quos modo memoravi, contemnis? dicturum te novi,

φαίης ἂν βελτίων εἶναι καὶ ἐκ βελτιόνων. τὸ δὲ βέλτιον εἰ μὴ ἔστιν ὃ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο ἐστὶν ἀρετή, τὸ σώζειν αὑτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ ὄντα, ὁποῖός τις ἔτυχε, καταγέλαστός σοι ὁ ψόγος γίγνεται καὶ μηχανοποιοῦ καὶ ἰατροῦ, καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν ὅσαι τοῦ σώζειν ἕνεκα πεποίηνται.

νδ'. Ἀλλ', ὦ μακάριε, ὅρα μὴ ἄλλο τι τὸ γενναῖον καὶ τὸ ἀγαθὸν ᾖ τοῦ σώζειν τε καὶ σώζεσθαι. μὴ γὰρ τοῦτο μὲν, τὸ ζῆν ὁποσονδὴ χρόνον, τόν γε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα εὐκτέον ἐστὶ, καὶ οὐ φιλοψυχητέον, ἀλλὰ ἐπιτρέψαντα περὶ τούτων τῷ θεῷ, καὶ πιστεύσαντα ταῖς γυναιξὶν, ὅτι τὴν εἱμαρμένην οὐδ' ἂν εἷς ἐκφύγοι, τὸ ἐπὶ τούτῳ σκεπτέον τίν' ἂν τρόπον, τοῦτον ὃν μέλλει χρόνον βιῶναι, ὡς ἄριστα βιῴη· ἆρα ἐξομοιῶν αὑτὸν τῇ πολιτείᾳ ταύτῃ ἐν ᾗ ἂν οἰκῇ; καὶ νῦν δὴ ἄρα δεῖ σε ὡς ὁμοιότατον γίγνεσθαι τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, εἰ μέλλεις τούτῳ προσφιλὴς εἶναι, καὶ μέγα δύνασθαι ἐν τῇ

te meliorem eſſe, et ex melioribus. ſin autem melius ipſum non eſt illud, quod ego dico, ſed hoc ipſum eſt virtus, ſervare ſeipſum et facultates ſuas, qualiſcunque quis fuerit, ridicula tua eſt vituperatio, quam contra machinarum opificem, et medicum, cæteraſque artes affers, quæ ſalutis gratia inſtitutæ ſunt.

54. At vide, beate, ne aliud quidpiam ſit generoſum iſtud atque bonum, quam ſervare, et ſervari. non enim fortaſſe vivere in quantuncunque tempus, ei, qui vere vir ſit, optandum eſt, neque nimium vita expetenda eſt, dum autem hæc Deo permittit, fidemque habet mulieribus, neminem fatum evitare poſſe, deinceps illi conſiderandum eſt, qua ratione tempus illud, quo vitam traducturus eſt, quam optime traducat. *illudne ſit*, ſi ei reipublicæ, in qua habitat, ſimilem ſe reddat? jam autem te ideo oportet quam ſimillimum exiſtere populo Athenienſi, ſi charus ei ſis futurus, magnaque in civitate auc-

πόλει. τοῦθ' ὅρα εἴ σοι λυσιτελεῖ καὶ ἐμοί· ὅπως μή, ὦ δαιμόνιε, πεισόμεθα ὅπερ φασὶ τὰς τὴν σελήνην καθαιρούσας τὰς Θετταλικάς. σὺν τοῖς φιλτάτοις ἡ αἵρεσις ἡμῖν ἔσται ταύτης τῆς δυνάμεως τῆς ἐν τῇ πόλει. εἰ δὲ σὺ οἴει ὁντινοῦν ἀνθρώπων παραδώσειν τέχνην τινὰ τοιαύτην, ἥτις σε ποιήσει μέγα δύνασθαι ἐν τῇ πόλει τῇδε, ἀνόμοιον ὄντα τῇ πολιτείᾳ, εἴτ' ἐπὶ τὸ βέλτιον, εἴτ' ἐπὶ τὸ χεῖρον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ὀρθῶς βουλεύῃ, ὦ Καλλίκλεις. οὐ γὰρ μιμητὴν δεῖ εἶναι, ἀλλ' αὐτοφυῶς ὅμοιον τούτοις, εἰ μέλλεις τι γνήσιον ἀπεργάζεσθαι εἰς φιλίαν τῷ Ἀθηναίων δήμῳ, καί, ναὶ μὰ Δία, τῷ Πυριλάμπους γε πρός. ὅστις οὖν σε τούτοις ὁμοιότατον ἀπεργάσεται, οὗτός σε ποιήσει, ὡς ἐπιθυμεῖς πολιτικὸς εἶναι, πολιτικὸν καὶ ῥητορικόν. τῷ αὑτῶν γὰρ ἤθει λεγομένων τῶν λόγων ἕκαστοι χαίρουσι, τῷ δὲ ἀλλοτρίῳ, ἄχθονται· εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις, ὦ φίλη κεφαλή.

toritate. vide, an illud tibi et mihi expediat; quominus id nobis accidat, vir mirande, quod Theſſalicis mulieribus lunam deducentibus accidere narrant. cum amiciſſimis civilem iſtam auctoritatem capeſſemus. quod ſi hominum quemlibet arbitraris ejuſmodi quandam artem traditurum, quæ effecerit, ut in hac civitate plurimum valeas, quum diſſimilis ſis reipublicæ, ſive in melius ſive in pejus, non bene (opinor) rem perpendis, Callicles. non enim imitatorem te eſſe oportet, ſed natura illis ſimilem, ſi genuinum aliquid præſtiturus es ad amicitiam cum Athenienſium populo (δήμῳ) contrahendam, et, næ per Jovem, cum Pyrilampis quidem *filio Demo* inſuper. quiſquis ergo te his ſimillimum præſtiterit, ille te efficiet, quomodo rerum civilium peritus eſſe cupis, rerum civilium et rhetoricæ peritum. omnes enim, dum habentur orationes ſuis ipſorum moribus accomodatæ, delectantur, dum autem alienis, ægre id ferunt; niſi quid tu aliud dicas, o charum caput.

λέγομεν τι πρὸς ταῦτα, ὦ Καλλίκλεις; ΚΑΛ. Οὐκ οἶδ' ὅντινα μοι τρόπον δοκεῖς εὖ λέγειν, ὦ Σώκρατες. πέπονθα δὲ τὸ τῶν πολλῶν πάθος· οὐ πάνυ σοι πείθομαι. ΣΩΚ. Ὁ δήμου γὰρ ἔρως ἐνὼν ἐν τῇ ψυχῇ τῇ σῇ, ὦ Καλλίκλεις, ἀντιστατεῖ μοι· ἀλλ' ἐὰν πολλάκις ἴσως καὶ βέλτιον ταυτὰ ταῦτα διασκοπώμεθα, πεισθήσῃ.

νε'. Ἀναμνήσθητι δ' οὖν ὅτι δύο ἔφαμεν εἶναι τὰς παρασκευὰς ἐπὶ τὸ ἕκαστον θεραπεύειν καὶ σῶμα καὶ ψυχήν· μίαν μὲν, πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν· τὴν ἑτέραν ᾗ, πρὸς τὸ βέλτιστον, μὴ καταχαριζόμενον, ἀλλὰ διαμαχόμενον. οὐ ταῦτα ἦν ἃ τότε ὡριζόμεθα; ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἡ μὲν ἑτέρα ἡ πρὸς ἡδονὴν, ἀγεννής· καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ κολακεία τυγχάνει οὖσα; ἢ γάρ; ΚΑΛ. Ἔστω, εἰ βούλει, σοι οὕτως. ΣΩΚ. Ἡ δέ γε ἑτέρα, ὅπως ὡς βέλτιστον ἔσται τοῦτο (εἴτε σῶμα τυγχάνει ὂν, εἴτε ψυχὴ) ὃ

dicemuſne quicquam adverſus hæc, Callicles? CAL. Neſcio quomodo recte dicere mihi videris, Socrates. illud autem, quod pleriſque accidit, mihi quoque accidit; tibi nimirum non penitus fidem habeo. SOC. *Demi* enim amor in animo tuo inhærens, Callicles, mihi obſiſtit; ſed ſi ſæpe atque melius hæc eadem diſpiciamus, fidem fortaſſe habebis.

55. Recordare igitur dixiſſe nos duos eſſe apparatus, qui ſingulæ rei, tam corpori quam animo, colendæ inſerviunt; quorum alterum ad voluptatem cum iis verſari; alterum ad illud, quod optimum eſt, non gratificantem ſed adverſantem. nonne hæc ſunt illa, quæ tunc definivimus? CAL. Omnino quidem. SOC. Nonne igitur ille alter, qui ad voluptatem *verſatur*, ignobilis eſt, et nihil aliud quam adulatio? nonne? CAL. Sit tibi ita, ſi placet. SOC. Alter vero *ſtudet*, ut quam optimum ſit illud, quod colimus, ſive corpus ſit

θεραπεύομεν. ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν οὕτως ἡμῖν ἐπιχειρητέον ἐστὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς πολίταις θεραπεύειν, ὡς βελτίστους αὐτοὺς τοὺς πολίτας ποιοῦντας; ἄνευ γὰρ δὴ τούτου (ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εὑρίσκομεν) οὐδὲν ὄφελος ἄλλην εὐεργεσίαν οὐδεμίαν προσφέρειν· ἐὰν μὴ καλὴ κἀγαθὴ ἡ διάνοια ᾖ τῶν μελλόντων ἢ χρήματα πολλὰ λαμβάνειν, ἢ ἀρχήν τινῶν, ἢ ἄλλην δύναμιν ἡντινοῦν. Θῶμεν οὕτως ἔχειν; ΚΑΛ. Πάνυ γε, εἴ σοι ἥδιον. ΣΩΚ. Εἰ οὖν παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους, ὦ Καλλίκλεις, δημοσίᾳ πράξοντες τῶν πολιτικῶν πραγμάτων, ἐπὶ τὰ οἰκοδομικά, ἢ τειχῶν, ἢ νεωρίων, ἢ ἱερῶν, ἐπὶ τὰ μέγιστα οἰκοδομήματα, πότερον ἔδει ἂν ἡμᾶς σκέψασθαι ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ ἐξετάσαι, πρῶτον μὲν εἰ ἐπιστάμεθα τὴν τέχνην ἢ οὐκ ἐπιστάμεθα τὴν οἰκοδομικήν, καὶ παρὰ τοῦ ἐμάθομεν; ἔδει ἄν, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν δεύτερον αὖ τόδε, εἴ τι πώποτε οἰκοδόμημα ᾠκοδομή-

ſive animus. CAL. Omnino quidem. SOC. Anne igitur hoc modo nobis reipublicæ civiumque cura ſuſcipienda eſt? ipſis nimirum civibus quam optimis redditis? hoc enim ſane prætermiſſo, (quemadmodum in iis, quæ ſupra dicta ſunt, comperiebamus) nihil prodeſt beneficium aliud quicquam conferre; niſi honeſta et bona ſit illorum mens, qui vel divitias multas, vel imperium in aliquos, aliamve quamlibet poteſtatem, ſint accepturi. itane rem ſe habere ponamus? CAL. Omnino quidem, ſi id malueris. SOC. Itaque ſi, Callicles, quum publice negotia civilia tractaturi eſſemus, nos mutuo cohortaremur ad artem ædificandi, ſive muros, ſive navalia, ſive templa, maxima quidem ædificia, nunquid oporteret contemplari nos ipſos et explorare, primum quidem an artem illam ædificandi norimus, necne, et a quo viro illam didicerimus? oporteret, necne? CAL. Omnino quidem. SOC. Quin ergo hoc quoque ſecundo loco *conſiderare oporteret*, an ullum un-

καμεν ἰδίᾳ, ἢ τῶν φίλων τινὶ, ἢ ἡμέτερον αὐτῶν· καὶ τοῦτο τὸ οἰκοδόμημα, καλὸν ἢ αἰσχρόν ἐστι· καὶ εἰ μὲν εὑρίσκομεν σκοπούμενοι, διδασκάλους τε ἡμῶν ἀγαθοὺς καὶ ἐλλογίμους γεγονότας, καὶ οἰκοδομήματα πολλὰ μὲν καὶ καλὰ μετὰ τῶν διδασκάλων ᾠκοδομημένα ἡμῖν, πολλὰ δὲ καὶ ἴδια ἡμῶν, ἐπειδὴ τῶν διδασκάλων ἀπηλλάγημεν, οὕτω μὲν διακειμένων, νοῦν ἐχόντων ἦν ἂν ἰέναι ἐπὶ τὰ δημόσια ἔργα· εἰ δὲ μήτε διδάσκαλον εἴχομεν ἡμῶν αὐτῶν ἐπιδεῖξαι, οἰκοδομήματά τε, ἢ μηδὲν, ἢ πολλὰ καὶ μηδενὸς ἄξια· οὕτω δὴ ἀνόητον ἦν δήπου ἐπιχειρεῖν τοῖς δημοσίοις ἔργοις, καὶ παρακαλεῖν ἀλλήλους ἐπ' αὐτά. φῶμεν ταῦτα ὀρθῶς λέγεσθαι, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν οὕτω πάντα τά τε ἄλλα; κἂν εἰ ἐπιχειρήσαντες δημοσιεύειν, παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους ὡς ἱκανοὶ ἰατροὶ ὄντες, ἐπεσκεψάμεθα δήπου ἂν ἔγωγε σὲ καὶ σὺ ἐμέ· φέρε

quam ædificium, ſive amici cujuſvis, ſive noſtrum, privatim extruxerimus, illudque ædificium pulchrum ſit an turpe? et, ſi re conſiderata comperiremus magiſtros noſtros bonos atque claros extitiſſe, multaque ædificia pulchra una cum magiſtris fuiſſe a nobis exſtructa, multaque noſtra propria, poſtquam a magiſtris diſceſſimus, ſi, inquam, nos ita comparati eſſemus, nonne prudentium virorum eſſet ad publica opera nos ipſos conferre? ſi vero neque magiſtrum noſtrum oſtentare poſſemus, ædificiumque aut nullum, aut multa vilia; nonne ita demum ſtultum foret publica opera aggredi, et nos mutuo ad illa cohortari? ſtatuimuſne hæc recte dici, necne? CAL. Omnino quidem. SOC. Nonne ergo ita comparata ſunt alia omnia? et, ſi publica negotia tractare aggreſſi, alii alios cohortaremur, quaſi medici periti eſſemus, nonne diſpiceremus et ego te, et tu me? *hunc nimirum in mo-*

πρὸς θεῶν, αὐτὸς δὲ ὁ Σωκράτης πῶς ἔχει τὸ σῶμα πρὸς ὑγίειαν; ἢ εἰ δή τις ἄλλος διὰ Σωκράτην ἀπηλλάγη νόσου, ἢ δοῦλος, ἢ ἐλεύθερος; κἂν ἐγὼ (οἶμαι) περὶ σοῦ ἕτερα τοιαῦτα ἐσκόπουν. καὶ εἰ μὴ εὑρίσκομεν δι' ἡμᾶς μηδένα βελτίω γεγονότα τὸ σῶμα, μήτε τῶν ξένων, μήτε τῶν ἀστῶν, μήτε ἄνδρα, μήτε γυναῖκα, πρὸς Διὸς, ὦ Καλλίκλεις, οὐ καταγέλαστον ἂν ἦν τῇ ἀληθείᾳ εἰς τοσοῦτον ἀνοίας ἐλθεῖν ἀνθρώπους, ὥστε πρὶν ἰδιωτεύοντας πολλὰ μὲν, ὅπως ἐτύχομεν, ποιῆσαι, πολλὰ δὲ κατορθῶσαι, καὶ γυμνάσασθαι ἱκανῶς τὴν τέχνην, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἐν τῷ πίθῳ τὴν κεραμείαν ἐπιχειρεῖν μανθάνειν, καὶ αὐτούς τε δημοσιεύειν ἐπιχειρεῖν, καὶ ἄλλους τοιούτους παρακαλεῖν; οὐκ ἀνόητόν σοι δοκῇ ἂν εἶναι οὕτω πράττειν; ΚΑΛ. Ἔμοιγε. ΣΩΚ. Νῦν δὲ, ὦ βέλτιστε ἀνδρῶν, ἐπειδὴ σὺ μὲν αὐτὸς ἄρτι ἄρχῃ πράττειν τὰ τῆς πόλεως πράγματα, ἐμὲ δὲ πα-

dum. Age, per Deos, ipſe Socrates quomodo corpore affectus eſt ad ſanitatem? an alius quiſquam profecto, ſive ſervus, ſive liber, Socratis opera morbo eſt liberatus? et quidem ego, ut opinaverim, alia hujuſmodi de te conſiderarem. et, ſi comperiremus neminem noſtrâ operâ corpore ſaniorem extitiſſe, vel hoſpitum vel civium, vel virum vel mulierem, nonne, per Jovem, Callicles, revera foret ridiculum eò ſtultitiæ nos procedere, ut, priuſquam privatim multa, ut fors obtulerit, egerimus, multaque feliciter præſtiterimus, atque arte ſatis exerciti fuerimus, figlinam, ut dici profecto ſolet, in dolio diſcere aggrederemur, noſque ipſi publica negotia tractare aggrederemur, et alios, qui ſimiliter habent, ad illa cohortaremur? nonne ita agere ſtultum eſſe exiſtimas? CAL. Certe. SOC. Nunc autem, virorum optime, quandoquidem tu ipſe jam incipis res civiles tractare, meque ad illud

ρακαλεῖς, καὶ ὀνειδίζεις ὅτι οὐ πράττω, οὐκ ἐπισκεψόμεθα ἀλλήλους ; φέρε, Καλλικλῆς ἤδη τινὰ βελτίω πεποίηκε τῶν πολιτῶν ; ἔστιν ὅστις πρότερον πονηρὸς ὤν, ἄδικός τε καὶ ἀκόλαστος, καὶ ἄφρων, διὰ Καλλικλέα καλός τε κἀγαθὸς γέγονεν, ἢ ξένος ἢ ἀστὸς, ἢ δοῦλος ἢ ἐλεύθερος ; λέγε μοι, ἐάν τις σὲ ταῦτα ἐξετάζῃ, ὦ Καλλίκλεις, τί ἐρεῖς ; τίνα φήσεις βελτίω πεποιηκέναι ἄνθρωπον τῇ συνουσίᾳ τῇ σῇ ; ὀκνεῖς ἀποκρίνασθαι εἴπερ ἐστὶ τοιόνδε τι ἔργον σὸν ἔτι ἰδιωτεύοντος, πρὶν δημοσιεύειν ἐπιχειρεῖν ; ΚΑΛ. Φιλόνεικος εἶ, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ἀλλ' οὐ φιλονεικίᾳ γε ἐρωτῶ, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς βουλόμενος εἰδέναι ὅντινά ποτε τρόπον οἴει δεῖν πολιτεύεσθαι ἐν ἡμῖν· ἢ ἄλλου του ἄρα ἐπιμελήσῃ ἡμῖν ἐλθὼν ἐπὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα, ἢ ὅπως ὅτι βέλτιστοι οἱ πολῖται ὦμεν. ἢ οὐ πολλάκις ἤδη ὡμολογήκαμεν τοῦτο δεῖν πράττειν τὸν πολιτικὸν ἄνδρα ;

idem exhortaris, et, quod ego non tractem, mihi exprobras, nonne *hunc in modum* nos invicem diſpiciemus ? Age, quem civem effecit jam Callicles meliorem ? eſtne quiſquam, qui quum prius improbus eſſet et injuſtus, petulans, atque inſipiens, Calliclis opera honeſtus ac bonus evaſerit, ſive hoſpes ſit ſive civis, ſive ſervus ſive liber ? Dic mihi, ſi quis te de his rebus perconteris, Callicles, quid es reſponſurus ? quem affirmabis ex tua conſuetudine meliorem hominem a te factum ? pigetne te reſpondere, an hujuſmodi quiddam opus extet a te adhuc privato abſolutum, antequam res civiles tractare aggreſſus ſis ? CAL. Contenſioſus es, Socrates. SOC. At contentionis quidem ſtudio minime interrogo, ſed revera cupiens intelligere, qua tandem ratione rempublicam inter nos a te adminiſtrandam cenſeas ; an aliûs cujuſpiam rei curam geſſeris, ad res civiles accedens, quam, ut nos cives quam optimi ſimus. an non ſæpe jam inter nos convenit id eſſe viro civili agen-

ὡμολογήκαμεν, ἢ οὔ; ἀποκρίνου. Ὡμολογήκαμεν· ἐγὼ ὑπὲρ σοῦ ἀποκρινοῦμαι.

νϛʹ. Εἰ τοίνυν τοῦτο δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα παρασκευάζειν τῇ ἑαυτοῦ πόλει, νῦν μοι ἀναμνησθεὶς εἰπὲ περὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἔλεγες, εἰ ἔτι σοι δοκοῦσιν ἀγαθοὶ πολῖται γεγονέναι, Περικλῆς, καὶ Κίμων, καὶ Μιλτιάδης, καὶ Θεμιστοκλῆς. ΚΑΛ. Ἔμοιγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἴπερ ἀγαθοὶ, δηλονότι ἕκαστος αὐτῶν βελτίους ἐποίει τοὺς πολίτας ἀντὶ χειρόνων; ἐποίει, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Ἐποίει. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ὅτε Περικλῆς ἤρχετο λέγειν ἐν τῷ δήμῳ, χείρους ἦσαν οἱ Ἀθηναῖοι, ἢ ὅτε τὰ τελευταῖα ἔλεγεν; ΚΑΛ. Ἴσως. ΣΩΚ. Οὐκ ἴσως δεῖ, ὦ βέλτιστε· ἀλλ' ἀνάγκη ἐκ τῶν ὡμολογημένων, εἴπερ ἀγαθός γ' ἦν ἐκεῖνος πολίτης. ΚΑΛ. Τί οὖν δή; ΣΩΚ. Οὐδέν. ἀλλὰ τόδε μοι εἰπὲ ἐπὶ τούτῳ, εἰ λέγονται Ἀθηναῖοι διὰ Περικλέα

dum? convenit, necne? reſponde. Convenit; ego pro te reſpondebo.

57. Jam autem ſi bonum virum oporteat illud civitati ſuæ parare, nunc jam recordatus dic mihi, an illi viri, quos paulo ante memorabas, boni fuiſſe cives etiamnum tibi videantur, nempe Pericles, et Cimon, et Miltiades, et Themiſtocles. CAL. Mihi quidem. SOC. Nonne ergo, ſi boni fuerunt, unuſquiſque videlicet ipſorum meliores pro deterioribus cives efficiebat? efficiebat, necne? CAL. Efficiebat. SOC. Nonne ergo, quum Pericles cœpit dicere apud populum, deteriores erant Athenienſes, quam quum poſtremum dixit? CAL. Fortaſſe. SOC. Non fortaſſe ita illud eſſe oporteat, vir optime; ſed neceſſario id ex iis, quæ conceſſa ſunt, eſt conſequens, ſi quidem ille bonus fuit civis. CAL. Quid tum quæſo? SOC. Nihil. verum præter illud dic mihi iſtud, dicanturne Athenienſes Periclis operâ meliores

βελτίους γεγονέναι, ἢ πᾶν τοὐναντίον διαφθαρῆναι ὑπ' ἐκείνου. ταυτὶ γὰρ ἔγωγε ἀκούω Περικλέα πεποιηκέναι Ἀθηναίους, ἀργοὺς, καὶ δειλοὺς, καὶ λάλους, καὶ φιλαργύρους, εἰς μισθοφορὰν πρῶτον καταστήσαντα. ΚΑΛ. Τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων ἀκούεις ταῦτα, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Ἀλλὰ τάδε οὐκέτι ἀκούω, ἀλλὰ οἶδα σαφῶς καὶ ἐγὼ καὶ σὺ, ὅτι τὸ μὲν πρῶτον εὐδοκίμει Περικλῆς, καὶ οὐδεμίαν αἰσχρὰν δίκην κατεψηφίσαντο αὐτοῦ Ἀθηναῖοι ἡνίκα χείρους ἦσαν· ἐπειδὴ δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ ἐγεγόνεισαν ὑπ' αὐτοῦ, ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου Περικλέους, κλοπὴν αὐτοῦ κατεψηφίσαντο· ὀλίγου δὲ καὶ θανάτου ἐτίμησαν, δηλονότι ὡς πονηροῦ ὄντος. ΚΑΛ. Τί οὖν; τούτου ἕνεκα κακὸς ἦν Περικλῆς; ΣΩΚ. Ὄνων γοῦν ἂν ἐπιμελητὴς, καὶ ἵππων καὶ βοῶν, τοιοῦτος ὢν, κακὸς ἂν ἐδόκει εἶναι, εἰ παραλαβὼν μὴ λακτίζοντας, μηδὲ κυρίττοντας, μηδὲ δάκνοντας, ἀπέδειξε ταῦτα ἅπαν-

redditi eſſe, an prorſus contra ab illo corrupti. hæc enim ego quidem audio Periclem effeciſſe Athenienſes, nempe otioſos, ignavos, loquaces et avaros, dum primus mercenarios eos reddidit. CAL. Hæc audis, Socrates, ab iis, quibus fractæ ſunt aures. SOC. Hæc vero non amplius audio; ſed certe ſcit uterque noſtrûm, Periclem magnæ exiſtimationis initio eſſe, nec ullo ignominioſo judicio damnari ab Athenienſibus, quum erant deteriores; poſtquam autem honeſti ac boni redditi eſſent ab eo, in exitu vitæ Periclis, peculatus illum damnarunt; et parum abfuit, quin etiam morte mulctarent, tanquam videlicet virum improbum. CAL. Quid tum? malusne propterea Pericles? SOC. Hujuſmodi equidem aſinorum curator, equorum et boum, malus videretur, ſi, quum acceperit eos neque calcitroſos, neque cornibus impetentes, neque mordaces, ef-

τα ποιοῦντας δι' ἀγριότητα. ἢ οὐ δοκεῖ σοι κακὸς εἶναι ἐπιμελητὴς ὁστισοῦν ὁτουοῦν ζώου, ὃς ἂν παραλαβὼν ἡμερώτερα, ἀποδείξῃ ἀγριώτερα ἢ παρέλαβε; δοκεῖ, ἢ οὔ; ΚΑΛ. Πάνυγε, ἵνα σοὶ χαρίσωμαι. ΣΩΚ. Καὶ τόδε τοίνυν μοι χάρισαι ἀποκρινάμενος, πότερον καὶ ὁ ἄνθρωπος ἓν τῶν ζώων ἐστὶν, ἢ οὔ. ΚΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἀνθρώπων Περικλῆς ἐπεμέλετο; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Τί οὖν; οὐκ ἔδει αὐτοὺς (ὡς ἄρτι ὡμολογοῦμεν) δικαιοτέρους γεγονέναι ἀντὶ ἀδικωτέρων ὑπ' ἐκείνου; εἴπερ ἐκεῖνος ἐπεμελεῖτο αὐτῶν, ἀγαθὸς ὢν τὰ πολιτικά; ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Οὐκοῦν οἵγε δίκαιοι, ἥμεροι, ὡς ἔφη Ὅμηρος; σὺ δὲ τί φής; οὐχ οὕτω; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν ἀγριωτέρους γε αὐτοὺς ἀπέφηνεν ἢ οἵους παρέλαβε· καὶ ταῦτ', εἰς αὐτόν· ὃ ἥκιστ' ἂν ἐβούλετο. ΚΑΛ. Βούλει σοι ὁμολογήσω; ΣΩΚ. Εἰ δοκῶ γέ σοι ἀληθῆ λέγειν.

fecerit, ut feritate hæc omnia præſtarent. an non tibi malus eſſe videtur quilibet cujuſlibet animalis curator, qui cum acceperit ea manſuetiora, præſtiterit feriora, quam accepit? videtur tibi, necne? CAL. Omnino quidem, ut tibi gratificer. SOC. Jam vero et hoc mihi gratificare; dum reſpondes, utrum etiam homo animalium unum ſit, necne. CAL. Quidni? SOC. Nonne ergo Pericles curam gerebat hominum? CAL. Etiam. SOC. Quid ergo? nonne oportebat illos, quemadmodum inter nos modo convenit, juſtiores pro injuſtioribus ab illo reddi; ſi quidem ille cum rerum civilium peritia ipſorum curam gereret? CAL. Omnino quidem. SOC. Nonne ergo juſti quidem manſueti ſunt, ut ait Homerus? tu vero quid ais? nonne ita? CAL. Etiam. SOC. Atqui certe agreſtiores illos præſtitit, quam accepit; idque adverſus ſeipſum, quod minime voluiſſet. CAL. Vine tibi aſſentiar? SOC. Si videor quidem tibi vera loqui.

ΚΑΛ. Ἔστω δὴ ταῦτα. ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἴπερ ἀγριωτέρους, ἀδικωτέρους τε καὶ χείρους; ΚΑΛ. Ἔστω. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρ' ἀγαθὸς τὰ πολιτικὰ Περικλῆς ἦν, ἐκ τούτου τοῦ λόγου. ΚΑΛ. Οὐ σύ γε φῄς. ΣΩΚ. Μὰ Δί', οὐδέ γε σύ, ἐξ ὧν ὡμολόγεις. πάλιν δὲ λέγε μοι περὶ Κίμωνος. οὐκ ἐξωστράκισαν αὐτὸν οὗτοι οὓς ἐθεράπευεν; ἵνα αὐτοῦ δέκα ἐτῶν μὴ ἀκούσειαν τῆς φωνῆς; καὶ Θεμιστοκλέα ταὐτὰ ταῦτα ἐποίησαν, καὶ φυγῇ προσεζημίωσαν. Μιλτιάδην δὲ, τὸν ἐν Μαραθῶνι, εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο· καὶ εἰ μὴ διὰ τὸν Πρύτανιν, ἐνέπεσεν ἄν. καίτοι οὗτοι, εἰ ἦσαν ἄνδρες ἀγαθοὶ, ὡς σὺ φῄς, οὐκ ἄν ποτε ταῦτα ἔπασχον. οὔκουν οἵγε ἀγαθοὶ ἡνίοχοι κατ' ἀρχὰς μὲν οὐκ ἐκπίπτουσιν ἐκ τῶν ζυγῶν, ἐπειδὰν δὲ θεραπεύσωσι τοὺς ἵππους, καὶ αὐτοὶ ἀμείνους γένωνται ἡνίοχοι, τότ' ἐκπίπτουσιν. οὐκ ἔστι ταῦτ' οὔτ' ἐν ἡνιοχείᾳ, οὔτ' ἐν ἄλλῳ ἔργῳ οὐδενί. ἢ δοκεῖ σοι;

CAL. Sit ſane ita. SOC. Nonne ergo, ſi agreſtiores *eos effecit*, et injuſtiores quoque atque deteriores? CAL. Eſto. SOC. Non ergo rerum civilium peritus erat Pericles, ex hoc ſermone. CAL. Tu quidem negas. SOC. Et, Jovem teſtor, tu quoque, ex iis, quæ fatebaris. dic autem mihi rurſus de Cimone. nonne illum oſtraciſmo mulctarunt illi, quos curabat, ut ne per decennium illius vocem audirent? et Themiſtoclem eodem tractarunt modo, exilioque inſuper affecerunt. decreverunt autem, ut Miltiades, is qui Marathone *pugnavit*, in barathrum conjiceretur; et niſi Prytanis obſtitiſſet, in id incidiſſet. hi vero, ſi boni eſſent viri, quemadmodum tu ais, hæc nunquam paſſi fuiſſent. non fit equidem, ut boni quidem aurigæ initio e curribus ſuis non deturbentur, poſtquam autem equos ſuos curaverint, et ipſi meliores aurigæ evaſerint, tunc deturbentur. non hoc fit aut in aurigatione, aut in alio quoquam opere. an tibi videtur?

ΚΑΛ. Οὐκ ἔμοιγε. ΣΩΚ. Ἀληθεῖς ἄρα, ὡς ἔοικεν, οἱ ἔμπροσθεν λόγοι ἦσαν, ὅτι οὐδένα ἡμεῖς ἴσμεν ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονότα τὰ πολιτικὰ ἐν τῇδε τῇ πόλει· σὺ δὲ ὡμολόγεις τῶν γε νῦν οὐδένα, τῶν μέντοι ἔμπροσθεν· καὶ προείλου τούτους τοὺς ἄνδρας· οὗτοι δὲ ἀνεφάνησαν ἐξ ἴσου τοῖς νῦν ὄντες. ὥστε εἰ οὗτοι ῥήτορες ἦσαν, οὔτε τῇ ἀληθινῇ ῥητορικῇ ἐχρῶντο (οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσον) οὔτε τῇ κολακικῇ. ΚΑΛ. Ἀλλὰ μέντοι πολλοῦ γε δεῖ, ὦ Σώκρατες, μήποτέ τις τῶν νῦν ἔργα τοιαῦτα ἐργάσηται οἷα τούτων ὃς βούλει εἴργασται. ΣΩΚ. Ὦ δαιμόνιε, οὐδ᾽ ἐγὼ ψέγω τούτους, ὥς γε διακόνους εἶναι πόλεως· ἀλλά μοι δοκοῦσι τῶν γε νῦν διακονικώτεροι γεγονέναι, καὶ μᾶλλον οἷοί τε ἐκπορίζειν τῇ πόλει ὧν ἐπεθύμει. ἀλλὰ γὰρ μεταβιβάζειν τὰς ἐπιθυμίας, καὶ μὴ ἐπιτρέπειν, πείθοντες, καὶ βιαζόμενοι ἐπὶ τοῦτο

CAL. Non mihi quidem. SOC. Vera igitur, ut videtur, erant ea, quæ ſupra dicta ſunt, neminem videlicet civilibus rebus bonum in hac civitate a nobis cognitum; tu vero noſtræ quidem ætatis fatebaris neminem *hujuſmodi a nobis cognoſci*, e majoribus vero *quoſdam*; atque hoſce viros deprompſiſti; hi autem pares illis, qui noſtræ ætatis ſunt, apparuerunt. quocirca, ſi hi fuerunt oratores, neque vera rhetorica uſi ſunt, (alioqui non excidiſſent) neque adulatoria. CAL. Atqui multum quidem abeſt, Socrates, ut quiſquam eorum, qui noſtræ ætatis ſunt, talia unquam effecerit, qualia effecit illorum quilibet. SOC. Neque ego, vir mirande, hos viros vitupero, quatenus quidem reipublicæ fuerunt miniſtri; ſed mihi videntur expeditiores fuiſſe in miniſtrando, quam noſtræ ætatis viri, magiſque idonei ad res illas civitati parandas, quas cupiebat. verum enimvero in traducendis cupiditatibus, neque iis indulgendis, civibus

ὅθεν ἔμελλον ἀμείνους ἔσεσθαι οἱ πολῖται, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν τούτων διέφερον ἐκεῖνοι· ὅπερ μόνον ἔργον ἐστὶν ἀγαθοῦ πολίτου. ναῦς δὲ καὶ τείχη καὶ νεώρια, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα, καὶ ἐγώ σοι ὁμολογῶ δεινοτέρους εἶναι ἐκείνους τούτων ἐκπορίζειν.

νζʹ. Πρᾶγμα οὖν γελοῖον ποιοῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ ἐν τοῖς λόγοις. ἐν παντὶ γὰρ τῷ χρόνῳ ὃν διαλεγόμεθα, οὐδὲν παυόμεθα εἰς τὸ αὐτὸ ἀεὶ περιφερόμενοι, καὶ ἀγνοοῦντες ἀλλήλων ὅ, τι λέγομεν. ἐγὼ οὖν σε πολλάκις οἶμαι ὡμολογηκέναι, καὶ ἐγνωκέναι, ὡς ἄρα διττὴ αὕτη τις ἡ πραγματεία ἐστὶ καὶ περὶ τὸ σῶμα καὶ περὶ τὴν ψυχήν· καὶ ἡ μὲν ἑτέρα, διακονική ἐστιν, ᾗ δυνατὸν εἶναι ἐκπορίζειν, ἐὰν μὲν πεινῇ τὰ σώματα ἡμῶν, σιτία· ἐὰν δὲ διψῇ, ποτά· ἐὰν δὲ ῥιγῷ, ἱμάτια, στρώματα, ὑποδήματα, ἄλλα ὧν ἔρχεται σώματα εἰς ἐπιθυμίαν. καὶ ἐξεπίτηδές σοι

interim perſuaſione atque vi ad illud adductis, ex quo meliores evaſuri eſſent, hac quidem in re nihil, ut uno verbo dicam, priores illi ab his noſtris differebant; quod quidem ſolum eſt boni civis officium. in navibus autem, mœnibus, navalibus, aliiſque multis rebus hujuſmodi comparandis, ego quoque tibi fateor illos his fuiſſe ſolertiores.

57. Rem igitur nos ridiculam in hac diſputatione facimus. per omne enim diſputationis noſtræ tempus, non deſinimus eodem ſemper revolvi, atque alter alterius verba ignorare. ego igitur arbitror te ſæpenumero conceſſiſſe atque agnoviſſe, geminum hoc quiddam eſſe ſtudium tum circa corpus tum circa animum; et alterum quidem eſſe miniſtram, quo comparare licet, ſi quidem eſuriant noſtra corpora, cibos; ſi ſitiant, potus; ſi frigeant, veſtes, ſtragula, calceamenta, et alias res, quarum cupida ſunt corpora. et dedita opera per eaſdem

διὰ τῶν αὐτῶν εἰκόνων λέγω, ἵνα ῥᾷον καταμάθῃς. τούτων γὰρ ποριστικὸν εἶναι, ἢ κάπηλον ὄντα, ἢ ἔμπορον, ἢ δημιουργόν του αὐτῶν τούτων, σιτοποιὸν, ἢ ὀψοποιὸν, ἢ ὑφάντην, ἢ σκυλοτόμον, ἢ σκυτοδεψὸν, οὐδὲν θαυμαστόν ἐστιν, ὄντα τοιοῦτον, δόξαι καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις θεραπευτὴν εἶναι σώματος, παντὶ τῷ μὴ εἰδότι ὅτι ἐστί τις παρὰ ταύτας ἁπάσας τέχνη γυμναστική τε καὶ ἰατρικὴ, ἣ δὴ τῷ ὄντι ἐστὶ σώματος θεραπεία· ἥνπερ καὶ προσήκει τούτων ἄρχειν πασῶν τῶν τεχνῶν, καὶ χρῆσθαι τοῖς τούτων ἔργοις· διὰ τὸ εἰδέναι ὅ,τι τὸ χρηστὸν καὶ πονηρὸν τῶν σιτίων ἢ ποτῶν ἐστὶν εἰς ἀρετὴν σώματος, τὰς δ' ἄλλας πάσας ταύτας ἀγνοεῖν. διὸ δεῖ καὶ ταύτας μὲν, δουλοπρεπεῖς τε καὶ διακονικὰς καὶ ἀνελευθέρους εἶναι περὶ σώματος πραγματείαν, τὰς ἄλλας τέχνας· τὴν δὲ γυμναστικὴν καὶ ἰατρικὴν, κατὰ τὸ δίκαιον, δεσποίνας εἶναι τούτων. ταὐτὰ οὖν ταῦτα ὅτε ἐστὶ καὶ περὶ ψυχὴν,

ſimilitudines tibi loquor, ut facilius intelligas. ſi quis enim res illas ſuppeditet, cum ſit caupo, aut mercator, aut opifex alicujus ipſarum, videlicet piſtor, aut coquus, aut textor, aut ſutor, aut coriarius, nihil mirum eſt, cum ſit hujuſmodi, videri tam ſibi quam aliis curator corporis, omnibus videlicet, qui ignorant artem eſſe quandam, præter has omnes, gymnaſticam, et medicinalem, ad quam quidem revera pertinet corporis curatio; quamque conſentaneum eſt his omnibus artibus imperare, earumque operibus uti; propterea quod novit, quid bonum malumque ſit, in cibis et potionibus, ad corporis virtutem, aliæ vero hæ omnes ignorant. qua de cauſa etiam neceſſe eſt has quidem alias artes ſerviles eſſe, miniſtras, et illiberales circa corporis ſtudium; gymnaſticam vero, et medicinam, jure illarum eſſe dominas. hæc ergo eadem in animo quoque contingere, aliquando

τοτὲ μὲν μοι δοκεῖς μανθάνειν ὅτι λέγω· καὶ ὁμολογεῖς, ὡς εἰδὼς ὅ,τι ἐγὼ λέγω· ἥκεις δὲ ὀλίγον ὕστερον λέγων ὅτι ἄνθρωποι καλοὶ κἀγαθοὶ γεγόνασι πολῖται ἐν τῇ πόλει. καὶ ἐπειδὰν ἐγὼ ἐρωτῶ οἵτινες, δοκεῖς μοι ὁμοιοτάτους προτείνεσθαι ἀνθρώπους περὶ τὰ πολιτικὰ, ὥσπερ ἂν εἰ περὶ τὰ γυμναστικὰ ἐμοῦ ἐρωτῶντος οἵτινες ἀγαθοὶ γεγόνασιν ἢ εἰσὶ σωμάτων θεραπευταὶ, ἔλεγές μοι πάνυ σπουδάζων, Θεαρίων ὁ ἀρτοκόπος, καὶ Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιΐαν συγγεγραφὼς τὴν Σικελικὴν, καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος· ὅτι οὗτοι θαυμάσιοι γεγόνασι σωμάτων θεραπευταὶ, ὁ μὲν, ἄρτους θαυμαστοὺς παρασκευάζων· ὁ δὲ, ὄψον· ὁ δὲ, οἶνον. ἴσως ἂν οὖν ἠγανάκτεις εἴ σοι ἔλεγον ἐγὼ, Ὅτι, ἄνθρωπε, ἐπαΐεις οὐδὲν περὶ γυμναστικῆς. διακόνους μοι λέγεις καὶ ἐπιθυμιῶν παρασκευαστὰς ἀνθρώπους, οὐκ ἐπαΐοντας καλὸν κἀγαθὸν οὐδὲν περὶ αὐτῶν· οἳ, ἂν οὕτω τύχωσιν, ἐμπλήσαντες καὶ παχύ-

quidem mihi videris intelligere a me dici; concediſque, quaſi ſciens, quid dicam; aſſeris vero paulo poſt bonos atque honeſtos viros fuiſſe, hujus civitatis cives. cumque quæro, qui ſint, videris mihi ſimillimos producere homines in republica verſatos, tanquam ſi circa res gymnaſticas quærenti mihi, qui fuerint, aut ſint, boni corporum curatores, omnino ſerio reſponderes, Thearionem piſtorem, et Mithæcum, qui de Siculorum arte coquinaria ſcripſit, et Sarambum cauponem; hos quidem mirabiles corporum curatores extitiſſe, quorum unus panes mirandos, alter cibum, tertius autem vinum parabat. fortaſſe igitur indigne ferres, ſi tibi dicerem, De gymnaſtica, mi homo, nihil intelligis. miniſtros mihi cupiditatumque proviſores homines commemoras, nihil pulchrum honeſtumque de illis intelligentes; qui, ſi ita contingat, dum hominum corpora replent, atque obeſa

νόντες τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων, ἐπαινούμενοι ὑπ' αὐτῶν, προσαπολλύουσιν αὐτῶν καὶ τὰς ἀρχαίας σάρκας. οἱ δ' οὖν δι' ἀπειρίαν οὐ τοὺς ἑστιῶντας αἰτιάσονται τῶν νόσων αἰτίους εἶναι καὶ τῆς ἀποβολῆς τῶν ἀρχαίων σαρκῶν· ἀλλ' οἳ ἂν αὐτοῖς τύχωσι τότε παρόντες καὶ συμβουλεύοντές τι. ὅταν δὴ αὐτοῖς ἥκῃ ἡ τότε πλησμονὴ νόσον φέρουσα συχνῷ ὕστερον χρόνῳ, ἅτε ἄνευ τοῦ ὑγιεινοῦ γεγονυῖα, τούτους αἰτιάσονται καὶ ψέξουσι, καὶ κακόν τι ποιήσουσιν, ἂν οἷοί τ' ὦσι· τοὺς δὲ προτέρους ἐκείνους καὶ αἰτίους τῶν κακῶν ἐγκωμιάσουσι. καὶ σὺ νῦν, ὦ Καλλίκλεις, ὁμοιότατον τούτῳ ἐργάζῃ· ἐγκωμιάζεις ἀνθρώπους, οἳ τούτους εἱστιάκασιν εὐωχοῦντες ὧν ἐπεθύμουν· καί φασι μεγάλην τὴν πόλιν πεποιηκέναι αὐτούς· ὅτι δὲ οἰδεῖ καὶ ὕπουλός ἐστι δι' ἐκείνους τοὺς παλαιούς, οὐκ αἰσθάνονται. ἄνευ γὰρ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης, λιμένων, καὶ νεωρίων, καὶ τειχῶν, καὶ φόρων, καὶ τοιούτων

reddunt, laudanturque ab ipſis, perdunt inſuper veteres quoque ipſorum carnes. hi igitur imperitia ducti non conviviorum ſtructores cauſas eſſe morborum criminabuntur, veterumque carnium amiſſionis; illos vero, qui tunc ipſis forte adfuerint, et aliquod conſilium dederint. quum autem expletio illa longo poſt tempore morbum afferat, quippe quæ ſalute prætermiſſa facta eſt, hos criminabuntur et vituperabunt, et illos etiam, ſi poterint, malo aliquo afficient; ſed priores illos, cauſaſque morborum, laudibus proſequentur. jamque tu, Callicles, rem huic ſimillimam facis; laudibus eos proſequeris, qui hujuſmodi homines conviviis oblectarunt, eoſque iis rebus, quarum cupiditate tenebantur, ſaturarunt; aiuntque magnam illos civitatem effeciſſe; tumere autem illam, atque intus male ſanam eſſe, antiquorum illorum operâ, non ſentiunt. temperantia enim atque juſtitia prætermiſſis, portubus, navalibus,

φλυαριῶν, ἐμπεπλήκασι τὴν πόλιν. ὅταν οὖν ἔλθῃ ἡ καταβολὴ αὕτη τῆς ἀσθενείας, τοὺς τότε παρόντας αἰτιάσονται συμβούλους, Θεμιστοκλέα δὲ καὶ Κίμωνα καὶ Περικλέα ἐγκωμιάσουσι, τοὺς αἰτίους τῶν κακῶν· σοῦ δὲ ἴσως ἐπιλήψονται, ἐὰν μὴ εὐλαβῇ, καὶ τοῦ ἐμοῦ ἑταίρου Ἀλκιβιάδου, ὅταν καὶ τὰ ἀρχαῖα προσαπολλύωσι πρὸς οἷς ἐκτήσαντο· οὐκ αἰτίων ὄντων τῶν κακῶν, ἀλλ᾽ ἴσως συναιτίων.

νη΄. Καίτοι ἔγωγε ἀνόητον πρᾶγμα καὶ νῦν ὁρῶ γιγνόμενον, καὶ ἀκούω τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν πέρι. αἰσθάνομαι γὰρ, ὅταν ἡ πόλις τινὰ τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν μεταχειρίζηται ὡς ἀδικοῦντα, ἀγανακτούντων καὶ σχετλιαζόντων ὡς δεινὰ πάσχουσι, πολλὰ καὶ ἀγαθὰ τὴν πόλιν πεποιηκότες. ἆρα ἀδίκως ὑπ᾽ αὐτῆς ἀπόλλυνται, ὡς ὁ τούτων λόγος; τὸ δὲ ὅλον ψεῦδός ἐστι. προστάτης γὰρ πόλεως οὐδ᾽ ἂν

mœnibus, tributis,et hujuſmodi nugis,civitatem repleverunt. quum igitur acceſſio hæc morbi advenerit, conſiliarios illos criminabuntur,qui tunc adfuerint, Themiſtoclem autem, et Cimonem, et Periclem, malorum cauſas, laudibus proſequentur; te vero fortaſſe, niſi caveris, corripient, et ſodalem meum Alcibiadem, quum et veteres res præter illas, quas acquiſiverunt, inſuper perdiderint; vos, inquam, qui non cauſæ malorum eſtis, ſed fortaſſe cum aliis conjunctæ cauſæ.

58. Atque ego profecto rem ineptam et nunc fieri video, et de antiquis viris audio. ſentio enim, quum aliquem ex iis, qui in republica verſantur, tanquam injuſte agentem duriter tractet civitas, indignantes illos ac quiritantes, quod gravia patiantur, quippe qui beneficia in rempublicam multa contulerint. illine injuſte ab illa pereunt, prout illorum fert oratio? at plane illud falſum eſt. reipublicæ enim

εἷς ποτε ἀδίκως ἀπόλοιτο ὑπ' αὐτῆς τῆς πόλεως ἧς προστατεῖ. κινδυνεύει γὰρ ταυτὸν εἶναι, ὅσοι τε πολιτικοὶ προσποιοῦνται εἶναι, καὶ ὅσοι σοφισταί. καὶ γὰρ οἱ σοφισταί, τἄλλα σοφοὶ ὄντες, τοῦτο ἄτοπον ἐργάζονται πρᾶγμα. φάσκοντες γὰρ ἀρετῆς διδάσκαλοι εἶναι, πολλάκις κατηγοροῦσι τῶν μαθητῶν, ὡς ἀδικοῦσι σφᾶς αὐτοὺς, τούς τε μισθοὺς ἀποστεροῦντες καὶ ἄλλην χάριν οὐκ ἀποδιδόντες, εὖ παθόντες ὑπ' αὐτῶν. καὶ τούτου τοῦ λόγου τί ἂν ἀλογώτερον εἴη πρᾶγμα; ἀνθρώπους ἀγαθοὺς καὶ δικαίους γενομένους, ἐξαιρεθέντας μὲν ἀδικίαν ὑπὸ τοῦ διδασκάλου, σχόντας δὲ δικαιοσύνην, ἀδικεῖν τούτῳ ὃ οὐκ ἔχουσι; οὐ δοκεῖ σοι τοῦτο ἄτοπον εἶναι, ὦ ἑταῖρε; ὡς ἀληθῶς δημηγορεῖν με ἠνάγκασας, ὦ Καλλίκλεις, οὐκ ἐθέλων ἀποκρίνασθαι. ΚΑΛ. Σὺ δ' οὐκ ἂν οἷός τ' εἴης λέγειν, εἰ μή τις σοὶ ἀποκρίνοιτο; ΣΩΚ. Ἔοικά γε. νῦν γοῦν συχνοὺς

præſes, ne unus quidem, ab ipſa republica, cui præeſt, poterit unquam injuſte perire. idem enim eſſe videntur, quicunque ſe profitentur civiles, et quicunque ſophiſtas. nam ſophiſtæ quoque, cætera licet ſapientes, abſurdum hoc faciunt. quum enim ſe virtutis doctores profitentur, ſæpenumero objiciunt ſuis diſcipulis, quòd ſibi ſint injurii, quippe qui ſe mercede defraudant, nec aliam gratiam referunt, cum beneficia a ſe acceperint. qua quidem oratione quid magis a ratione alienum eſſe poteſt? eos nimirum homines, qui boni et juſti evaſerint, injuſtitia quidem a præceptore exempti, juſtitia autem præditi, ea ipſa re, quam non habent, injuſte agere? nonne hoc tibi, mi tu, abſurdum videtur? revera me concionari coegiſti, Callicles, quum nolles reſpondere. CAL. Tu vero dicere non poſſes, niſi aliquis tibi reſponderet? SOC. Videor quidem. nunc certe

τείνω τῶν λόγων, ἐπειδή μοι οὐκ ἐθέλεις ἀποκρίνεσθαι. ἀλλ', ὦ 'γαθὲ, εἰπὲ, πρὸς Φιλίου, οὐ δοκεῖ σοι ἄλογον εἶναι, ἀγαθὸν φάσκοντα πεποιηκέναι τινὰ, μέμφεσθαι τούτῳ, ὅτι ὑφ' ἑαυτοῦ ἀγαθὸς γεγονώς τε καὶ ὢν, ἔπειτα πονηρός ἐστιν; ΚΑΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἀκούεις τοιαῦτα λεγόντων τῶν φασκόντων παιδεύειν ἀνθρώπους εἰς ἀρετήν; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ἀλλὰ τί ἂν λέγοις ἀνθρώπων πέρι οὐδενὸς ἀξίων; ΣΩΚ. Τί δ' ἂν περὶ ἐκείνων λέγοις, οἳ φάσκοντες προεστάναι τῆς πόλεως, καὶ ἐπιμελεῖσθαι ὅπως ὡς βελτίστη ἔσται, πάλιν αὐτῆς κατηγοροῦσιν, ὅταν τύχωσιν, ὡς πονηροτάτης; οἴει τι διαφέρειν τούτους ἐκείνων; ταὐτὸν, ὦ μακάρι', ἐστὶ σοφιστὴς καὶ ῥήτωρ, ἢ ἐγγύς τι καὶ παραπλήσιον· ὥσπερ ἐγὼ ἔλεγον πρὸς Πῶλον. σὺ δὲ δι' ἄγνοιαν, τὸ μὲν, πάγκαλόν τι οἴει εἶναι, τὴν ῥητορικήν· τοῦ δὲ

longius ſermones produco, quando nolis mihi reſpondere. dic vero, bone vir, per *Jovem* amicitiæ præſidem, nonne tibi alienum a ratione videtur, eum, qui ſe bonum aliquem effeciſſe profiteatur, de hoc conqueri, quòd, cum illius operâ bonus evaſerit, et nunc ſit, deinde ſit improbus? CAL. Mihi quidem videtur. SOC. Nonne ergo audis eos, qui homines ad virtutem inſtituere profitentur, hujuſmodi quædam dicere? CAL. Certe. ſed quid vis de nullius pretii hominibus verba facere? SOC. Quid vero de illis verba vis facere, qui, dum ſe civitati præeſſe profitentur, et providere, ut quam optima exiſtat, ipſam rurſus accuſant, quum ita fors tulerit, tanquam peſſimam? arbitrariſne hos ab illis quicquam differre? idem eſt, o beate, ſophiſta et orator, aut propinquum aliquid atque aſſimile; quemadmodum ego Polo dicebam. tu vero ignorantia ductus rhetoricam perpulchrum quid arbitraris, rem alteram autem contemnis; ſed

καταφρονεῖς. τῇ δ' ἀληθείᾳ κάλλιόν ἐστι σοφιστικὴ ῥητορικῆς, ὅσωπερ νομοθετικὴ δικαστικῆς, καὶ γυμναστικὴ ἰατρικῆς. μόνοις δ' ἔγωγε καὶ ᾤμην τοῖς δημηγόροις τε καὶ σοφισταῖς οὐκ ἐγχωρεῖν μέμφεσθαι τούτῳ τῷ πράγματι ὃ αὐτοὶ παιδεύουσιν, ὡς πονηρόν ἐστιν εἰς σφᾶς· ἢ τῷ αὐτῷ λόγῳ τούτῳ ἅμα καὶ ἑαυτῶν κατηγορεῖν, ὅτι οὐδὲν ὠφελήκασιν οὕς φασιν ὠφελεῖν. οὐχ οὕτως ἔχει; ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Καὶ προέσθαι γε δήπου τὴν εὐεργεσίαν ἄνευ μισθοῦ, ὡς τὸ εἰκός, μόνοις τούτοις ἐνεχώρει, εἴπερ ἀληθῆ ἔλεγον. ἄλλην μὲν γὰρ εὐεργεσίαν τὶς εὐεργετηθείς, οἷον ταχὺς γενόμενος διὰ παιδοτρίβην, ἴσως ἂν ἀποστερήσειε τὴν χάριν, εἰ προοῖτο αὐτῷ ὁ παιδοτρίβης, καὶ μὴ συνθέμενος αὐτῷ μισθόν, ὅτιμάλιστα ἅμα μεταδιδοὺς τοῦ τάχους, λαμβάνοι τὸ ἀργύριον. οὐ γὰρ τῇ βραδυτῆτι (οἶμαι) ἀδικοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ἀδικίᾳ. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Ναί.

revera tanto pulchrior eſt ſophiſtica quam rhetorica, quanto legalis facultas quam judicialis, et gymnaſtica quam medicina. ſolis autem concionatoribus et ſophiſtis non convenire arbitrabar, de ea re, quam ipſi docent, conqueri, quòd ſibiipſis ſit malum; alioquin illos eadem hac oratione una et ſeipſis objicere, quòd nihil illis profuerint, quibus ſe prodeſſe profitentur. nonne ita res ſe habet? CAL. Omnino quidem. SOC. Et largiri quidem, ni fallor, beneficium abſque mercede, his ſolis, prout rationi conſentaneum eſt, conveniebat, ſi modo vera dicerent. nam ſi quis aliud beneficium acceperit, veluti ſi puerorum exercitoris operâ celer factus fuerit, gratiam fortaſſe minime rependeret, ſi exercitor ei beneficium largiretur, non vero mercede pacta, quam primum velocitatem impertiiſſet, caperet pecuniam. non enim, opinor, homines tarditate injuſte agunt, ſed injuſtitiâ. nonne?

ΣΩΚ. Οὐκοῦν εἴ τις αὐτὸ τοῦτο ἀφαιροῖ, τὴν ἀδικίαν, οὐδὲν δεινὸν αὐτῷ μήποτε ἀδικηθῇ· ἀλλ᾽ ᾧ μόνῳ ἀσφαλὲς ταύτην τὴν εὐεργεσίαν προέσθαι, εἴπερ τῷ ὄντι δύναιτό τις ἀγαθοὺς ποιεῖν; οὐχ οὕτω; ΚΑΛ. Φημί. ΣΩΚ. Διὰ ταῦτ᾽ ἄρα, ὡς ἔοικε, τὰς μὲν ἄλλας συμβουλὰς συμβουλεύειν, λαμβάνοντα ἀργύριον, οἷον οἰκοδομίας πέρι, ἢ τῶν ἄλλων τεχνῶν, οὐδὲν αἰσχρόν. ΚΑΛ. Ἔοικέ γε. ΣΩΚ. Περὶ δέ γε ταύτης τῆς πράξεως, ὅντιν᾽ ἄν τις τρόπον ὡς βέλτιστος εἴη, καὶ ἄριστα τὴν αὐτοῦ οἰκίαν διοικοῖ ἢ πόλιν, αἰσχρὸν νενόμισται μὴ φάναι συμβουλεύειν, ἐὰν μή τις αὐτῷ ἀργύριον διδῷ. ἦ γάρ; ΚΑΛ. Ναί. ΣΩΚ. Δῆλον γὰρ ὅτι τοῦτο αἴτιόν ἐστιν· ὅτι μόνη αὕτη τῶν εὐεργεσιῶν τὸν εὖ παθόντα ἐπιθυμεῖν ποιεῖ ἀντευποιεῖν. ὥστε καλὸν δοκεῖ τὸ σημεῖον εἶναι, εἰ εὖ ποιήσας ταύτην τὴν εὐεργεσίαν ἀντ᾽ εὖ πείσεται· εἰ δὲ μή, οὔ. ἔστι ταῦτα οὕτως ἔχοντα; ΚΑΛ. Ἔστιν.

CAL. Etiam. SOC. Nonne igitur, ſi quis hoc ipſum auferat, injuſtitiam videlicet, haudquaquam ei metuendum eſt, ne injuſtitiam patiatur; ſed ei ſoli tutum eſt hoc beneficium largiri, ſi revera quis poſſit bonos præſtare? nonne ita? CAL. Aio. SOC. Idcirco, ut videtur, turpe non eſt, de cæteris rebus, veluti de ædificatione, aut aliis artibus, conſilium accepta pecunia dare. CAL. Ita certe videtur. SOC. De hac autem actione, qua ratione videlicet quam optimus quis evadat, ſuamque familiam vel civitatem optime gubernet, turpe exiſtimatur negare conſilium, niſi det aliquis pecuniam. nonne? CAL. Etiam. SOC. Perſpicuum enim eſt hanc illius rei eſſe cauſam; quòd ſolum hoc beneficium efficit, ut is, qui id accepit, referendæ gratiæ ſit cupidus. quapropter præclarum videtur eſſe ſignum, ſi is, qui hoc beneficium contulit, viciſſim acceperit beneficium; ſin minus, nequaquam. anne hæc ita ſe habent? CAL. Ita.

νθ'. Ἐπὶ ποτέραν οὖν με παρακαλεῖς τὴν θεραπείαν τῆς πόλεως, διόρισόν μοι· τὴν τοῦ διαμάχεσθαι Ἀθηναίοις ὅπως ὡς βέλτιστοι ἔσονται, ὡς ἰατρόν· ἢ ὡς διακονήσοντα, καὶ πρὸς χάριν ὁμιλήσοντα. τἀληθῆ μοι εἰπέ, Καλλίκλεις. δίκαιος γὰρ εἶ, ὥσπερ ἤρξω παῤῥησιάζεσθαι πρὸς ἐμέ, διατελεῖν ἃ νοεῖς λέγων. καὶ νῦν εὖ καὶ γενναίως εἰπέ. ΚΑΛ. Λέγω τοίνυν ὅτι ὡς διακονήσοντα. ΣΩΚ. Κολακεύσοντα ἄρα με, ὦ γενναιότατε, παρακαλεῖς. ΚΑΛ. [1] Εἴ σοι Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν, ὦ Σώκρατες, ὡς, εἰ μὴ ταῦτά γε ποιήσεις. ΣΩΚ. Μὴ εἴπῃς ὃ πολλάκις εἴρηκας, ὅτι ἀποκτενεῖ με ὁ βουλόμενος· ἵνα μὴ αὖ καὶ ἐγὼ εἴπω ὅτι πονηρός γε ὢν ἀγαθὸν ὄντα· μηδ' ὅτι ἀφαιρήσεται ἐάν τι ἔχω· ἵνα μὴ αὖ καὶ ἐγὼ εἴπω ὅτι, ἀλλ' ἀφελόμενος οὐχ

59. SOC. Ad utrum ergo civitatis cultum me cohorteris, expone mihi perſpicue; ad eumne, quo acriter cum Athenienſibus contendam, ut quam optimi evadant, tanquam medicus; an *ad eum*, *quo* tanquam miniſtraturus ſim, cumque illis ad gratiam verſaturus. dic mihi verum, Callicles. nam par eſt, ut, quemadmodum cœpiſti mecum loqui libere, ita pergas ſententiam proferre. jamque recte et generoſe reſponde. CAL. Jam vero dico *me ad illum cultum te cohortari*, quo tanquam miniſtraturus ſis. SOC. Ad blanditias ergo adhibendas me, vir ſtrenuiſſime, cohortaris. CAL. Niſi Myſorum quidem præda malis eſſe, Socrates, quomodo *tibi accidet*, niſi hæc feceris. SOC. Ne dicas, quod ſæpe attuliſti, futurum ut me interficiat, quicunque voluerit; ne ego quoque tibi reponam, futurum ut improbus bonum *interficiat*; neque *dicas*, futurum ut eripiat omnia, ſi quid habeam; ne ego quoque tibi reponam, At poſtquam illa

1 For. Εἰ μὴ σοὶ Μυσῶν γε ἥδιον εἶναι λείαν *Caſaubonus*. vide notam.

ἕξει ὅ,τι χρήσεται αὐτοῖς· ἀλλ' ὥσπερ με ἀδίκως ἀφείλετο, οὕτω καὶ λαβὼν, ἀδίκως χρήσεται· εἰ δὲ ἀδίκως, αἰσχρῶς· εἰ δὲ αἰσχρῶς, κακῶς. ΚΑΛ. Ὥς μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, πιστεύειν μηδ' ἂν ἓν τούτων παθεῖν, ὡς οἰκῶν ἐκποδὼν, καὶ οὐκ ἂν εἰσαχθεὶς εἰς δικαστήριον ὑπὸ πάνυ ἴσως μοχθηροῦ ἀνθρώπου καὶ φαύλου. ΣΩΚ. Ἀνόητος ἄρα εἰμὶ, ὦ Καλλίκλεις, ὡς ἀληθῶς, εἰ μὴ οἴομαι ἐν τῇδε τῇ πόλει ὁντινοῦν ἂν ὅ,τι τύχοι, τοῦτο παθεῖν. τόδε μέντοι εὖ οἶδ' ὅτι ἐάνπερ εἰσίω εἰς δικαστήριον περὶ τούτων τινὸς κινδυνεύων, ὃ σὺ λέγεις, πονηρός τις με ἔσται ὁ εἰσάγων. οὐδεὶς γὰρ ἂν χρηστὸς μὴ ἀδικοῦντ' ἄνθρωπον εἰσάγοι. καὶ οὐδέν γε ἄτοπον εἰ ἀποθάνοιμι. βούλει σοι εἴπω διότι ταῦτα προσδοκῶ; ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Οἶμαι μετ' ὀλίγων Ἀθηναίων (ἵνα μὴ εἴπω μόνος) ἐπιχειρεῖν τῇ ὡς ἀληθῶς πολιτικῇ τέχνῃ,

eripuerit, nullam utilitatem ex iis reportare poterit; ſed ut injuſte mihi illa eripuit, ita quoque illis ſumptis injuſte utetur; ſi autem injuſte, turpiter; ſi turpiter, male. CAL. Credis, ut mihi quidem videtur, Socrates, te ne ullam quidem iſtarum rerum pati poſſe, tanquam qui procul habites, neque in judicium vocari poſſe a profligato forſan et vili homine. SOC. Revera igitur inſipiens ſum, Callicles, niſi exiſtimem, quemlibet in hac civitate, quicquid acciderit, poſſe pati. hoc autem certo ſcio, ſi ad judicium adfuero, de qualibet iſtarum rerum periclitans, eum improbum quendam futurum, prout tu dicis, qui me illuc vocaverit. nullus enim bonus hominem innocentem in judicium vellet vocare. neque certe mirum quid fuerit, ſi morte mulcter. vin' tibi dicam, quare hæc expectem? CAL. Omnino quidem. SOC. Arbitror me cum paucis Athenienſibus (ne dicam ſolum) operam veræ civilitati dare, et ſolum ex omnibus noſtræ æta-

καὶ πράττειν τὰ πολιτικὰ μόνος τῶν νῦν. ἅτε οὖν οὐ πρὸς χάριν λέγων τοὺς λόγους οὓς λέγω ἑκάστοτε, ἀλλὰ πρὸς τὸ βέλτιστον, οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον, καὶ οὐκ ἐθέλων ποιεῖν ἃ σὺ νῦν παραινεῖς, τὰ κομψὰ ταῦτα, οὐχ ἕξω ὅ,τι λέγω ἐν τῷ δικαστηρίῳ. ὁ αὐτὸς δέ μοι ἥκει λόγος ὅνπερ πρὸς Πῶλον ἔλεγον. κρινοῦμαι γὰρ, ὡς ἐν παιδίοις ἰατρὸς ἂν κρίνοιτο, κατηγοροῦντος ὀψοποιοῦ. σκόπει γὰρ τί ἂν ἀπολογοῖτο ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος ἐν τούτοις ληφθεὶς, εἰ αὐτοῦ κατηγοροῖ τις, λέγων, Ὅτι, ὦ παῖδες, πολλὰ ὑμᾶς καὶ κακὰ ὅδε εἴργασται ἀνήρ· καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει· τέμνων τε καὶ κάων, καὶ ἰσχναίνων, καὶ πνίγων, ἀπορεῖν ποιεῖ· πικρότατα πόματα διδοὺς, καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἀναγκάζων· οὐχ, ὥσπερ ἐγὼ πολλὰ καὶ ἡδέα καὶ παντοδαπὰ εὐώχουν ὑμᾶς. τί ἂν οἴει ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἀποληφθέντα ἰατρὸν ἔχειν εἰπεῖν;

tis hominibus res civiles obire. quum igitur quotidianos meos ſermones minime ad gratiam inſtituam, ſed ad id, quod optimum eſt, non vero ad id, quod jucundiſſimum, quumque nolim, quæ tu nunc præcipis, ea agere, venuſtula hæc nimirum, non habebo, quid dicam in judicio. idem vero illud mihi recurrit dicere, quod Polo dicebam. ita enim de me judicabitur, quemadmodum de medico apud pueros judicaretur, accuſante coquo. vide enim, qua ſe ratione defenderet vir hujuſmodi inter hos prehenſus, ſi quis eum his verbis accuſaret; Vos quidem, pueri, multis malis vir iſte affecit; voſque ipſos, et minimos natu ex vobis, corrumpit; et ſecando, urendo, attenuando, torquendo, in deſperationem conjicit; dum amariſſimas dat potiones, et eſurire ac ſitire cogit; aliter ſe gerens, atque ego, qui multis jucundis omnigeniſque dapibus vos oblectabam. quid arbitraris medicum hoc interceptum malo dicere habiturum? aut,

[1] ἢ εἴποι τὴν ἀλήθειαν, Ὅτι ταῦτα πάντα ἐγὼ ἐποίουν, ὦ παῖδες, ὑγιεινῶς; ὁπόσον οἴει ἂν ἀναβοῆσαι τοὺς τοιούτους δικαστάς; οὐ μέγα; ΚΑΛ. Ἴσως οἴεσθαί γε χρή. ΣΩΚ. Οὐκοῦν οἴει ἐν πάσῃ ἀπορίᾳ ἂν αὐτὸν ἔχεσθαι ὅ,τι χρὴ εἰπεῖν; ΚΑΛ. Πάνυγε. ΣΩΚ. Τοιοῦτον μέντοι καὶ ἐγὼ οἶδα ὅτι πάθος πάθοιμι ἂν εἰσελθὼν εἰς δικαστήριον. οὔτε γὰρ ἡδονάς, ἃς ἐκπεπόρικα, ἕξω αὐτοῖς λέγειν, ἃς οὗτοι εὐεργεσίας καὶ ὠφελείας νομίζουσιν. ἐγὼ δὲ οὔτε τοὺς πορίζοντας ζηλῶ, οὔτε οἷς πορίζεται. ἐάν τέ τις μὲ ἢ νεωτέρους φῇ διαφθείρειν, ἀπορεῖν ποιοῦντα, ἢ τοὺς πρεσβυτέρους κατηγορεῖν, λέγοντα πικροὺς λόγους ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, οὔτε τὸ ἀληθὲς ἕξω εἰπεῖν, Ὅτι δικαίως πάντα ταῦτα ἐγὼ λέγω καὶ πράττω, τὸ ὑμέτερον δὴ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταί· οὔτε ἄλλο οὐδέν. ὥστε ἴσως ὅ,τι ἂν τύχω, τοῦτο πείσομαι. ΚΑΛ.

ſi id, quod res eſt, dixerit, Hæc omnia feci, pueri, ſanitatis gratiâ; quantopere exclamaturos eſſe hujuſmodi judices arbitraris? nonne magnopere? CAL. Forſitan ita quidem arbitrari oporteat. SOC. Nonne igitur arbitraris illum omnino hæſitaturum circa illud, quid ſit dicendum? CAL. Omnino quidem. SOC. Hujuſmodi ſane quiddam mihi, cum ad judicium adfuero, eventurum, ego quoque ſcio. neque enim voluptates a me ſuppeditatas ipſis potuero commemorare, quas hi beneficiorum utilitatumque loco ducunt. ego vero neque eos, qui illas ſuppeditant, neque quibus illæ ſuppeditantur, æmulor. ſi quis porro affirmet me aut corrumpere juvenes, in hæſitationem eos conjiciendo, aut ſenes accuſare, amaris utendo ſermonibus vel publicis vel privatis, neque id, quod res eſt, potuero dicere, me videlicet hæc omnia juſte dicere et facere, veſtræ ſcilicet utilitatis cauſâ, judices; neque aliud quicquam *afferre potero*. itaque, quicquid acci-

1 For. ἤ, εἰ εἴποι ſine interrog. *Steph.*

Δοκεῖ οὖν σοι, ὦ Σώκρατες, καλῶς ἔχειν ἄνθρωπος ἐν πόλει οὕτω διακείμενος, καὶ ἀδύνατος ὢν ἑαυτῷ βοηθεῖν; ΣΩΚ. Εἰ ἐκεῖνό γε ἐν αὐτῷ ὑπάρχει, ὦ Καλλίκλεις, ὃ σὺ πολλάκις ὡμολόγησας· εἰ βεβοηθηκὼς εἴη αὑτῷ, μήτε περὶ ἀνθρώπους, μήτε περὶ θεοὺς ἄδικον μηδὲν μήτε εἰρηκὼς μήτε εἰργασμένος. αὕτη γάρ τις βοήθεια ἑαυτῷ πολλάκις ἡμῖν ὡμολόγηται κρατίστη εἶναι. εἰ μὲν οὖν ἐμέ τις ἐξελέγχοι ταύτην τὴν βοήθειαν ἀδύνατον ὄντα ἐμαυτῷ καὶ ἄλλῳ βοηθεῖν, αἰσχυνοίμην ἄν, καὶ ἐν πολλοῖς καὶ ἐν ὀλίγοις ἐξελεγχόμενος, καὶ μόνος ὑπὸ μόνου. καὶ εἰ διὰ ταύτην τὴν ἀδυναμίαν ἀποθνήσκοιμι, ἀγανακτοίην ἄν· εἰ δὲ κολακικῆς ῥητορικῆς ἐνδείᾳ τελευτῴην ἔγωγε, εὖ οἶδα ὅτι ῥᾳδίως ἴδοις ἄν με φέροντα τὸν θάνατον. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ ἀποθνήσκειν οὐδεὶς φοβεῖται, ὅστις μὴ παντάπασιν ἄλογός τε καὶ ἄνανδρός ἐστι· τὸ δὲ ἀδικεῖν φοβεῖται. πολλῶν γὰρ

derit, fortaſſe patiar. CAL. Videturne igitur tibi, Socrates, cum illo bene agi, qui in republica hujuſmodi conditione eſt, nec poteſt ſibiipſi opitulari? SOC. Modo in ipſo id quidem ſit, Callicles, quod tu ſæpe conceſſiſti; ſi nimirum ſibiipſi opitulatus ſit, cum neque adverſus homines, neque adverſus Deos, injuſtum quicquam vel dixerit vel fecerit. hoc enim auxilium eorum omnium, quæ ſibi quis afferre poſſit, optimum eſſe, inter nos ſæpe convenit. ſi quis igitur convinceret me auxilium iſtud nec mihi nec alii afferre poſſe, pudore afficerer, ſeu inter multos homines, ſeu inter paucos, convincerer, ſeu ego ſolus a me ſolo. atque ſi propter hanc impotentiam morte mulctarer, ægre id ferrem; ſin adulatoriæ rhetoricæ inopiâ mortem obirem, certo ſcio, futurum ut me mortem facile ferentem conſpicias. nam ipſum illud Mori nemo metuit, qui non plane ſit fatuus atque ignavus;

ἀδικημάτων γέμοντα τὴν ψυχὴν εἰς ᾅδου ἀφικέσθαι, πάντων ἔσχατον κακῶν ἐστίν. εἰ δὲ βούλει, σοὶ ἐγὼ ὡς τοῦτο οὕτως ἔχει, ἐθέλω λόγον λέξαι. ΚΑΛ. Ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ καὶ τἆλλα ἐπέρανας, καὶ τοῦτο πέρανον.

ξ΄. ΣΩΚ. ΑΚΟΥΕ δὴ (φασὶ) μάλα καλοῦ λόγου· ὃν σὺ μὲν ἡγήσῃ μῦθον, ὡς ἐγὼ οἶμαι· ἐγὼ δὲ λόγον. ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα σοὶ λέξω ἃ μέλλω λέγειν. ὥσπερ γὰρ Ὅμηρος λέγει, διενείμαντο τὴν ἀρχὴν ὁ Ζεὺς καὶ ὁ Ποσειδῶν καὶ ὁ Πλούτων, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ πατρὸς παρέλαβον. ἦν οὖν νόμος ὅδε περὶ ἀνθρώπων ἐπὶ Κρόνου, καὶ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἐστὶν ἐν θεοῖς· τῶν ἀνθρώπων τὸν μὲν δικαίως τὸν βίον διελθόντα καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόντα, οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν· τὸν δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως, εἰς τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσ-

ſed injuſte agere metuit. animum enim multis ſceleribus refertum ad inferos advenire, omnium malorum extremum eſt. quod ſi vis, hanc rem ita ſe habere, juverit me tibi narratione quadam referre. CAL. Verum quandoquidem cætera abſolviſti, hoc quoque abſolve.

60. SOC. AUDI jam (ut aiunt) valde egregiam narrationem; quam tu quidem, arbitror, fabulam opinaberis eſſe; ego autem narrationem. quæ enim ſum narraturus, ea tanquam vera tibi narrabo. uti enim refert Homerus, partiti ſunt inter ſe imperium Jupiter, Neptunus, Pluto, poſtquam illud a patre acceperant. erat ergo hæc lex de hominibus, regnante Saturno, ſemperque, et nunc etiam, apud Deos ſancitur; hominem illum, qui juſte ac pie vitam egerit, quum mortem obierit, ad beatorum inſulas profectum, in omni felicitate, expertem malorum, habitare; qui vero injuſte atque impie, hunc ad ſupplicii et

μωτήριον, ὃ δὴ Τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι. τούτων δὲ δικασταὶ ἐπὶ Κρόνου, καὶ ἔτι νεωστὶ, τοῦ Διὸς τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, ζῶντες ἦσαν ζώντων, ἐκείνῃ ἡμέρᾳ δικάζοντες ᾗ μέλλοιεν τελευτᾶν. κακῶς οὖν αἱ δίκαι ἐκρίνοντο. ὅτε οὖν Πλούτων καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ ἐκ μακάρων νήσων ἰόντες, ἔλεγον πρὸς τὸν Δία ὅτι φοιτῷεν σφιν ἄνθρωποι ἑκατέρωσε ἀνάξιοι. εἶπεν οὖν ὁ Ζεὺς, Ἀλλ' ἐγὼ (ἔφη) παύσω τοῦτο γιγνόμενον· νῦν μὲν γὰρ κακῶς αἱ δίκαι δικάζονται. ἀμπεχόμενοι γὰρ (ἔφη) οἱ κρινόμενοι κρίνονται· ζῶντες γὰρ κρίνονται. πολλοὶ οὖν (ἦ δ' ὅς) ψυχὰς πονηρὰς ἔχοντες, ἠμφιεσμένοι εἰσὶ σώματά τε καλὰ, καὶ γένη καὶ πλούτους· καὶ ἐπειδὰν ἡ κρίσις ᾖ, ἔρχονται αὐτοῖς πολλοὶ μάρτυρες, μαρτυρήσοντες ὡς δικαίως βεβιώκασιν. οἱ οὖν δικασταὶ ὑπό τε τούτων ἐκπλήττονται, καὶ ἅμα καὶ αὐτοὶ ἀμπεχόμενοι δικάζουσι, πρὸ τῆς ψυχῆς τῆς αὑτῶν ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα

juſtitiæ carcerem, quem utique Tartarum appellant, abire. horum vero judices regnante Saturno, atque etiam nuper, Jove imperium tenente, vivi *judices* erant vivorum, illa die judicantes, qua mortem obituri eſſent. judicia igitur male exercebantur. itaque Pluto et procuratores e beatorum inſulis profecti Jovi narrabant, homines ad ſe commeare in utramque partem indignos. dixit ergo Jupiter, At ego (inquit) faciam, ut hoc fieri ceſſet; nunc enim judicia male exercentur. amicti enim (inquit) judicantur ii, qui judicantur; nam vivi judicantur. multi igitur (inquit) improbis animis præditi, induti ſunt pulchris corporibus, generiſque nobilitate, et divitiis; et, quum fiat judicium, accedunt illis multi teſtes, eos recte vixiſſe teſtaturi. judices ergo et his rebus percelluntur, ſimulque et ipſi jus dicunt amicti, quippe qui ante animum ſuum

καὶ ὅλον τὸ σῶμα προκεκαλυμμένοι. ταῦτα δὴ αὐτοῖς πάντα ἐπίπροσθεν γίγνεται, καὶ τὰ αὐτῶν ἀμφιέσματα, καὶ τὰ τῶν κρινομένων. πρῶτον μὲν οὖν (ἔφη) παυστέον ἐστὶ προειδότας αὐτοὺς τὸν θάνατον· νῦν γὰρ προΐσασι. τοῦτο μὲν οὖν καὶ δὴ εἴρηται τῷ Προμηθεῖ, ὅπως ἂν παύσῃ αὐτὸ αὐτῶν. ἔπειτα γυμνοὺς κριτέον ἁπάντων τούτων· τεθνεῶτας γὰρ δεῖ κρίνεσθαι. καὶ τὸν κριτὴν δεῖ γυμνὸν εἶναι, τεθνεῶτα, αὐτῇ τῇ ψυχῇ αὐτὴν τὴν ψυχὴν θεωροῦντα, ἐξαίφνης ἀποθανόντος ἑκάστου, ἔρημον πάντων τῶν συγγενῶν· καταλιπόντα ἐπὶ τῆς γῆς πάντα ἐκεῖνον τὸν κόσμον, ἵνα δικαία ἡ κρίσις ᾖ. ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἐγνωκὼς πρότερος ἢ ὑμεῖς, ἐποιησάμην δικαστὰς υἱεῖς ἐμαυτοῦ· δύο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας, Μίνω τε καὶ Ῥαδάμανθυν· ἕνα δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης, Αἰακόν. οὗτοι οὖν ἐπειδὰν τελευτήσωσι, δικάσουσιν ἐν τῷ λειμῶνι,

oculos atque aures totumque corpus velamina habent. hæc quidem omnia ante ipſos ponuntur, tam proprii ipſorum amictus, quam illorum, qui judicantur. primum igitur (inquit) efficiendum eſt, ut ceſſent illi mortem præſentire; nunc enim illam prævident. hoc igitur profecto mandatum eſt Prometheo, ut illud in iis ceſſare faciat. deinde omnibus his rebus nudi, judicandi ſunt; quippe qui jam mortui judicari debent. judicem quoque nudum eſſe mortuumque oportet, dum ipſum animum ipſo animo contemplatur, poſt inopinatam cujuſque mortem, omnibus cognatis ſuis deſtitutum; omnemque illum ornatum in terra relinquentem, ut juſtum ſit judicium. ego igitur, cum hæc ante vos cognoſcerem, filios meos judices conſtitui; duos quidem ex Aſia, Minoem et Rhadamanthum; unum autem ex Europa, Æacum. hi ergo, poſtquam mortem obierint, jus dicent in prato, in trivio illo,

ἐν τῇ τριόδῳ, ἐξ ἧς φέρετον τὼ ὁδὼ, ἡ μὲν εἰς μακάρων νήσους, ἡ δ' εἰς Τάρταρον. καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας, Ῥαδάμανθυς κρινεῖ, τοὺς δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης, Αἰακός. Μίνῳ δὲ πρεσβεῖα δώσω, ἐπιδιακρίνειν, ἐὰν ᾖ ἀπόρρητόν τι τῷ ἑτέρῳ, ἵνα ὡς δικαιοτάτη ἡ κρίσις ᾖ περὶ τῆς πορείας τοῖς ἀνθρώποις.

ξα'. Ταῦτ' ἐστὶν, ὦ Καλλίκλεις, ἃ ἐγὼ ἀκηκοὼς, πιστεύω ἀληθῆ εἶναι· καὶ ἐκ τούτων τῶν λόγων τοιόνδε λογίζομαι συμβαίνειν. ὁ θάνατος τυγχάνει ὢν (ὡς ἐμοὶ δοκεῖ) οὐδὲν ἄλλο ἢ δυοῖν πραγμάτοιν διάλυσις, τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἀπ' ἀλλήλοιν. ἐπειδὰν δὲ διαλυθῆτον ἄρα ἀπ' ἀλλήλοιν, οὐ πολὺ ἧττον ἑκάτερον αὐτοῖν ἔχει τὴν ἕξιν τὴν αὐτοῦ, ἥνπερ καὶ ὅτε ἔζη ὁ ἄνθρωπος, τό, τε σῶμα τὴν φύσιν τὴν αὐτοῦ, καὶ τὰ θεραπεύματα καὶ τὰ παθήματα, ἔνδηλα πάντα. οἷον, εἴ τινος μέγα ἦν τὸ σῶμα φύσει ἢ τροφῇ, ἢ ἀμφότερα,

ex quo ferunt duæ viæ, altera ad beatorum inſulas, altera ad Tartarum. et Aſiaticos quidem Rhadamanthus judicabit, Europæos Æacus. Minoi autem munus honorarium tribuam, nempe inſuper diſcernere, ſi quid alteri fuerit obſcurum, ut quam juſtiſſimum fiat de profectione hominum judicium.

61. Hæc ſunt, Callicles, quæ ego auditu percepta vera eſſe credo; et ex his ſermonibus hujuſmodi quid conſequens eſſe concludo. mors, ut mihi videtur, nihil aliud eſt, quam duarum rerum disjunctio, animi et corporis a ſe invicem. poſtquam vero a ſe invicem videlicet diſjungantur, non multo minus utrumque ipſorum proprium ſuum habitum conſervat, quem *habebat* etiam quum viveret homo, corpus ſcilicet naturam ſuam, ſuoſque cultus, et perpeſſiones, omnia quidem conſpicua. exempli cauſa, ſi cujuſpiam magnum fuerit corpus naturâ, aut alimento, aut utroque

ζῶντος, τούτου, καὶ ἐπειδὰν ἀποθάνῃ, ὁ νεκρὸς μέγας· καὶ εἰ παχὺς, παχὺς καὶ ἀποθανόντος· καὶ τἆλλα οὕτως. καὶ εἰ αὖ ἐπετήδευε κομᾶν, κομήτης τούτου καὶ ὁ νεκρός· μαστιγίας αὖ εἴτις ἦν, καὶ ἴχνη εἶχε τῶν πληγῶν οὐλὰς ἐν τῷ σώματι, ἢ ὑπὸ μαστίγων ἢ ἄλλων τραυμάτων ζῶν, καὶ τεθνεῶτος τὸ σῶμα ἔστιν ἰδεῖν ταῦτα ἔχον· κατεαγότα εἴτου ἦν [1] μέρη, ἢ διεστραμμένα ζῶντος, καὶ τεθνεῶτος ταῦτα ἔνδηλα. ἐνὶ δὲ λόγῳ, οἷος εἶναι παρεσκεύαστο τὸ σῶμα ζῶν, ἔνδηλα ταῦτα καὶ τελευτήσαντος ἢ πάντα, ἢ τὰ πολλὰ, ἐπί τινα χρόνον. ταυτὸν δή μοι δοκεῖ τοῦτ' ἄρα καὶ περὶ τὴν ψυχὴν εἶναι, ὦ Καλλίκλεις· ἔνδηλα πάντα ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ ἐπειδὰν γυμνωθῇ τοῦ σώματος· τά τε τῆς φύσεως, καὶ τὰ παθήματα, ἃ διὰ τὴν ἐπιτήδευσιν ἑκάστου πράγματος ἔσχεν ἐν τῇ ψυχῇ ὁ ἄνθρωπος. ἐπειδὰν οὖν ἀφίκωνται παρὰ τὸν

modo, dum ille viveret, hujus etiam mortui cadaver magnum; et ſi craſſum, craſſum etiam poſtquam mortuus ſit; itaque de cæteris. præterea ſi alendæ comæ ſtudioſus fuerit, hujus quoque cadaver comatum; ſi quis autem verbero fuerit, veſtigiaque, dum viveret, plagarum cicatrices in corpore ex flagris aut aliis vulneribus habuerit, mortui quoque corpus hæc conſervare videre eſt; ſi cuipiam membra fracta fuerint, vel diſtorta, dum viveret, conſpicua hæc, etiam cum mortuus ſit. ut uno verbo dicam, prout corpore quiſque comparatus fuerit, dum viveret, omnia hæc, etiam poſtquam mortem obierit, aut pleraque, ad tempus aliquod, conſpicua eſſent. idem hoc videlicet, Callicles, in animo quoque (mea ſententia) contingit; omnia nimirum in animo conſpicua ſunt, poſtquam corpore nudatus fuerit, tum quicquid a natura ſit inſitum, tum illi affectus, quos ex rerum ſingularum ſtudio in animo habebat homo. quum igitur ad

1 μέλη *Euſebius.*

δικαστὴν, οἱ μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας, παρὰ τὸν Ῥαδάμανθυν, ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκείνους ἐπιστήσας, θεᾶται ἑκάστου τὴν ψυχὴν, οὐκ εἰδὼς ὅτου ἐστίν· ἀλλὰ πολλάκις τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐπιλαβόμενος, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν βασιλέως ἢ δυνάστου, κατεῖδεν οὐδὲν ὑγιὲς ὂν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ διαμεμαστιγωμένην καὶ οὐλῶν μεστὴν, ὑπὸ ἐπιορκιῶν καὶ ἀδικίας, ἃ ἑκάστῳ ἡ πρᾶξις αὐτοῦ ἐξωμόρξατο εἰς τὴν ψυχὴν, καὶ πάντα σκολιὰ ὑπὸ ψεύδους καὶ ἀλαζονείας, καὶ οὐδὲν εὐθὺ, διὰ τὸ ἄνευ ἀληθείας τετράφθαι· καὶ ὑπὸ ἐξουσίας καὶ τρυφῆς καὶ ὕβρεως καὶ ἀκρασίας τῶν πράξεων, ἀσυμμετρίας τε καὶ αἰσχρότητος γέμουσαν τὴν ψυχὴν εἶδεν. ἰδὼν δὲ, ἀτίμως ταύτην ἀπέπεμψεν εὐθὺ τῆς φρουρᾶς· οἷ μέλλει ἐλθοῦσα ἀνατλῆναι τὰ προσήκοντα πάθη.

ξβ'. Προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι, ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ, ἢ βελτίονι γίγνεσθαι καὶ ὀνίνασθαι, ἢ

judicem pervenerunt, Aſiatici quidem ad Rhadamanthum, ſiſtens illos Rhadamanthus, uniuſcujuſque animum contemplatur, cujus tamen ille ſit, ignarus; ſæpe vero magno Perſarum rege, aut alio quovis rege, aut dynaſta, correpto, nihil ſani in animo contueri ſolet, ſed vehementer illum flagellatum plenumque cicatricum propter perjurias atque injuſtitiam, quas ſuæ cuique actiones animo impreſſerunt, omniaque mendacio et vanitate torta, nihilque rectum, propterea quod ſine veritate educatus eſt; potentiâ autem, luxuriâ, petulantiâ, et actionum denique intemperie, incompoſitum turpitudineque refertum animum ſolet videre. quo viſo cum ignominia rectà illum amandare ſolet in cuſtodiam; quò profectus convenientes pœnas ſubiturus eſt.

62. Convenit autem cuique ſuppliciis affecto, modo recte pendat alii ſupplicia,

[1] παράδειγμά τι τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι· ἵνα ἄλλοι ὁρῶντες πάσχοντα ἃ ἂν πάσχοι, φοβούμενοι, βελτίους γίγνωνται. εἰσὶ δὲ οἱ μὲν ὠφελούμενοί τε καὶ δίκην διδόντες ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, οὗτοι οἳ ἂν ἰάσιμα ἁμαρτήματα ἁμάρτωσιν· ὅμως δὲ δι' ἀλγηδόνων καὶ ὀδυνῶν γίγνεται αὐτοῖς ἡ ὠφέλεια καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν ᾅδου· οὐ γὰρ οἷόντε ἄλλως ἀδικίας ἀπαλλάττεσθαι. οἳ δ' ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι, καὶ διὰ τοιαῦτα ἀδικήματα ἀνίατοι γένωνται, ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίγνεται. καὶ οὗτοι, αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται οὐδέν, ἅτε ἀνίατοι ὄντες· ἄλλοι δὲ ὀνίνανται, οἱ τούτους ὁρῶντες διὰ τὰς ἁμαρτίας τὰ μέγιστα καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα πάθη πάσχοντας τὸν ἀεὶ χρόνον, ἀτεχνῶς παραδείγματα ἀνηρτημένους ἐκεῖ ἐν ᾅδου ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τοῖς ἀεὶ τῶν ἀδίκων ἀφικνουμένοις θεάματα καὶ νουθετήματα. ὧν ἐγώ φημι ἕνα καὶ

vel ut melior fiat, et adjuvetur, vel cæteris ſit exemplo; ut alii ſubeuntem hunc pœnas conſpicientes formidine meliores fiant. percipiunt autem utilitatem, atque Diis et hominibus dant pœnas, ii qui ſanabilia peccata admiſerint; attamen e cruciatibus et doloribus tum hic tum apud inferos provenit ipſis utilitas; fieri enim non poteſt, ut alia ratione injuſtitia liberentur. qui vero ſummas injurias fecerint, et propter talia facinora inſanabiles extiterint, ex horum numero exempla fiunt. hique ipſi quidem non amplius quicquam adjuvantur, quippe qui inſanabiles ſunt; alii vero adjuvantur, qui hos conſpiciunt propter ſua peccata maximas et acerbiſſimas horrendiſſimaſque pœnas per omne tempus pendentes, prorſus illic quaſi exempla ſuſpenſos apud inferos in carcere, perpetua videlicet ſpectacula ac monita injuſtis illis hominibus, qui eo proficiſcuntur. quo quidem e numero aio et Archelaum futurum, (ſi

1 Scribendum παραδείγματι *Jo. Daviſii*, aliorumque, monitu.

Ἀρχέλαον ἔσεσθαι (εἰ ἀληθῆ λέγει Πῶλος) καὶ ἄλλον ὅστις ἂν τοιοῦτος τύραννος ᾖ. οἶμαι δὲ καὶ τοὺς πολλοὺς εἶναι τούτων τῶν παραδειγμάτων τοὺς ἐκ τυράννων καὶ βασιλέων καὶ δυναστῶν καὶ τὰ τῶν πόλεων πραξάντων γεγονότας. οὗτοι γὰρ, διὰ τὴν ἐξουσίαν, μέγιστα καὶ ἀνοσιώτατα ἁμαρτήματα ἁμαρτάνουσι. μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ Ὅμηρος. βασιλέας γὰρ καὶ δυνάστας ἐκεῖνος πεποίηκε τοὺς ἐν ᾅδου τὸν ἀεὶ χρόνον τιμωρουμένους, Τάνταλον, καὶ Σίσυφον, καὶ Τιτυόν· Θερσίτην δὲ, καὶ εἴτις ἄλλος πονηρὸς ἦν ἰδιώτης, οὐδεὶς πεποίηκε μεγάλαις τιμωρίαις συνεχόμενον, ὡς ἀνίατον· οὐ γὰρ, οἶμαι, ἐξῆν αὐτῷ· διὸ καὶ εὐδαιμονέστερος ἦν ἢ οἷς ἐξῆν. ἀλλὰ γὰρ, ὦ Καλλίκλεις, ἐκ τῶν δυναμένων εἰσὶ καὶ οἱ σφόδρα πονηροὶ γιγνόμενοι ἄνθρωποι. οὐδὲν μὴν κωλύει καὶ ἐν τούτοις ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγγίγνεσθαι· καὶ σφόδρα

vera narrat Polus) et alium quemlibet ſimilem ei tyrannum. quinetiam arbitror maximam partem iſtorum exemplorum eſſe illos, qui e tyrannis et regibus et dynaſtis et rerum publicarum adminiſtris talia extiterunt. hi enim propter potentiam maxima ac ſceleratiſſima peccata admittunt. his rebus Homerus etiam teſtimonium affert. ille enim reges et dynaſtas finxit illos, qui apud inferos in omne tempus ſupplicia pendunt, Tantalum videlicet, et Siſyphum, et Tityum; Therſitem autem, et ſiquis alius ex privatis fuit improbus, minime tanquam inſanabilem finxit magnis ſuppliciis conſtringi; non enim, opinor, *talis eſſe* poterat; quo etiam nomine felicior erat illis, qui poterant. ſed enim, Callicles, ex illorum numero, qui in magna ſunt potentia, homines vel maxime improbi exiſtunt. nihil tamen vetat, quominus inter illos etiam boni ſint viri; eoſque, qui, tales extiterunt, maxime

ἄξιον ἀγασθαι τῶν γιγνομένων. χαλεπὸν γὰρ, ὦ Καλλίκλεις, καὶ πολλοῦ ἐπαίνου ἄξιον, ἐν μεγάλῃ ἐξουσίᾳ τοῦ ἀδικεῖν γενόμενον, δικαίως διαβιῶναι· (ὀλίγοι δὲ γίγνονται οἱ τοιοῦτοι) ἐπεὶ καὶ ἐνθάδε καὶ ἄλλοθι γεγόνασιν, οἶμαι δὲ καὶ ἔσονται καλοὶ κἀγαθοὶ ταύτην τὴν ἀρετὴν τοῦ δικαίως διαχειρίζειν ἃ ἄν τις ἐπιτρέπῃ. εἷς δὲ καὶ πάνυ ἐλλόγιμος γέγονε καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου. οἱ δὲ πολλοὶ, ὦ ἄριστε, κακοὶ γίγνονται τῶν δυναστῶν. ὅπερ οὖν ἔλεγον, ἐπειδὰν ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκεῖνος τοιοῦτόν τινα λάβῃ, ἄλλο μὲν περὶ αὐτοῦ οὐκ οἶδεν οὐδὲν, οὔθ' ὅστις, οὔθ' ὧντινων· ὅτι δὲ πονηρός τις· καὶ τοῦτο κατιδὼν ἀπέπεμψεν εἰς Τάρταρον· ἐπισημηνάμενος, ἐάν τε ἰάσιμος, ἐάν τε ἀνίατος δοκῇ εἶναι. ὁ δὲ ἐκεῖσε ἀφικόμενος, τὰ προσήκοντα πάσχει. ἐνίοτε δ' ἄλλην εἰσιδὼν ὁσίως βεβιωκυῖαν

ſuſpicere oportet. res enim difficilis eſt, Callicles, et magna laude digna, cum magnam quis habeat injuriæ faciendæ licentiam, eum juſte vivere; (pauci autem ſunt viri hujuſmodi) nam et hic et alibi extiterunt, et alii poſthac, opinor, futuri ſunt, viri honeſti, eaque virtute præſtantes, qua res fidei ſui commiſſas juſte adminiſtrant. unus autem omnino clarus vel inter cæteros Græcos fuit, Ariſtides Lyſimachi filius. plerique autem dynaſtæ, vir optime, mali ſunt. itaque, quod dixi, ubi Rhadamanthus ille aliquem hujuſmodi corripuerit, haud aliud quicquam de ipſo novit, neque quis ille ſit, neque ex quibus ortus; hoc unum autem, improbum illum eſſe; id quod ubi vidit, ad Tartarum eum amandare ſolet; ſignificatione facta, ſanabilisne an inſanabilis eſſe videatur. ille autem profectus illuc, convenientes ſubit pœnas. aliquando vero conſpicatus alium quendam *animum*, qui ſancte cumque veritate vixerit, ſeu privati ho-

καὶ μετ᾽ ἀληθείας, ἀνδρὸς ἰδιώτου, ἢ ἄλλου τινὸς, (μάλιστα μὲν, ἔγωγέ φημι, ὦ Καλλίκλεις, φιλοσόφου, τὰ αὑτοῦ πράξαντος, καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντος ἐν τῷ βίῳ) ἠγάσθη τε καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψε. ταὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ ὁ Αἰακός. ἑκάτερος δὲ τούτων ῥάβδον ἔχων δικάζει. ὁ δὲ Μίνως ἐπισκοπῶν κάθηται μόνος, ἔχων χρυσοῦν σκῆπτρον, ὥς φησιν Ὀδυσσεὺς ὁ Ὁμήρου ἰδεῖν αὐτὸν

Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσιν.

ξγ΄. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Καλλίκλεις, ὑπὸ τούτων τῶν λόγων πέπεισμαι, καὶ σκοπῶ ὅπως ἀποφανοῦμαι τῷ κριτῇ ὡς ὑγιεστάτην ἔχων τὴν ψυχήν. χαίρειν οὖν ἐάσας τὰς τιμὰς τὰς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, τὴν ἀλήθειαν [1]σκοπῶν, πειράσομαι τῷ ὄντι ὡς ἂν δύνωμαι βέλτιστος ὢν, καὶ ζῆν, καὶ ἐπειδὰν ἀποθνήσκω, ἀποθνήσκειν. παρακαλῶ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους πάντας ἀνθρώπους, καθόσον δύναμαι, καὶ δὴ καί σε ἀντιπα-

minis, ſeu alius cujuſpiam fuerit, (maxime quidem dico philoſophi, Callicles, qui res ſuas egerit, non vero in hac vita ſeſe alienis immiſcuerit) exceptum illum cum admiratione ad beatorum inſulas amandare ſolet. eadem hæc ab Æaco quoque fiunt. illorum autem uterque virgam tenens jus dicit. Minos autem omnia inſpiciens ſolus ſedet, aureum tenens ſceptrum, quemadmodum Ulyſſes apud Homerum eum ſe vidiſſe ait,

Aureo cum ſceptro defunctis dicere jura.

63. His ego profecto ſermonibus, mi Callicles, perſuaſus, conſidero, qua ratione coram judice me ſiſtam, animo quam ſaniſſimo præditus. quare honoribus vulgi hominum valere juſſis, veritatem colens, dabo operam, ut re ipſa, quantum in me erit, et optimus vivam, et, cum moriendum erit, moriar. et alios etiam omnes pro mea facultate hortor, quin et te contra hortor, ad hanc vitæ

1 ἀσκῶν *Euſeb.* et *Theodoret.*

ρακαλῶ, ἐπὶ τοῦτον τὸν βίον καὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ὃν ἐγώ φημι ἀντὶ πάντων τῶν ἐνθάδε ἀγώνων εἶναι. καὶ ὀνειδίζω σοὶ, ὅτι οὐχ οἷός τ' ἔσῃ σαυτῷ βοηθῆσαι, ὅταν ἡ δίκη σοὶ ᾖ καὶ ἡ κρίσις ἣν νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον· ἀλλὰ ἐλθὼν παρὰ τὸν δικαστὴν τὸν τῆς Αἰγίνης υἱὸν, ἐπειδάν σου ἐπιλαβόμενος ἄγῃ, χασμήσῃ καὶ ἰλιγγιάσεις οὐδὲν ἧττον ἢ ἐγὼ ἐνθάδε, σὺ ἐκεῖ. καί σε ἴσως τυπτήσει τις ἐπὶ κόρρης ἀτίμως, καὶ πάντως προπηλακιεῖ. Τάχα δ' οὖν ταῦτα μῦθός σοι δοκεῖ λέγεσθαι, ὥσπερ γραός· καὶ καταφρονεῖς αὐτῶν. καὶ οὐδέν γ' ἂν θαυμαστὸν ἦν καταφρονεῖν τούτων, εἴπῃ ζητοῦντες εἴχομεν αὐτῶν βελτίω καὶ ἀληθέστερα εὑρεῖν. νῦν δὲ ὁρᾷς ὅτι τρεῖς ὄντες ὑμεῖς, οἵπερ σοφώτατοι ἐστὲ τῶν νῦν Ἑλλήνων, σύ τε καὶ Πῶλος καὶ Γοργίας, οὐκ ἔχετε ἀποδεῖξαι ὡς δεῖ ἄλλον τινὰ βίον ζῆν ἢ τοῦτον, ὅσπερ καὶ ἐκεῖσε φαίνεται συμφέρων. ἀλλ' ἐν τοσούτοις λόγοις, τῶν ἄλλων ἐλεγ-

rationem, et ad hoc certamen, quod omnium hîc ſubeundorum certaminum præſtantiſſimum eſſe aio. atque tibi exprobro, quòd opem ipſe tibi ferre non poteris, quum cauſa illa agatur, ac judicium, de quo modo locutus ſum; ſed ubi ad judicem, Æginæ filium, tibi fuerit veniendum, teque ille apprehenſum egerit, hiabis vertigine correptus, nihilo ſane minus, quam ego hic, tu illic. teque fortaſſe cæderit quis in os ignominioſe, atque omni probro affecerit. Verum hæc forte tanquam anilis fabula narrari tibi videntur; eaque contemnis. nec mirum quidem eſſet hæc nobis contemni, ſicubi inveſtigantes meliora illis ac veriora poſſemus deprehendere. nunc autem vides, vos tres, qui Græcorum hujus ætatis omnium eſtis ſapientiſſimi, tu nimirum, et Polus, et Gorgias, demonſtrare non poſſe, aliam eſſe ineundam vitæ rationem, quam iſtam, quæ illic etiam conducere videtur. ſed inter tot argumentationes, dum refutantur aliæ, hæc ſola

χομένων, μόνος οὗτος ἠρεμεῖ ὁ λόγος, ὡς εὐλαβητέον ἐστὶ τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι· καὶ παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον, οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθὸν, ἀλλὰ τὸ εἶναι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ· ἐὰν δέ τις κατά τι κακὸς γίγνηται, κολαστέος ἐστί· καὶ τοῦτο δεύτερον ἀγαθὸν μετὰ τὸ εἶναι δίκαιον, τὸ γίγνεσθαι, καὶ κολαζόμενον διδόναι δίκην· καὶ πᾶσαν κολακείαν καὶ τὴν περὶ ἑαυτὸν, καὶ τὴν περὶ τοὺς ἄλλους, καὶ περὶ ὀλίγους, καὶ περὶ πολλοὺς, φευκτέον· καὶ τῇ ῥητορικῇ οὕτω χρηστέον, ἐπὶ τὸ δίκαιον ἀεὶ, καὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃ πράξει. Ἐμοὶ μὲν οὖν πειθόμενος, ἀκολούθησον ἐνταῦθα οἷ ἀφικόμενος εὐδαιμονήσεις καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας, ὡς ὁ λόγος σημαίνει. καὶ ἔασον τινὰ σου καταφρονῆσαι, ὡς ἀνοήτου, καὶ προπηλακίσαι ἐὰν βούληται. καὶ, ναὶ μὰ Δία, σύ γε θαῤῥῶν [1] πατάξαι τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν. οὐδὲν γὰρ δεινὸν πείσῃ, ἐὰν τῷ ὄντι ἦς καλὸς κἀγαθὸς,

ſtat immota: Cavendum nimirum eſſe magis, ne injuriam faciamus, quam ne patiamur; atque in id maxime omnium homini ſtudendum eſſe, non ut bonus videatur, ſed ut re ipſa ſit, tam privatim quam publice; ſi quis autem aliqua in re ſit malus, illum eſſe puniendum; et hoc quidem proximum eſſe bonum poſt ipſam juſtitiam, juſtum videlicet fieri, et caſtigatum pœnas pendere; omnemque adulationem et in ſe ipſum, et in alios, et in paucos, et in multos, ei eſſe fugiendam; atque ad hunc modum utendum eſſe rhetorica ſemper, ad juſtitiam nimirum, omnique alia vitæ actione. Me itaque audi, atque illuc ſequere, quò ubi perveneris, beatus eris, tam vivus quam mortuus, quomodo argumentatione oſtenditur. et ſine, ut te quis contemnat, tanquam inſipientem, atque, ſi velit, opprobrio afficiat, imo vero, animo tuo fidenti, ignominioſa hac plaga percutiat. nihil enim grave patieris, ſi mo-

1 *πατάξαι MS. Bodl.* Vide not.

ἀσκῶν ἀρετήν· κἄπειτα οὕτω κοινῇ ἀσκήσαντες, τότε ἤδη, ἐὰν δοκῇ χρῆναι, ἐπιθησόμεθα τοῖς πολιτικοῖς, ἢ ὁποῖον ἄν τι δοκῇ, τότε βουλευσόμεθα, βελτίους ὄντες βουλεύεσθαι ἢ νῦν. αἰσχρὸν γὰρ ἔχοντάς γε ὡς νῦν φαινόμεθα ἔχειν, ἔπειτα νεανιεύεσθαι ὥς τι ὄντας· οἷς οὐδέποτε ταυτὰ δοκεῖ περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ ταῦτα, περὶ τῶν μεγίστων· εἰς τοσοῦτον ἥκομεν ἀπαιδευσίας. ὥσπερ οὖν ἡγεμόνι τῷ λόγῳ χρησώμεθα τῷ νῦν παραφανέντι· ὃς ἡμῖν σημαίνει ὅτι οὗτος ὁ τρόπος ἄριστος τοῦ βίου, τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἀσκοῦντας, καὶ ζῆν καὶ τεθνάναι. τούτῳ οὖν ἑπώμεθα, καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλῶμεν, μὴ ἐκείνῳ, ᾧ σὺ πιστεύων ἐμὲ παρακαλεῖς· ἔστι γὰρ οὐδενὸς ἄξιος, ὦ Καλλίκλεις.

ΤΕΛΟΣ ΓΟΡΓΙΟΥ Η ΠΕΡΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ.

do re ipſa ſis probus atque honeſtus, virtute exercitatus; deinde poſtquam ita communiter noſmet illâ exercuerimus, tum vero, ſi quidem illud oportere videbitur, nos ad rempublicam conferemus, aut, quicquid viſum fuerit, tunc moliemur, tanquam qui ad moliendum quid aptiores futuri ſumus, quam in præſenti ſumus. turpe eſt enim nos quidem ita comparatos, ut nunc comparati eſſe videmur, noſmet jactare, quaſi aliquid ſimus; quibus nimirum de iiſdem rebus nunquam eadem conſtat ſententia, idque de rebus maximis; eò imperitiæ proceſſimus. quare hac argumentatione, quæ modo innotuit, tanquam duce utamur; qua nobis oſtenditur, optimam hanc eſſe vitæ agendæ rationem, ſcilicet in juſtitiæ cultura cæterarumque virtutum vivere atque mori. hanc igitur ſequamur, et ad eam alios omnes cohortemur; non vero illam, cui tu confiſus, me cohortaris; eſt enim nullius pretii, mi Callicles.

FINIS GORGIÆ SIVE LIBRI DE RHETORICA.

NOTÆ

ET

VARIÆ LECTIONES.

Index Librorum Præcipuorum,

Unde Lectiones Variæ deſcriptæ ſunt.

PLatonis Opera Græce apud Aldum, *Venet.* 1513.
——————— apud Joan. Valderum, *Baſil.* 1534.
——————— apud Henrichum Petri, *ibid.* 1556.
——————— apud Henricum Stephanum, cum Joan. Serrani Interpretatione Latina. *Pariſ.* 1578.
——————— e Codd. MSS. a Marſilio Ficino Latine verſa, *Venet.* 1491.
——————— a Jano Cornario Latine verſa, cum nonnullis Cod. MSti Lectionibus, *Baſil.* 1561.
——— Gorgias, Codex MS. in Biblioth. Bodleiana.

Plutarchi Moralia Opuſcula, *Baſil.* 1542.
——— Opera, H. Steph. *Pariſ.* 1572.
——————— Rualdi, *ibid.* 1624.
Ariſtidis Opera, *Florentiæ*, 1517.
——————— P. Steph. *Pariſ.* 1604.
——————— cum Variis Lectionibus, Jebb. *Oxon.* 1730.
Jamblichi Protrepticæ Orationes ad Philoſophiam ex Officin. Commelin. *Franckeræ*, 1598.
Euſebii Præparatio Evangelica apud Robertum Stephanum, *Pariſ.* 1544.
——————— Vigeri, *ibid.* 1628.
——————— MS. in Biblioth. Coll. D. Joan. Baptiſtæ, Oxon.
Theodoreti Græcarum Affectionum Curatio, Sylburgii, ex Officin. Commelin. 1592.
——————— Sirmondi, *Pariſ.* 1642, cum Garnerii Auctario, *ibid.* 1684.
——————— MS. in Biblioth. Bodleiana.
Stobæi Sententiæ, *Tigur.* 1543.
——————— *Francof.* 1581.
——————— *Lugd.* 1608.
——————— MS. in Biblioth. Coll. Nov. Oxon.
——————— et Eclogæ, *Aurel. Allobr.* 1609.
——— Eclogæ, *Antverp.* 1575.

ADNOTATIONES

IN EUTHYDEMUM

CUM

VARIETATE LECTIONIS.

P. 1. TA ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ — ΚΤΗΣΙΠΠΟΣ.] Nullæ præfiguntur perſonæ in Editionibus ante Stephanum; exhibet autem illas vetus etiam interpres Ficinus. Nomina Euthydemi, Dionyſodori, Cliniæ, Cteſippi, uncis includenda curavi, quoniam hi ipſi non loquuntur, verum ita traditur diſputatio, quaſi narretur res, non quaſi agatur.

l. 1. Τίς ἦν, ὦ Σώκρατες —— περιειστήκει] Verba hæc a Demetrio citata ſunt in *Libello* περὶ ἑρμηνείας, §. 235, *Ed. Gale.* ſine variatione. Illa ad l. 7 hoc modo proferuntur: Ἀλλά μοι ξένος τις φαίνεται εἶναι ᾧ διελέγου. τίς ἦν;

ibid. ἐν Λυκείῳ] Athenis erant multa gymnaſia, inter quæ celebre Lyceum.

P. 2, l. 2. ὦ Κρίτων] Is Socratis auditor fuit; et quanti magiſtrum fecerit, apud Laertium vide, qui paucis eum commemorat, atque etiam quæ ſcripſit; quibus addas ex Suida Socratis defenſionem. Omnia autem nobis perierunt. Induxit eum in *Phædone* ſuo Plato ſuprema in Socratem officia præſtantem, et in dialogo, qui nomine ipſius Critonis inſcribitur, fugam illi e carcere perſuadentem. De eo interdum quoque Xenophon.

ibid. ἤστην] ἤτην formam communem habet *Ed. Baſileenſis uterque*, ſed forte error eſt typographi. Certe ἤστην recte ſervatur ab iiſdem edd. ad p. 3, l. 11.

l. 4. τὸ Ἀξιόχου μειράκιον] Huic adoleſcenti nomen Clinias erat. Alcibiadem τὸν πάνυ patruelem habebat, uti infra oſtenditur ad §.4 Partes in iſthac diſputatione cum Euthydemo ſuſtinuiſſe refertur; atque ejus rogatu Socrates cum Axiocho in cognomine dialogo, Æſchini vulgo aſcripto, contra mortis timorem diſputat. Hic interim

terim eſt ille Axiochus, qui cum Euryptolemo duces reos auſus eſt defendere, quos Athenienſes, propter naufragos in navali ad Arginuſas prœlio relictos, crudeliter condemnaverunt. Confer Xenophontem in *Hiſt. Græc.* fine Lib. 1, et Auctorem *Axiochi*, c. 12 *Ed. Clerici*, p. 368 D *Ed. Steph.* Quæ autem ad Socratis conſtantiam in hoc negotio attinent, notabo infra ad *Gorgiam* p. 163.

l. 6. Κριτοβούλου] Hujus meminit ſæpe Xenophon, aliquando Plato. Cliniæ filii Axiochi amicus fuit, et eximiâ formâ juvenis. Vide Xen. *Sympoſ.* p. 882 *Ed. Leunclav.* Sed plura de iſthoc Critonis filio ſub finem dialogi notanda.

ibid. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν σκληφρὸς, οὗτος δὲ προσφερὴς, καὶ καλὸς &c.] Dici hæc de duobus illis hoſpitibus videntur, quibuſcum refert ſe collocutum eſſe Socrates. De vocibus autem σκληφρὸς et προσφερὴς Julius Pollux in *Onomaſtico*, Platonis reſpiciens locum: προσφερὴς λέγεται, ὁ τῷ μὲν χρόνῳ νεώτερος, τῇ δὲ ὄψει δοκῶν πρεσβύτερος. σκληφρὸς δὲ, ὁ τούτῳ ὑπεναντίος, ὃν καὶ νεοειδῆ ἂν εἴποις. Θεόπομπος δὲ ὁ κωμικὸς, ἐπὶ γυναικὸς εἴρηκεν αὐτό. L. 2, c. 2, Segm. 10. Huic quidem interpretationi nonnihil ſavet, quòd natu minor Euthydemus, major Dionyſodorus fuiſſe conſtet. Vide §. 12. Sed tamen de ipſius veritate vehementer dubito. Video quidem vocem προσφερὴς ſimiliter interpretantem Heſychium: προσφερεῖς. οἱ νέοι μὲν ὄντες, πρεσβύτεροι δὲ φαινόμενοι· eadem quoque Harpocration, Photius in *Lexico* ined. et Suidas; qui citant Æſchinis *Orat. contra Timarchum*; locus extat ad p. 29 *Ed. Taylori*; ſed exinde ſenſus, quem grammatici una cum Æſchinis Scholiaſta voci προσφερὴς attribuunt, vix eruendus videtur. Nec aliter judicarunt cl. Taylorus ad locum, et Hen. Steph. in *Theſauro Gr.* Cornarius autem in verſione ſua Platonis interpretatur eam Latinâ voce, *habitior*, ut de habitudine ſive obeſitate corporis intelligatur. Atque ita quidem vox iſta τῷ σκληφρὸς *(is qui macilenti* ſive *attenuati corporis eſt)* ſatis apte opponeretur; ſed exemplum hujus ſenſus deſidero. Itaque προσφερὴς pro ſolita ejus ſignificatione interpretor *provecta ætate hominem.* Quod ad vocem alteram σκληφρὸς attinet, Heſychii gloſſam, non Pollucis, ſequendam duco: Σκληφροί. οἱ ἰσχνοὶ καὶ λεπτοὶ τοῖς σώμασι. Photius quoque in *Lex.* ined. habet. Σκληφρόν. τὸν κατεσκληκότα τὴν ἰδέαν.

l. 8.

l. 8. Εὐθύδημος — Διονυσόδωρος] Hi, ut ſtatim poſt dicitur, Chii patriâ ſuerunt, Thuriorum incolæ; major autem natu, ut infra patet, (§. 12) Dionyſodorus. Tamen ille alter diſputationi præfuiſſe videtur, cujus nomine inſcribitur dialogus. Par quoddam ſophiſtarum erant eo tempore celebre, ut vel ex eo apparet, quòd Platoni notatione digni viderentur. Dicuntur porro, ad §. 33, νῦν σοφώτατοι εἶναι τῶν περὶ τοὺς τοιούτους λόγους, i.e. σοφιστικούς. Eorundem ſemel atque iterum meminit Sextus Empiricus, in Lib. 7 *adv. Mathematicos.* Ita ad p. 140, *Ed. Aurel.* Ἐπὶ δὲ τὸ λογικὸν κατηνέχθησαν μέρος οἱ περὶ — Διονυσόδωρόν τε καὶ Εὐθύδημον Θούριον· ὧν μέμνηται καὶ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Εὐθυδήμῳ. Memorat quoque Euthydemum Plato noſter in *Cratylo*, p. 386, *Edit. Steph.* et Ariſtoteles in *Lib.* περὶ Σοφιστικῶν Ἐλέγχων, c. 20, *Ed. Du Val.*

l. 11. Καινοί τινες αὖ &c.] Hæc et ſequentia dici poſſe a Critone uſque ad illa Οὗτοι &c. notat Stephanus. Eam quoque diſtributionem jam ante habebat in *interpretatione* ſua Cornarius. Sed recta, ni fallor, recepta verborum partitio. Omittuntur interim in *Aldina* nomina ante Καινοί· Ποδαποί· Οὗτοι.

l. 12. σοφισταί] Quicunque ſcientiam aliquam vel artem excolebant, interdum ſophiſtæ dicti ſunt, potiſſimum vero ii, qui eruditi literis fuerunt. Confer Laertium *in præfat.* Scholiaſtam Ariſtophanis ad *Nubes*, v. 330, Suidam in *voce*, alioſque multos. Poſtea vero cœpit in invidia eſſe hæc appellatio, eo quod ſubſecuti ſint illi, qui ſubtilitates vanas, opinioneſque a vera philoſophia abhorrentes, turpiſſime venditarunt. Illa quoque prudentia, quæ velut diſciplina quædam per ſucceſſionem a Solone erat traducta, et in publicarum rerum ordinatione colebatur, a ſophiſtis, ut refert Plutarchus, cum forenſibus negotiis commiſta fuit, et a rebus in verba trajecta. *Vit. Themiſtoc.* p. 112 D, *Ed. Pariſ.* Ii autem ſophiſtæ, qui artium doctores erant, Græcorum urbes obiere, maximeque Athenas, celeberrimum illud literaturæ emporium; orationeſque ſuas ac diſciplinas oſtentantes, nam omnia ſe ſcire atque docere poſſe profitebantur, magnum ſibi quæſtum faciebant. Socratis quidem atque Platonis ævo maxime increbuit glorioſa

hæc ſcientiæ oſtentatio. Eam igitur pro viribus oppugnabant omnes genuinæ ſapientiæ ſectatores, potiſſimum vero, primuſque omnium, parens ille philoſophiæ, Socrates, qui ſimplex diſſerendi genus, ſubtile tamen atque facetum, contra declamatorios et dogmaticos ſophiſtas uſurpare ſolitus eſt. Quamobrem inducit eum in ſermonibus Plato hoſce veritatis hoſtes juvenumque corruptores redarguentem. Quibus autem rebus differt a philoſopho ſophiſta, Alcinous docebit, *De Doctr. Plat.* c. ult. Eoſdem quoque inertes homines præſtigiis et captionibus eruditos paucis verbis Cicero complectitur, *Sophiſtæ* (inquit) *appellabantur ii, qui oſtentationis aut quæſtûs cauſa philoſophantur. Lucullo*, §. 23. Simile quid Ariſtoteles, περὶ Σοφισ. Ἐλέγχων, c. 1. Alias denique præbebit definitiones Platonis noſtri dialogus, cui titulus *Sophiſta.*

l. 14. ἀπῴκησαν δὲ ἐς Θουρίους] Thurii, aliter Thurium, oppidum fuit Magnæ Græciæ inter Sybarim Crathimque fluvios collocatum. Ei Sybaris nomen erat, priuſquam a Crotoniatibus everteretur, ſed poſtea, cum ab Athenienſium colonia in loco vicino denuo eſſet ædificatum, Thurium ex fonte Thuria dicebatur. Strabo, L. 6 *Geogr.* p. 263, *Ed. Caſaub. Pariſ.* Diod. Siculus, L. 12, c. 10, p. 484, Schol. Ariſtoph. ad *Nub.* v. 331. Videntur et hi ſophiſtæ Chii inter illos fuiſſe, qui ſe Thurios eo tempore contulere, ſimiliter ac Herodotus Halicarnaſſenſis, et Lyſias Syracuſanus. Plutarch. *De Exilio*, p. 604, et *De Vitt. Decem Rhet.* c. 3, p. 835. Certe tempora conveniunt; hæc enim colonia Athenienſis paulo ante initium Olympiadis 84 deducta eſt; quo tempore annos natus erat æqualis horum ſophiſtarum Socrates circiter 24; is enim in lucem editus eſt anno quarto Olymp. 77. Utcunque ſit, fuerintne hi fratres inter primos ἀποίκους, necne, non verum eſt, quod ſcribit memoria lapſus Athenæus, retuliſſe in *Euthydemo* Platonem eos e Chio patria ſua *fugiſſe*; L. 11 *Deipnoſophiſt.* c. ult. p. 506, *Ed. Caſaub.*

ibid. φεύγοντες δὲ ἐκεῖθεν] Exprobrare hîc fratribus de civitate ſua fugam videtur Plato. Vide Athenæi locum jam citatum. Hi enim diu, ni fallor, Thuriis vixerunt, unde Euthydemus

demus a Sexto Empirico in loco ſupra exſcripto, ad p. 305, Thurius dicebatur. Atque alios quoſdam e veteribus ſophiſtis ex urbibus Græcis exterminatos eſſe, a Philoſtrato aliiſque refertur, qui ipſorum vitas literis conſignaverunt. Conſulas item *Gorgiam*, §. 8. Etenim ubique male omnes audiebant propter avaritiam ſuam, juventutiſque corruptionem, et alia vitia quamplurima. Vide Iſocratem in ipſo init. *Helenæ Encom.* et *Orationis contra Sophiſtas.* Athenienſes quoque, ut refert Philoſtratus, eos judiciis propter fallacem eloquentiam prohibuerunt. L. 1 *Vitt. Sophiſt.* p. 488, *Ed. Morel.* In eoſdem acriter invehitur apud *Menonem* Anytus, p. 91 et 92. Similiterque illi omnes, qui in republica verſati ſunt, hos tanquam in inerti et inani deſidia viventes proſcindere ſolebant; eſt enim notandum non æque omnes ſophiſtas reipublicæ adminiſtrationem affectaſſe; quam quidem gerere, ſeu bene ſeu ſecus, non cuivis homini contingit. Nec vero ſibi ſolis, ſed etiam philoſophis odium atque invidiam conciliabant. Vide quæ in hujuſce dialogi fine dicuntur, §. 33 ac deinceps: et quæ blaterat in *Gorgia* Callicles; §. 31, 32: Iſocratem quoque *contra Sophiſtas.* Nonniſi igitur apud animos ab ipſis callide illaqueatos ſophiſtæ aliquid tandem valuiſſe videntur.

P. 3, l. 2. ᾔδειν] Monet cl. Pierſonus ad Mœridem Atticiſtam (v. Ἤιδη), ᾔδη huic loco, atque etiam *Phædoni* §. 8, reſtituendum ope Photii in *Lexico* MS. Ἤιδη, ἀντὶ τοῦ ᾔδειν, inquit Photius, Εὐθυδήμῳ, καὶ τῷ περὶ ψυχῆς· ἀλλὰ σχεδὸν μέν τι ᾔδη ὁ Κρίτων. Ubi ſic hodie apud Platonem editur, ἀλλὰ σχεδὸν μέντοι ᾔδειν, ἔφη ὁ Κρίτων. Sed inter aliam varietatem non τὶ, ſed τί, pro τοὶ legitur in Photii MSS. qui in bibliothecis *Bodleiana* et *Collegii Reginenſis* apud *Oxoniam* adſervantur, quique e *codice Galeano* deſcripti ſunt. Cæterum recte omnino ᾔδειν in ᾔδη formam Atticam mutandum, ipſe quoque Pierſonus ibi oſtendit, cui addas virum græce doctiſſimum, Ricardum Dawes, in *Miſcell. Critic.* Sect. v, p. 230, *Ed. Burgeſs.* Nec minus certum, quod ibidem aſſerit Pierſonus, ſcilicet Atticas verborum formas, quas in Platonis libris ſe reperiſſe teſtatur Panætius apud Euſtath.

ſtath. ad *Odyſſ.* ψ, p. 813, *Ed. Baſil.* in noſtris editionibus ubique obliterari.

ibid. παγκρατιασταὶ] παγκρατισταὶ *Ald.* et *Baſileenſes*; quæ tamen habent παγκρατιαστικῇ l. 12. Τὸ παγκράτιον exercitium erat, quod lucta et pugillatu conſtabat. De eo Potterus, *Archæol. Græc.* L. 2, c. 21. Dicebatur illud παγκράτιον et παμμάχιον, ut plerique ſentiunt, eo quod tota vi corporis et omnigena pugna pancratiaſtæ uterentur. Sed aliam quandam hujuſce vocis originem afferre infra videtur Plato. l. 6.

l. 4. τὼ 'Ακαρνᾶνε] Duos pancratiaſtas, ut videtur, temporibus illis inſignes. Patria eorum Acarnania Græciæ regio eſt, Ætoliæ contermina. Strabo L. 10, p. 449.

ibid. τὼ παγκρατιαστὰ] παγκρατιστὰ *Ald. Baſ.* 1. παγκρατισταὶ *Baſ.* 2.

l. 6. σώματι] στόματι *Baſileenſes.*

ibid. μάχῃ ἣ πάντων ἐστὶ κρατεῖν· ἐν ὅπλοις γὰρ &c.] Non revera quidem pancratio experti erant ſophiſtæ; in voce tamen παγκρατίῳ ludit Socrates, aut ἐτυμολογεῖ· quaſi dixiſſet, Fratres iſti τοῦ παγκρατίου, æque ac ii Acarnanes, periti ſunt, pugnæ enim ſunt gnari, quâ πάντων ἐστὶ κρατεῖν· ἐν ὅπλοις γὰρ αὐτώ τε σοφὼ πάνυ μάχεσθαι, καὶ ἄλλον &c. Hujus quidem exercitii juvenes habebant præceptores, idque, ut in re militari utiliſſimum, laudat Nicias, parvi autem æſtimat Laches, in cognomini dialogo, p. 181 et deinc. qui ambo, ni fallor, duces illi erant, quos memorat ſæpe Thucydides. Noſtri autem ſophiſtæ, quos ut παγκρατιαστὰς, ſive *omnium horarum homines*, deridet Socrates, non tantum τῆς ὁπλομαχίας peritiam ſibi aſſumpſiſſe referuntur, ſed etiam omnis ſcientiæ militaris. Vide infra, p. 7.

l. 10. συγγράφεσθαι λόγους] συγγράφησθαι *Ald.* Lex Attica erat, qua cautum eſt, ut litigatores pro ſe ipſi dicere cogerentur. Cui fraudem faciendi cauſâ, mos erat, ut iis alii orationes ſcriberent. Conſ. Quinctill. *De Inſtit. Orat.* L. 2, c. 15, ſub finem. Hac in re verſatum eſſe Æchinem Socraticum perhibet Laertius. *Vit. Æſchinis.*

P. 4, l. 3. ἐν νῷ] ἐννῷ *Ald.* et poſtea ad p. 5, l. 15.

l. 10. προπέρυσι] προπέρυσι *Baſ.* 1. προπέρυσιν *Baſ.* 2.

l. 12.

l. 12. Κόννῳ] Nobiliſſimo fidicini, ut Cicero loquitur, *Epiſt. Fam.* 9, 22. Memorat eum in *Menexeno* quoque Plato, p. 235.

ibid. ἐμὲ διδάσκει ἔτι καὶ νῦν κιθαρίζειν] Muſicam apud Græcos maximo honore habitam eſſe teſtatur antiquitas. Neceſſaria pars educationis erat; Athenis quoque legibus ſancita; *Diſcebant eam omnes*, (inquit Cicero) *nec qui neſciebat, ſatis excultus doctrina habebatur. Tuſc. Diſp.* L. 1, c. 2. Vide et Quintill. *De Inſt. Orat.* L. 1, c. 10. Ipſe quoque Socrates, jam ſenex, apud Connum fidibus didiciſſe hic dicitur; deriſuſque propter illud, reſpondit, Ὅτι κρεῖττόν ἐστιν ὀψιμαθῆ μᾶλλον ἢ ἀμαθῆ διαβάλλεσθαι. Sextus Empiricus *adv. Mathemat.* L. 6, p. 129; conſ. et Val. Max. 8, 7, Suidam in v. Σώκρ. qui dictum hoc τὸ Σόλωνος appellat. Sed nonnihil diverſum eſt celebre id Solonis effatum, Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος, de quo vide Platonem, in *Lachet.* p. 189, et L. 7 *De Repub.* p. 536. Aſſidue etiam ſaltare conſuevit Socrates, uti ait Laertius, id ipſum, Xenophonte teſte in *Sympoſio* (c. 2, §. 15, &c.) ſaluberrimum exiſtimans. *Laert. Vit. Socrat.* De Epaminonda quoque, uti omnibus fere notum eſt, eadem commemorant, Cicero alicubi, et Nepos in *Præfat.* et *Vit. ejuſdem.* Sed veteres tamen Romani quo loco muſicam et ſaltationem habebant, (etſi, ſecundum Fabium aliosque auctores, epulis ſuis et ludis fides atque tibias adhibere ſolerent) cum ex Scipionis Catoniſque verbis, a Macrobio citatis, videre eſt, *Saturn.* L. 3, c. 10, *Ed. Gronov.* tum ex Ciceronis Oratione *pro Muræna*, cui cum Cato objeciſſet ut probrum, quod is in Aſia dum ſaltabat, conſpectus eſſet, Cicero illius defenſione ſuſcepta non excuſat, ſed factum pernegat. *Nemo* (inquit) *fere ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit, neque in ſolitudine, neque in convivio moderato atque honeſto.* §. 6, *Edit. Olivet.* Vide et Corn. Nepot. in locis modo laudatis. Ab hac tamen morum ſeveritate illis quoque temporibus multos, eoſque non plane diſſolutos, nonnihil remiſiſſe conſtat, neque univerſe turpe fuiſſe et indecorum Romæ canere, aut ſaltare. Conſulas Macrobium in loco jam laudato.

l. 15.

l. 15. *γεροντοδιδάσκαλον*] De dicto *παροιμιώδει*, *Senis doctor*, agit Eraſmus, in *Chiliad.* p. 329, *Ed. Francof.* Sed hæc inter ſophiſtæ, cum arte ſua, ut ita loquar, *παχυμάθητῃ*, ſalſe perſtringuntur, quòd in re, quam nuper et ætate provectiores attigerant, partes doctorum agant. Indeque Athenæus, atque ex aliis criminibus ab eo allatis, in loco quem ſupra citabam, Platonem animo omnibus infenſo arceſſit; Ἐν δὲ τῷ Εὐθυδήμῳ (inquit) *αὐτὸν καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Διονυσιόδωρον προπηλακίζων* (*Plato*) *καὶ καλῶν* ΟΨΙΜΑΘΕΙΣ, *ἔτι τε ἐριστὰς ὀνομάζων, ὀνειδίζει αὐτοῖς καὶ τὴν ἐκ Χίου τῆς πατρίδος φυγὴν, ἀφ᾽ ἧς ἐν Θουρίοις κατῳκίσθησαν.* *Deipnoſ.* L. 11, c. ult. p. 506. In *Sophiſta* quoque Platonis *οἱ ὀψιμαθεῖς τῶν γερόντων* ridentur, ſcilicet qui argutiis vaniſque litibus litabant. p. 251. Abſit vero, ut quæ diſcere oportet, vel a ſene negligantur; dixit enim, teſte Laertio, Socrates, *μηδὲν ἄτοπον εἶναι, ἄν τις μὴ οἶδεν ἐκμανθάνειν.* *Vit. Socr.*

P. 5, l. 2. ἐγὼ δ᾽] *ἐγώ γ᾽ Baſ.* 2.

l. 5. ἐφιέμενοι γὰρ ἐκείνων] *ἐφιέμενη Ald.* De illa *παιδεραστίᾳ*, quæ apud nonnullas Græcorum civitates lege permittebatur, conſulas doctiſſimum Potterum in *Archæol. Græc.* L. 4, c. 9. Ea autem licentia ad impias cupiditates explendas abuſos eſſe multos, notiſſimum eſt; ita tamen ut his ſophiſtis nihil iſtiuſmodi hic objici videatur. Cum vero puerorum animi faciles ſint impulſu, hos, tanquam indoctis erroribus captionibuſque, quibus involuti ſunt ipſi, promptius decipiendos, ſophiſtæ plurimum affectabant. Ita enim deſcribitur ſophiſta apud Platonis *Definitiones*: *Σοφιστὴς, νέων πλουσίων ἐνδόξων ἔμμισθος θηρευτής.* p. 415 C.

l. 6. οἶδ᾽] *οἶδ᾽ Ald.* *οἱ δ᾽ Baſileenſes.*

ibid. *παιδεύσουσιν*] *παιδεύουσιν Baſ.* 1. *παιδεύσουσι Baſ.* 2.

l. 8. ὅ,τι] *ὅτι Ald. Baſileenſes.*

l. 14. τῷ ἀποδυτηρίῳ] Gymnaſii loco, ubi veſtes exuebant, qui lavabant, aut exercebantur.

l. 15. *τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον*] Socrati peculiarem adfuiſſe Genium, paſſim tradunt veteres. Qua de re conſulas, quæ adnotabat in *Euthyph.* cl. Forſter. p. 325. Obiter tamen noto, Dæmonion hoc (ut ex Platonis *Theage*, p. 128, et *Apol. Socr.*

Socr. §. 19, ſcribit Cicero, in *Divinat.* 1, 54.) nunquam impuliſſe, ſæpe revocaſſe; quod hoc loco accidiſſe conſtat. Nec eſt, quod quiſquam miretur, Genium hunc Socrati eo tempore reſtitiſſe, quandoquidem digna res illo erat, quo ſemper uti ſolebat, ſigno, providere ne Clinias, et ſiqui alii adoleſcentes, (quorum bono Socrates potiſſimum ſtudebat) venena ſophiſtarum combiberent.

P. 6, l. 4. τῷ κατασέγῳ δρόμῳ] Porticu gymnaſii tecta, ubi athletæ per hyemem exercebantur. *Hæc autem porticus* ξυϛὸς *apud Græcos vocitatur, quod athletæ per hyberna tempora tectis ſtadiis exercerentur.* Vitruvius *De Architect.* L. 5, c. 11. "Cum "vero" (ut notat cl. Ruhnkenius ad Timæi Λέξεις Πλάτων. in gloſſa, Δρόμοι. ἡ περίπατος) "vel in his ipſis δρόμοις, vel in ad-"junctis hypaethris, ambulationibus quilibet civium ſpatia-"retur, δρόμοι pro ipſis ambulationibus accipi ſunt cœpti" — Unde ſtatim poſt, καὶ ἔπω τέτω δύ' ἢ τρεῖς δρόμες περιεληλυθότε ἤςην.

l. 5. Κλεινίας] De hoc adoleſcentulo nos quædam ad §. 1.

l. 7. Κτήσιππος] Is Socrati jam jam morituro adfuiſſe traditur. *Platonis Phæd.* §. 2. Ejus ingenium bonum quidem fuiſſe, ſed præcox et fervidum, non ſolum ex hoc loco, verum etiam ex partibus, quas ipſe in dialogo agit, oſtenditur. In ea tamen θερμότητι vero dialectico, Socratique potiſſimum, diſſimilis, qui nunquam exacerbatus eſt in colloquio.

l. 8. Παιανιεὺς] Athenis erant Socratis ævo tribus decem, poſtea autem, duodecim, ad quas ſingulas multi Atticæ pagi (δῆμοι) attinebant. Ita duo pagi Παιανιὰ καθύπερθεν et Παιανιὰ ὑπένερθεν tribus Pandionidis erant. Vide Meurſium *De Populis Atticis*, p. 768, apud *Gronovii Antiquit. Græc.* T. IV.

l. 10. ἄντικρυς ἰὼν] Accuratior ſcriptura eſt ἀντικρὺ, ſi grammaticos audias. Ἄντικρυς καὶ ἀντικρὺ διαφέρει. Ἀντικρὺ μὲν γὰρ, τὸ ἐπ' εὐθείας, καὶ ἐξ ἐναντίας, χωρὶς τῦ σ, ὡς καταντικρύ· Ἄντικρυς δὲ, τὸ διαῤῥήδην καὶ φανερῶς. Ammonius, p. 17, *Ed. Valckenaer.* Vide et Phrynicum, init. L. 3, Herodianum, p. 462, *Edit. Pierſon.* Thomam Magiſt. v. Ἀπαντικρὺ, Heſychium, Etymolog. M. Suidam; et viros doctiſſimos ad hos ſcriptores. Sed non hoc tantum loco ſcribitur ἄντικρυς, hoc ſenſu, ſed etiam

in

in tribus aliis locis ab H. Steph. in *Theſ.* v. ἄντικρυς, et Rhunken. ad Timæum, v. ἀντικρὺ, laudatis. Cyrilli quoque *Lex.* MS. *Bodl.* gloſſa eſt, ἀντικρὺ, ἐξεναντίας, κατέναντιας, ἄντικρυς.

P. 7, l. 3. Ὦ Κλεινία] Abſunt ab *Ald. Baſ.* 1.

l. 5. τὰ γὰρ περὶ τὸν πόλεμον πάντα ἐπίστασθον.] Inter cæteras diſciplinas, re militari Græca juventus inſtituebatur. Quod fortaſſe, ſi θεωρίαν ſpectes, multum illis prodeſſet. Certe apud Xenophontem juvenem quendam ſtudioſe mittit Socrates ad Dionyſodorum, (noſtrum forſan τῶν τακτικῶν profeſſorem) ut in iis inſtituatur. *Mem. Socr.* 3, 1. Arrogantes autem ſophiſtæ imperatorem numeris omnibus abſolutum, modò pactum eſſet de mercede, parati fuerunt in aciem dimittere, quem nullus unquam magiſter, niſi caſtra, ſatis inſtruebat. Celebre eſt magni Hannibalis de Phormione Peripatetico judicium, qui coram ſe aliquot horas (ut rem narrat Cicero, *De Orat.* 2, 18) de imperatoris officio et de omni re militari copioſe dixerat.

l. 11. ἀλλήλω] ἀλλήλους *Ald. Baſ.* 1.

l. 14. ὑμῶν] ἡμῶν *Baſileenſes.*

P. 8, l. 3. οἷον (ἦν δ' ἐγὼ)] οἷον ἔφην ἦν δ' ἐγὼ *Baſ.* 2: quod ἔφην forte e gloſſemate in codicem aliquem irrepſerit; grammatici enim τὸ ἦν δ' ἐγὼ ſic explicare ſolent: Ἦν δ' ἐγώ, ἀντὶ τοῦ, ἔφην ἐγώ· Photius in *Lexico* MS. Similiter Heſychius, Etym. Magn. Suidas.

l. 5. ὡς, τὸ πολὺ, τοῦτο δεινοῖν ὄντοιν, &c.] In *Ald.* et *Stephani Editt.* τοῦτο a δεινοῖν ὄντοιν male dividitur.

l. 7. ἐπιδημείτην] ἐπιδημησαίτην. hanc lectionem affert in *margine* exempli ſui Stephanus. Extat in *Baſ.* 2.

l. 8. ἵλεω εἴητον. ἀτεχνῶς γὰρ &c.] Quanquam ſophiſtas in ſe virtutis doctrinam recipientes (cujus rei profeſſione præcipue gloriabantur) ludibrio habet hîc Socrates, "aperte tamen declarat, (ut ait Ficinus, doctiſſimus Platonis interpres) dum eos quaſi Deos obſecrat, ab ipſo Deo virtutem eſſe petendam, hominesque virtute præditos quaſi divinos habendos eſſe." *Euthyd. Argument.* Virtutem enim, illam ſcilicet prudentiam, quæ in publicis ſimul et privatis officiis verſatur, ab ullo ſine divina ope doceri poſſe, vix aut ne vix quidem philoſophus noſter cenſebat. l. 10.

l. 10. εἰρημένων] εἰρημένον *Ald.*

l. 15. ποσόνδέ μοι εἴπετον] Fortaſſe πόσονδε δέ μοι εἴπ. ut aliquanto poſt, τόδε δέ μοι εἴπετον. (p. 10, l. 9) Stephanus. Recte, opinor; certe habet vetus Ficini *verſio, Verum dicite quæſo, utrum* &c.

P. 9, l. 2. ἢ, πῶς σφῷν βεβούλευται;] Legenda hæc cum interrogatione vir quidam doctiſſimus putabat.

l. 4. οἱ μὴ ἔχοντες] Scil. σοφίαν, quæ vox ſupra occurrit ad l. 1.

l. 9. ἐμοὶ δοκεῖν] Fortaſſe deeſt et hîc δὲ pro ἐμοί. Steph. Hoc loco particula δὲ non opus mihi videtur. — Omnia a verbis, ἤδη περιϊστάμενος, uſque ad illa, τούτους δὴ ἐγὼ δεικνὺς &c. in pagina proxime ſequente, l. 1, per interpoſitionem dicuntur.

l. 11. ἐπισκόπει] In præcedentibus *editionibus* male ἐπισκήπτει. Steph. Legendum ἐπισκήπτει monebat ante Stephanum Cornarius; imo ita verterat primus omnium Ficinus, quaſi in *codicibus* ſuis hanc vocem legeret.

P. 10, l. 3. προθύμως] προθύμος *Ald.*

l. 7. χαρίσασθον] Χαρίζεσθαι. κοινῶς μὲν, ὡς οἱ πολλοί. ἰδίως δὲ, ἐπὶ ἀφροδισίων. ἢ ἐπὶ τοῦ ἐν λόγῳ ὑποκατακλίνεσθαι. Timæi Λέξεις Πλάτ.

l. 8. ἐπιδείξασθον] Ἐπιδεικνύναι et ἐπίδειξις (voces a Platone paſſim de ſophiſtarum prælectionibus uſurpatæ) apud alios quoque auctores de orationibus, in quibus vim ſui ingenii atque ſcientiam oſtentat orator, adhibentur. Unde Ἐπίδειξας. ἐπιδεικτιῶν. κενοδοξῶν. Heſychius, v. Ἐπιείξας, ubi Ἐπιδείξας pro Ἐπιείξας Salmaſius reponit. Similiter *Lexicon* Cyrillo aſcriptum MS. in *Biblioth. Bodl.* Ἐπιδεικτιῶν. κενοδοξῶν. quam gloſſam Phavorinus quoque habet.

ibid. δῆλον ὅτι] δηλονότι *Ald. Baſileenſes.*

l. 10. δύναισθ' ἂν] δύνασθ' ἂν *Ald.*

l. 15. ἂν] Deeſt in *Baſileenſ.*

P. 11, l. 11. ἔστι δὲ οὗτος Ἀξιόχου μὲν υἱὸς, τοῦ Ἀλκιβ.] Fruſtra hunc locum tentaſſe Meurſium, L. 6 *Lect. Att.* c. 12, oſtendit Valeſius ad *Notas Mauſſaci in Harpocrat.* p. 213, et in

Emendatt. L. 4, c. 1; genuſque Cliniæ et Alcibiadis ex auctoribus ſic conſtituit.

Alcibiades Magnus.

Clinias.	Axiochus.
quem in pugna Coroneæ occubuiſſe refert Plato *Alcib.* 1, §. 31, *Ed. Etwall.*	de quo ſupra ad §. 1.
Alcibiades. Clinias.	Clinias noſter.

Cliniam Alcibiadis fratrem minorem tanquam indocilem notat Plato in *Protagora*, p. 320 A, et ut inſanum hominem in *Alcib.* 1*mo*, §. 11.

P. 12, l. 8. ὥστε ἐπιεικῶς θάῤῥει τὸ ἀποκρίνεσθαι] Fortaſſe θαῤῥεῖ, ut de ipſo adoleſcente dicatur. Steph. Vertit quidem Ficinus, *Quocirca conſentaneum eſt ut reſpondere nunc audeat*; extat vero, quæ forte melior vel per ſe ſit, in omnibus *editionibus* recepta lectio, eamque ſequuntur interpretes Cornarius et Serranus.

l. 12. ἀρχόμενος τῆς διηγήσεως] ἀρχόμενος τοσῆς δὲ (leg. τοσῆσδε) τῆς διηγήσεως, *Baſ.* 2. quod Ficinus inveniſſe in codicibus ſuis videtur, dum vertit, *priuſquam* tantæ *rei narrationem exordiar.*

ibid. Μούσας τε καὶ Μνημοσύνην ἐπικαλεῖσθαι] Muſæ ſecundum elegantem veterum μυθολογίαν a Jove et Mnemoſyne, hæc eſt Memoria, natæ ſunt. Hancque proſapiam cum temporibus illis aptiſſime convenire, in quibus adhuc latuiſſe videtur literarum inventio, notat vir ingenioſiſſimus Robertus Wood, in *Diſſert. de Homero*, p. 260, Anglice ſcripta. Ita Pæan Muſæque apud Noſtri *Critiam* invocantur, maxime autem Mnemoſyne, σχεδὸν γὰρ τὰ μέγιστα (inquit Critias) ἡμῖν τῶν λόγων ἐν ταύτῃ τῇ θεῷ πάντ' ἐστί. p. 108. Iſtud autem commentum, quo Memoria Muſarum mater eſſe fingitur, doctrinæ τῆς ἀναμνήσεως accommodat Max. Tyrius, in fine *Diſſert.* 16. *Ed. Daviſ.*

P. 13, l. 3. ὅπερ σοι φαίνεται] ὁπόπερά σοι φαίν. hanc lectionem habet in *margine* Stephanus. Extat in *Baſ.* 2, *quæ tibi videntur.* Ficinus.

l. 5.

l. 5. καὶ ἐν τούτῳ ὁ Διονυσ. &c.] Hîc, atque etiam poſtea in *ſectione proxime ſequente*, vecors indicat frivolarum captionum ſtudium Dionyſodorus, non, ut Serranus putat, fratrem Euthydemum irridet.

l. 15. ὑμεῖς] ἡμεῖς *Baſ.* 2.

P. 14, l. 1. Ἄλλοτι οὖν] Ἄλλοι τι οὖν *Ald.* ἄλλοί τι οὖν *Baſ.* 1. ἄλλο τι οὖν *Baſ.* 2.

l. 7. ὥσπερ ὑπὸ διδασκάλου χορὸς ἀποσημαινομένου] "Χοροδιδάσκαλος, chori magiſter, qui docet eos, quos in chorum recepit, "quomodo canere debeant, et quomodo ſaltare." Steph. *Theſ. Græc.* in v. Munus ejus, ſive χοροδιδασκαλίαν, deſcribit quoque Plato *Alcib.* 1, §. 21. p. 79.

l. 8. ἀνεθορύβησαν] Cum præclarum aliquid dixiſſet quiſquam, aut in diſputatione ſuperior videretur, ſtrepitu applaudentium, veluti victoriæ ſigno, excipiebatur. Idque feciſſe horum ſophiſtarum ſectatores ad ſingula deinceps ab iis prolata, ſub finem dialogi narratur, §. 32. Vide et *Protag.* p. 339 et alibi. Hujuſmodi enim plauſus ſophiſtæ plurimum captaſſe videntur. Res certe philoſophantium ſcholis indigna, etſi in rhetorum aliorumque recitationibus, atque in theatrali conſeſſu, uſitata. Ab Ethnicis autem, ut id obiter notem, in eccleſiam Chriſtianam hoc malum invaſit, antiquitus enim ſplendida concionatorum dicta, argutioreſve ſententias, plauſu et tumultu cætus fidelium proſequebatur, id licet improbantibus viris gravioribus. Meminit ejus inter alios quoque patres Chryſoſtomus L. 5 *De Sacerdotio*, c. 2, p. 204, *Ed. Hughes*; ubi ſilentium auditorum vel dedecori fuiſſe concionatori conſtat, vide c. 8 ejuſd. lib. ſub finem. Atque licet mira hæc et inſolentia videantur, tamen morem haud multum abſimilem apud noſtrates noviſſimo ſeculo invaluiſſe, fidem facit, vir multis nominibus ſpectabilis, Samuel Johnſon in *Vitt. Poetarum Anglic.* Vol. 2, p. 288, ubi de vita ac ſcriptis Thomæ Sprat Epiſcopi Roffenſis agit. Nam temporibus illis, dum oratio ſacra habebatur, admurmuratione quadam auditores laudem ſuam atque aſſenſum teſtabantur.

 l. 12.

l. 12. ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστὴς] Ἀποστοματίζειν φασὶ τὸν διδάσκαλον, ὅταν κελεύει τὸν παῖδα λέγειν ἄττα ἀπὸ στόματος. Afferuntur hæc a Suida in v. ἀποστοματίζειν. Conſentiunt cum iis Pollux *Onomaſt.* L. 2, c. 4, Seg. 23, et Heſychius. Atque iſta quidem vocis interpretatio aliis aliorum auctorum locis poteſt apte congruere, huic vero Platonis loco diverſa, ni omnino falſus ſum, adhibenda eſt; videnda et quæ deinceps ad p. 16 ſecutura ſunt. Diverſe quoque eum interpretandum cenſebant Camerarius et Kuhnius ad Pollucem. Camerarius enim Platonis iſtud ita vertit, ut ſit τὸ ἀποστοματίζειν *memoriter recitare*, et τὰ ἀποστοματιζόμενα *quæ memoriter recitantur*, quæ eſt uſitata iſtius vocis ſignificatio. Sic Timæus in Λέξεσι Πλάτ. et ex eo Suidas: Ἀποστοματίζειν. ἀπὸ μνήμης λέγειν. Ubi ait cl. Rhunkenius præferre ſe in Platonis loco dictandi et memoriter recitandi poteſtatem, quam et ſimplicitas ſua commendat et aliorum auctorum uſus. Notat porro ad alium Pollucis locum, L. 4, c. 2, Seg. 18, ex veteri *Onomaſtico* Salmaſius, ἀποστοματίζειν, cum de præceptore dicitur, exponi *dictare*. Ad *diſcipulum* quidem memoriter interrogata recitantem, vocem accommodat Phrynicus Arabius Προπαρασκ. Σοφιστ. MS. a Rhunkenio citatus; explicans interim Platonem, ut viri docti exiſtimant; ſed Platonis ſententiæ minime iſtud convenire videtur, qui cum hoc, tum altero loco ad p. 16, de *præceptore* dictante loquitur.

l. 15. καὶ οὐκ ὀρθῶς ἄρτι Εὐθυδήμῳ ἀπεκρίνω] Pro ὀρθῶς male εὐθὺς *Ald.* Steph. ita quoque *Baſ.* 1. Si vere legatur οὐκ ὀρθῶς, eo vult ſophiſta, male Euthydemo in ſerie argumentationis reſpondiſſe Cliniam, μανθάνειν *diſcipulos, quando indocti erant*; nam prius reſponderat Clinias, μανθάνειν *ſapientes*, quod verum eſſe hic ipſe Dionyſodorus ait.

P. 15, l. 5. καὶ ὥσπερ οἱ ἀγαθοὶ ὀρχησταὶ, διπλᾶ ἔστρεφε τὰ ἐρωτήματα περὶ τοῦ αὐτοῦ] Reſpici hic videtur σχηματισμὸς ille ſaltatorum, quo corpora in gyrum flectebant; hi enim inter alios quoque motus ſecundum Galenum, in loco a J. C. Scaligero citato in *Comment. De Comœd. et Trag.* c. 13, περιδινεῖσθαι στρεφόμενοι

φόμενοι

φύμενοι πάχιςα conſueverunt. Vide et locum infra ad p. 62, l. 7, huc, ni fallor, pertinentem. Eadem nempe cavillatio, quæ illa prior, quoad formam tantum mutata, ab Euthydemo affertur. Is enim ante interrogabat juvenem, utrum ſapientes an indocti diſcant, nunc autem, utrum diſcentes diſcant ea, quæ ſciunt, an quæ neſciunt. In voce μανθάνω utroque loco fallacia latet, nam μανθάνω (notante id Socrate deinceps §. 7) non tantum valet *acquirere ſcientiam*, verum etiam *intelligere ſcientia utendo*. Eſt igitur fallacia παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν. Conſ. Ariſtot. περὶ Σοφιϛ. Ἐλέγχ. c. 4, ubi hoc ipſum ſophiſma memoratur — Ex adoleſcentuli verbis contraria dicere conantur λογομάχοι ſophiſtæ, ſcilicet ut mirabilem ſuam eruditionem oſtentent, quippe qui in utramque partem diſputare poſſunt. Socrates quidem apud Platonem diſſerere in utramque partem ſolet, dum ei rationes utrinque ferme pares ſuppetere videntur, unde Ciceronis illud, σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον. *Ep. ad Atticum*, 1, 3, p. 193, *Ed. Græv.* Sed hac quidem via vir ſapiens ad melius certiuſque veritatem exquirendam in ſermonibus uſus eſt; habita interim eorum hominum ratione quibuſcum ſit collocutus, nihil enim certi aut ἀποδεδειγμένον hominibus vanis aut imperitis proponebat. Illa denique de omni re in utramque partem diſſerendi exercitatio a Socrate primo videtur orſa, quæ poſtea plurimum uſurpata eſt, quamque Piſo apud Ciceronem Ariſtoteli attribuit. *De Finibus*, 5, 4. Vide et *De Oratore*, 3, 21.

l. 7. Πότερα γὰρ οἱ μανθάνοντες μανθάνουσιν ἃ ἐπίςανται &c.] Vel ita diſtinguendum, Πότερα γὰρ οἱ μανθάνοντες μανθάνουσιν; ἃ ἐπίς. ut πότερα ſit nomen. Steph. Habet quidem periodum poſt μανθάνουσιν *Ald.* ſed πότερα ab omnibus interpretibus ἐπιῤῥηματικῶς accipitur. Præcipue autem vide locum ad p. 19, l. 2.

l. 11. ἡμῖν] ὑμῖν *Ald. Baſileenſes.* Sed rectius Ficinus *nobis.*

P. 16, l. 5. Τί οὖν, (ἦ δ᾽ ὅς) ἄρα σὺ μανθ.] Voculam σὺ in οὐ immutandam cenſebat vir quidam doctiſſimus, ut locus hoc modo legeretur: Τί οὖν, (ἦ δ᾽ ὅς) ἄρα οὐ μανθάνεις ἅττ᾽ ἂν ἀποςοματίζῃ τις, ὃ γε μὴ ἐπιςάμενος γράμματα μανθάνει. Οὐκ ἀλλ᾽ (ἦ δ᾽ ὅς) μανθάνω.

μανθάνω. Sic enim argumentatio inſtituitur: *Quid?* inquit ſophiſta, *ſecundum tuam reſponſionem, ii qui diſcunt, diſcunt ea, quæ neſciunt: tu autem ſcis grammatici dictata. Ita eſt,* reſpondet adoleſcens. *Ergone hæc non diſcis, ille vero qui neſcit, diſcit?* (nam ſervandam ego interrogationem duco) *Minime,* inquit juvenis, *ſed diſco.* Omnia hic plana ſunt et perſpicua. Certe vix poteſt ferri vulgata lectio, locumque de novo fingere vult Cornarius, qui poſt Ficini *verſionem* legit, Τί οὖν, ἦ δ' ὅς, ἆρα σὺ μανθάνεις ἅττ' ἂν ἀποστοματίζῃ τις; Ὧδε. Μὴ ἐπιστάμενος γράμματα μανθάνεις; Οὐκ, ἀλλ' εἰδὼς μανθάνω. Ubi ὁ δὲ in Ὧδε, μανθάνει in μανθάνεις, ἦ δ' ὃς in εἰδὼς, mutantur. Contra vero (ut alia objicienda huic lectioni taceam) vocem εἰδὼς, ad l. 8, in ἦ δ' ὃς mutandam ſentio.

l. 8. εἰδὼς] εἶδος *Baſ.* 2. Non vertit Ficinus. ἦ δ' ὃς legendum arbitror, cum præſertim nihil opus ſit voce εἰδώς.

l. 11. ὥσπερ σφαῖραν ἐκδεξάμενος τὸν λόγον] σφαῖδραν *Ald.* Sumptum exemplum eſt a pilæ ludo, qua præcipue in ſphæriſterio, gymnaſii loco, ludebatur. Vide Potteri *Arch. Græc.* 1. 8. *Controverſiæ pila,* ut obiter id notare liceat, apud noſtrates vulgo dicitur.

l. 15. ἄλλό τι ἢ] ἄλλοτι ἢ *Baſileenſes.* Ita fere ſemper variatur deinceps.

P. 17, l. 2. Ὡμολόγει] Ὁμολόγει *Ald.*

l. 8. Ἔτι δὴ ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλῶν ὥσπερ πάλαισμα ὥρμα ὁ Εὐθύδημος τὸν νεανίσκον] ὥσπερ εἰς πάλαισμα. hanc affert lectionem in *margine* Stephanus, unde autem ſumpta ſit, ignoro, neque mihi probata eſt. Ambigua tamen conſtructione videtur locus, et variant multa interpretes. Voces illas ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλῶν, ſimileſque huic locos, vir doctiſſimus Petrus Faber, in *Agoniſtico,* tertiâ athletarum compoſitione explicat, quâ victor oſtendi atque coronari ſolitus eſt. L. 1, c. 24, et 27, apud Gronovii *Theſ. Græc.* Tom. 8, p. 888 deinc. et *Parilipom.* p. 2261. Multa autem, quæ de tertio in luctatione impetu adnotari poterant, ocupavit illuſtris Spanhemius ad Julian. p. 261 et 262. Reſpicit inter alios ſcriptores hunc locum Ariſtides

Ariſtides in *Orat.* ὑπὲρ τῶν τεσσάρων, ubi Platoni tria ejus itinera ad Dionyſium Siculum exprobrans, καὶ πάλιν αὖ (inquit) τῶν τῆς τυραννίδος κακῶν ἐπειρῶ, τὸ τρίτον πλεύσας ὥσπερ οἱ παλαιστὴ παλαίουσι, δὶς μὲν πρὸς τὸν αὐτὸν προσπταίσας, τρίτον δ' ὅλως πρὸς τύραννον καὶ τυραννικὴν οἰκίαν. p. 235, *Edit. Jebb.*

l. 14. οἱ ἐν τῇ τελετῇ τῶν Κορυβάντων] Corybantes matris Deorum ſacerdotes erant, qui in ipſius ſacrificiis armati ſaltabant, ſanctiſſimique habebantur. Refert Strabo crediďiſſe nonnullos, eoſdem fuiſſe Corybantes, Cabiros, Idæos Dactylos, Telchines, alios vero, eos tantum inter ſe eſſe cognatos. L. 10, p. 466. Hos atque alios ὁμογενεῖς fuiſſe ſacerdotes opinatur vir multiplici eruditione ornatus, Jacob Bryant, in *Antiq. Mythologiæ Analyſi*, Vol. 2, p. 461, cap. *De Cabiris* &c. Omnes, ut ſummatim dicatur, ἐνθουσιαστικοί τινες et βακχικοὶ fuiſſe conſtant, atque armata ſaltatione (Strabonis hæc ſunt) cum tumultu, ſtrepitu, cymbalis, tympanis, armis, tibia, clamore, homines in ſacrificiis perterruiſſe. Unde apud auctores κορυβαντιᾷν, ut ipſe ait Strabo, p. 473 B, eſt inſanire. Κορυβαντιᾷν. παραμαίνεσθαι καὶ ἐνθουσιαστικῶς κινεῖσθαι, Timæi gloſſa eſt in Λέξ. Πλάτ. ubi conſulend. cl. Rhunkenius. Vide et Heſych. v. Κορυβαντιώσης, atque Suidam v. Κορυβαντείων et Κορυβαντιᾷ. Notatu quoque digna eſt cæremonia τελεστικὴ a Platone hic memorata, cui nomen θρόνωσις. Suis ſacris initiandum ſella collocabant myſtæ, et choreas circa eum ducebant. Dicebatur hæc item θρονισμός. Conſ. cl. Albert. ad Heſych. v. θρόνωσις.

P. 18, l. 1. τετέλεσται] τετέλεσε *Baſ.* 2.

l. 4. σοφιστικῶν] σοφιστῶν *Ald. Baſ.* 1.

ibid. πρῶτον γὰρ (ὥς φησι Πρόδικος) περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος μαθεῖν δεῖ] Vir iſte celeberrimus ſophiſta fuit; de eo conſulas *Protagoram* Platonis, ubi inter collocutores partes ſuas ſuſtinet. Is nimirum in diſtinguendis explicandiſque vocabulorum ſignificationibus multam operam ponebat. Vide *eund. dial.* p. 337, alibique, *Menon.* p. 75, *Charmid.* p. 163, *Laches.* p. 197. His autem locis tanquam in hoc genere nimius, feſtive Prodicus notatur. Similiterque in *Cratylo*, ubi hæc ſunt, Ὦ παῖ Ἱππο-

νίκου

νίκου Ἑρμόγενες, παλαιὰ παροιμία, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά ἐστιν ὅπῃ ἔχει μαθεῖν· καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τῶν ὀνομάτων, οὐ σμικρὸν τυγχάνει ὂν μάθημα. εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤδη ἠκηκόειν παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τούτου πεπαιδεῦσθαι, ὥς φησιν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσέ σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος· νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν. p. 384 A, ſub init. Dial. At vero rem ipſam magni faciebat Socrates, eamque, ſecundum Epictetum apud Arrianum, L.2, c.17, p 93, in principiis doctrinæ ponebat; quod vel optimis ſcriptoribus probari video. Hinc quoque fit, ut tam multa habeat de recta nominum ratione perſonatus apud Comicum philoſophus. *Nub.* Act. 2. Sc. 1.

l. 6. ᾔδειθα] ᾔδηθα *Baſileenſes.* quod ſecundum Etymologum (v. Ἤιδεισθα) Ἀττικώτερον eſt. Sed apud Platonem, alibique, ut notat cl. Pierſonus ad Mœridem v. Ἤιδεισθα, ſcriptura variatur. Cum porro editionis *Baſ.* 1*mæ* curatores nullos codices ſcriptos in auxilium vocaverint, manaret hæc forſan lectio e ſolito errore, quo tam in libris impreſſis quam MSS. ει in η frequenter mutatur.

l. 8. ἐξ' ἀρχῆς] ἐξαρχῆς *Ald. Baſileenſes.*

l. 9. καλοῦσι δὲ ταυτὸ τοῦτο] καλοῦσι τὸ ταυτὸ τοῦτο *Ald.* ita et *Baſ.* 1, ubi perperam καλοῦσι cum antecedentibus conjungitur.

l. 10. τὴν ἐπιστήμην, ταύτῃ τῇ ἐπιστήμῃ] ταύτην *Ald. Baſ.* 1. Sed altera lectio, quam exhibent *Baſ.* 2, et Stephani *exemplum*, præferenda eſt, ita legente quoque Ficino, quem cæteri interpretes ſequuntur. Vox porro ταύτην in *Aldina* cum verbis ſequentibus conjungitur.

l. 12. μὲν] Fortaſſe μὴν legendum. Steph. Verterat Cornarius *tamen.* At nulla mutatione videtur opus.

l. 13. ἔστι δ' ὅτε καὶ μανθάνειν] Eadem Ariſtoteles *Eth. Nicom.* 1. 10, et in *Lib.* περὶ Σοφιστ. Ἐλέγχ. c. 4, ubi, ut dixi, cavillatio iſta in exemplum fallaciæ τῆς ὁμωνυμίας affertur. Hoc quidem dialogo Socrates ad retundendos ſophiſtas ſophiſmata ipſorum nonnunquam diluit; quo pacto enim hæc ſolvi debeant, in hoc ipſo ſermone, ut teſtatur Alcinous *De Doctr. Plat.* c. 6,

præcipue

præcipue oſtenditur; ſæpe vero, ubi manifeſtius ſit mendacium, quam ut refutatione egeat, ſilentio præterit, aut certe irridendum tantum propinat. De verborum autem obſcurorum interpretatione ab eo, qui iis utatur, flagitanda, vide, ſi lubet, quædam ad §. 25.

P. 19, l. 4. *παιδιὰν*] *παιδειὰν* *Baſ.* 1.

l. 8. *ὑποσκελίζων καὶ ἀνατρέπων*] Voces agoniſticæ. Vide Pollucis *Onomaſt.* L. 3, c. 30, Seg. 155.

l. 9. *τὰ σκολύθρια*] Ἐν παλαιῷ ῥητορικῷ λεξικῷ εὕρηνται καὶ σκολύθρια, διφρία βραχέα· καὶ ἄλλως δὲ, σκόλυθρα, διφρία ταπεινά. καὶ ἔστι τὸ μὲν διφρίον ἐκεῖ ὡς γένος· τὸ δὲ σκόλυθρον ἢ σκολύθριον, ὡς εἶδος. ἡ δὲ χρῆσις αὐτοῦ ἀναφέρεται εἰς Πλάτωνα ἐν Εὐθυδήμῳ. Euſtathius ad *Odyſſ.* δ, p. 195. Timæi gloſſa eſt in Λέξεσι Πλάτ. Σκολύθρια. ταπεινὰ διφρία παρὰ τοῖς Θετταλοῖς, ἃ τινες θρανία καλοῦσιν. Similia Pollux *Onomaſt.* L. 10, c. 11, Seg. 48. Sed in L. 7, c. 26, Seg. 112, inter σκολύθρια et ſellas Theſſalicas diſtinguere videtur. Etymologo quidem placet σκολύθριον in hoc Platonis loco ὑποπόδιον eſſe, v. σκολύθριον, ubi tamen altera vocis interpretatio apponitur. Id vero vix patitur loci ſenſus. Utraſque ſignificationes habet Heſychius.

l. 10. *χαίρουσι καὶ γελῶσιν ἑ.*] *χαίρουσιν* *Baſſ.* *γελῶσι* *Ald. Baſ.* 1.

l. 12. *μετὰ ταῦτα*] *μεταταῦτα* *Ald. Baſ.* 1.

l. 13. *ἐνδείξεσθον*] *ἐνδείξασθαι* *Ald.* *ἐνδείξασθαι* *Baſ.* 1. Quod ferri poteſt. Sed receptam habent lectionem Ficini *verſio* et *Baſ.* 2; ſequente Stephano atque interpretibus.

ibid. *ἵνα μοι ὃ ὑπέσχοντο ἀποδῶσιν*] Hîc videtur opus eſſe conjunctivo modo, ſi recte præcedat ἵνα. STEPH. Verterat in in modo conjunctivo ante Stephanum Cornarius. *Egoque ab illis quæ promiſerunt expoſcam:* Ficini *Verſio.*

l. 14. *ἐπιδείξασθαι*] *ἐπιδείξεσθαι* *Steph. Edit.* veteri relicta lectione ſine idonea cauſa, opinor.

P. 20, l. 4. *μετὰ ταῦτα*] *μεταταῦτα* *Ald. Baſileenſes.*

l. 7. *οἷον αὐτὸ ὑπολαμβάνω*] Τὸ προτρεπτικὸν Socrates (hoc eſt doctrinam ad ſapientiam et virtutem hortativam) ſimiliter ac Pythagorici, ſummo loco habebat. Itaque hoc ipſum jam peracturus eſt philoſophus, quod a ſophiſtis expoſcere ſimulat.

l. 14. ἀνόητον γὰρ δήπου ϗ τὸ ἐρωτᾶν τὰ τοιαῦτα] Deeſt τὸ *Baſ.* 2. Cum fundamentum ſermonis poſuiſſet philoſophus axioma evidens, ſcilicet omnes homines felicitatem appetere, ſeſe corrigere fingebat, quoniam de claris notiſque axiomatis non quærendum.

P. 21, l. 1. μετὰ τοῦτο] μετατοῦτο *Ald. Baſileenſes.* ita paſſim.

l. 3. ἆρ' ἂν] ἆρα ἂν *Ald.*

l. 9. καὶ τὸ καλὸν εἶναι] In *Gorgia* quiddam affertur σκόλιον, in quo vox κάλλος alias corporis virtutes præter εὐμορφίαν complecti videtur, ut robur et celeritatem. Vide §. 4, et quæ ibi adnotantur. Hoc vero loco forma tantum venuſta intelligenda eſt, propterea quod ſequantur verba, ϗ τἄλλα κατὰ τὸ σῶμα ἱκανῶς παρεσκευάσθαι. Ita quoque vox iſta accipitur in L. 2 *De Legg.* p. 661, ubi res illæ commemorantur, quæ vulgo appellantur bona, quæ autem potius ſine recto uſu indifferentes ſunt: λέγεται ὡς ἄριστον μὲν, ὑγιαίνειν· δεύτερον δὲ, κάλλος· τρίτον δὲ, ἰσχύς· τέταρτον δὲ πλοῦτος. μυρία δὲ ἄλλα ἀγαθὰ λέγεται, &c. A.

P. 22, l. 1. ἡμῖν] ἡμῶν. hanc lectionem affert in *margine* Stephanus; ſequiturque Serranus. Extat in *Baſ.* 2. Sed melior eſt altera lectio. Hæc autem Cliniæ minus recte attribuit Ficinus, qui vertit, *Dubitaret forte quiſpiam.*

l. 3. ποῦ χοροῦ πέξομεν] χωροῦ *Baſileenſes.* πέξωμεν *Baſ.* 2. Eſt autem ποῦ χοροῦ πέξομεν (ut ait Eraſmus in Adagio, *In alieno choro pedem ponere.* p. 38) metaphora perquam elegans; qua uſus eſt Ariſtides quoque in *Orat. pro Miltiade,* (T. 2, p. 161) Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι ποῦ χοροῦ πέξομεν; Sumpta eſt, uti ait Ariſtidis Scholiaſta, a choreis ac ſaltatoribus.

l. 5. παρακλείπωμεν] παρακλείπομεν *Baſileenſes.*

ibid. ὅ,τι] ὅτι *Ald.*

l. 15. Καταγέλαστον δήπου, ὦ παῖ, &c.] Hoc nimirum in diſſerendi leges peccat, quibus vetatur τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν.

P. 23, l. 2. Ἡ σοφία — εὐτυχία ἐστί] Sapientiam, ſeu virtutem, felicitatem eſſe, uno ore Socratici aſſerunt; quanquam id mirum ac importunum imperitis hominibus videatur. Hoc autem dialogo diſtinguuntur inter ſe εὐπραγία et εὐτυχία, illa eſt rectus felixque rerum uſus, hæc vero, boni conſecutio; quarum quidem ambarum effectrix eſt ſcientia.

l. 9. θαλάσσης] θαλάττης *Baſ.* 2.

l. 14.

l. 14. ποτέρȣ] ποτέρων *Ald. Baſ.* 1.

P. 24, l. 4. σοφία] σοφία nominandi caſu *Baſileenſes*, Serrani MS. Ficini *Verſio*; et præferente Serrano. At recepta lectio, quam exhibet *Aldina*, comprobantibus etiam Cornario et Stephano, mea quidem ſententia, probatior eſt.

l. 6. σοφίας παρȣ́σης, ὅταν παρῇ] Inter inedita Iſaaci Caſauboni, quæ in Biblioth. *Bodleiana* adſervantur, extant paucæ quædam in Platonem obſervationes, quarum tres duntaxat vir magnus in hunc dialogum exarabat, et circiter duplo plures in *Gorgiam*. Sed ex pede Herculem —" Βατ7ολογία. Locus " emend. συνωμολογησάμεθα σοφίας παρȣ́σης, ὅταν παρῇ μηδὲν προσ- " δεῖσθαι εὐτυχίας. Sed lego ᾧ ἂν παρῇ. elegant."

l. 15. ἐσθίοιμεν] ἐσθίομεν *Ald. Baſileenſes.*

P. 25, l. 1. ἐσθ' ὅ,τι] ἐσθ' ὅτι *Ald. Baſileenſes.* Itidem ad l. 7.

l. 11. Δεῖ] Δεῖν *Ald. Baſileenſes. Oportet.* Ficinus.

l. 15. Ἆρ' ȣ̂ν, ὦ Κλεινία, &c.] Laudantur hæc a Stobæo in *Sententiis*, Serm. 101, uſque ad illa, ἢ ἐχ ȣ̈τω φαμέν; l. 7 pag. ſequent. apud cujus exempla a Platonis libris ſic variatur. Deeſt τὸ ante εὐδαίμονα in impreſſis, ſed in MS. *Coll. Nov.* εὐδαιμονίαν pro τὸ εὐδαίμ. legitur. τὰ ἀγαθὰ pro τἀγαθά. Deficit MS a Πότερον ad Ἐὰν ὀρθῶς incluſive. γὲ pro δέ. πλίον pro πλεῖον. ἄν τις χρῆται μὴ ὀρθῶς ὁτῳȣ̂ν πράγματι pro ἐάν τις χρῆται ὁτῳȣ̂ν μὴ ὀρθῶς π. τὸ δ' οὔτε κακὸν, οὔτ' ἀγαθὸν pro τὸ δὲ, οὔτε κακὸν, οὔτε ἀγαθόν.

P. 28, l. 5. κινδυνεύει σύμπαντα, ἃ &c.] κινδυνεύεις *Ald. Baſ.* 1. Hoc loco pendet ſententia. Videntur interim inuſitatiora eſſe illa, ȣ̓ περὶ τȣ́τȣ ὁ λόγος αὐτοῖς εἶναι. Ex doctrina, quam hic et alibi tradit Socrates, ortæ ſunt philoſophorum de bonis opiniones. Docet enim corporea atque externa, niſi cum ſcientia conjungantur, (quæ interdum boni vel optimi ſcientia, ſive virtus, appellatur) haud proprie vereque bona dici. Vide et *Gorgiam, Menonem, Alcib.* 2, cum Æſchinis *Eryxia*, aliiſque libris. Quæ porro de hiſce rebus philoſophus noſter docet, bene exprimit Alcinous *De Doctr. Plat.* c. 27. Nec tamen, ut quidam poſtea e philoſophis, exæquabant Socrates et Plato alia omnia præter virtutem. Interdum enim hæc corporis fortunæque commoda etiam *bona* a Platone vocantur. Vide

Alcinoum ibidem. Atque hoc ipſo loco res eædem, ſi cum ſcientia jungantur, majora bona, quam illarum contraria, dicuntur. Contra mentem quidem Stoicorum pugnare iſtud videtur, illæ vero, quæ poſtea ſecutæ ſunt inter Stoam, Academiam, Peripateticos, de bonis diſputationes, de vocabulis, ut docti judicant, revera fuerunt.

P. 29, l. 7. καὶ παρὰ πατρός γε δήπου τοῦτο οἰόμενον δεῖν παραλαμβάνειν] περὶ pro παρὰ, ſolenni errore, *Ald. Baſ.* 1. Δεῖ pro δεῖν legendum conjicit Stephanus, ut ſit, *Oportet eum, qui hoc exiſtimet, illam accipere a parentibus* &c. Statuitque Waldgravius in *Adnotationibus* MSS. οἰόμενον hoc loco eſſe pro οἰόμενον εἶναι, et αἰσχρὸν infra pro αἰσχρὸν εἶναι, ſcilicet hoc ſenſu, *oportet eum cogitare hanc rem habendam.* Neque aliter multò Ficinus reddit, *Exiſtimare igitur debet quiſque hoc potius expetendum a parentibus* &c. Similiter Cornarius. Sed quidni ita, ut ego verti, locus accipiatur? Vertit interim Ficinus, quaſi καὶ poſt ἐπιτρόπων non legiſſet; interpungitque poſt πολιτῶν.

l. 11. οὐδὲν αἰσχρὸν] Apud Athenienſes, teſte Platone in *Convivio*, lege permittebatur, ut quolibet honeſto officio amicus et adamatus, ſine optimo propoſito, alter alterius animum ſibi conciliaret. Vide p. 182 et deinc. νενόμισται γὰρ δὴ ἡμῖν, (inquit ibi Pauſanias) ἐάν τις ἐθέλῃ τινὰ θεραπεύειν, ἡγούμενος δι' ἐκεῖνον ἀμείνων ἔσεσθαι, ἢ κατὰ σοφίαν τινὰ, ἢ κατὰ ἄλλο ὁτιοῦν μέρος ἀρετῆς, αὕτη αὖ ἡ ἐθελοδουλεία οὐκ αἰσχρὰ εἶναι, οὐδὲ κολακεία. p. 184 C.

P. 30, l. 9. ποιεῖν] Legiſſe videtur Ficinus ποιεῖ. minus apte.

l. 12. Κἀγὼ ταῦτα ἄσμενος ἀκούσας, Τὸ μὲν ἐμὸν, ἔφην, παράδειγμα—οἷον ἐπιθυμῶ τῶν προτρεπτικῶν λόγων εἶναι, τοιοῦτον·] Forſan οἵων pro οἷον legendum. *exhortationis quam expeto:* Ficinus. Quanquam temere ac feſtinantius de re apud philoſophos frequenter agitata dixiſſet juvenis, Socratis tamen voto res ceſſerunt, quando ille philoſophiæ ſe ſtudioſum eſſe profeſſus eſt. Nam “omnis Socratis oratio tum in virtute laudanda, et in omnibus hominibus ad virtutis ſtudium cohortandis conſumebatur: perfectum ſibi opus eſſe ratus, ſi quis ſatis eſſet concitatus ſua cohortatione ad ſtudium cognoſcendæ percipiendæque

" dæque virtutis; quibus enim id perſuaſum eſſet, ut nihil " mallent ſe eſſe, quam bonos viros, iis reliquam facilem eſſe " doctrinam." *Jacotii De Philoſ. Doctr. Libellus ex Cicerone,* Tit. *Socrates,* p. 28. " Socratica ad ſapientiam adhortatio" ait Ficinus " non tam ad ſpeculationem pertinet, quam ad " mores: quibus tandem purgatus, animus ſapientiam a Deo " et ſcientiam prudentiamque conſequitur." *Argument. in Euthyd.*

P. 31, l. 4. ἢ ἔϛι τὶς μία, ἣν δεῖ &c.] Hac de re ipſe quoque Socrates infra diſſerit, §. 18 et deinc; quoniam non omnis a Clinia ſcientia acquirenda, ut nautica, textrina, aliæ, ſed illa potiſſimum, de qua in §. 22 agitur.

P. 32, l. 4. τόνδε τὸν νεανίσκον] Deeſt τὸν in *Baſileenſ.*

l. 8. διὰ ταῦτα] διαταῦτα *Ald. Baſileenſes.*

l. 11. Σκόπει μὴν] μὲν *Baſileenſes.*

l. 15. Οὔκουν φησὶ γέ πω] Vertit Serranus, quaſi hæc de ſemetipſo dixiſſet Clinias, non de eo Socrates. Sed rectius alii. Favet tamen Serrano *Aldina* Editio.

P. 33, l. 5. Ἄλλοτι οὖν &c.] Inducitur hic ſophiſma, ut videbat Serranus, quod appellatur, *A dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter.* Hoc eſt, cum ex eo, quod certo tantum reſpectu verum eſt, colligitur concluſio generalis et abſoluta.

l. 12. εἶπον ἂν, σοὶ εἰς κεφαλὴν] Ita locum interpunxi, eum in alium ſenſum accipiens, quam ſolent cæteri interpretes; videoque mecum facientem magnum Caſaubonum in Obſervationibus illis, quas ſupra ad p. 323 memoravi " εἰς κεφαλήν. locus " animadverſ. Interpretes omnes vertunt *in os dicere.* Atqui " ſignificat quod alibi paſſim, *In caput tuum.* Nam vult omen " rejicere in ſophiſtam, et ei remaledicere." De hac imprecatione conſ. Ariſtoph. *Plut.* v. 525, 659, et *Pacem,* v. 1063, ubi vidend. Scholiaſta, et ad primum in *Pluto* locum cl. viri, Kuſterus, et Florens Chriſtianus. Addas Stephanum in *Theſ.* v. κεφαλὴ, ubi Platonis locum ſimiliter interpretatus eſt. Ne quis interim miretur Cteſippi indignationem, quia arctiſſima erat amicorum veterum neceſſitudo.

l. 13.

l. 13. ὅ,τι μαθὼν] Ita *Ald.* et *Stephani Editt.* Sed rectius forſan ὅτι μαθὼν *Baſileenſes.* Ait autem Stephanus de gemino loco ad p. 73, (ubi legitur tam in *Baſileenſ.* quam in *Aldina* ὅ,τι μαθὼν) ſubaudiendum aliquid ante hæc verba, quæ conveniunt cum his Gallicis in increpatione, *Qui vous a appris à faire cela?* Ego quoque ſimilem ἔλλειψιν huic loco ineſſe putabam, quod interpretatio mea indicabit. Imo etiam Caſaubonus, in poſtrema ſua in *Euthydemum* obſervatione, poni hic vult ὅ,τι μαθὼν Ἀττικῶς pro τί παθὼν, *quare*, relegatque nos ad Schol. Ariſtoph. ſcilicet, opinor, ad *Nubes*, v. 1507. Sed meliora, ni fallor, docet cl. Fiſcherus ad *Apol. Socr.* §. 26, cujus hæc ſunt "quum τί μαθὼν, non tantum τί παθὼν, eleganter uſurpetur pro *cur*, facile apparere arbitramur ὅτι μαθὼν recte ſic accipi poſſe, ut ſit ſimpliciter *quod.*" *Appendice* p. 317. De locutione τί μαθὼν vide Schol. Ariſtoph. ad locum modo citatum, et Caſaubonum in *Animadverſ.* in Athenæum, p. 886. Ea nimirum apud Ariſtophanem, ut ait Scholiaſta, ἐλέγχους τινὸς σχῆμα ἔχει, καὶ ἐπιτίμησιν καὶ ἀπαιδευσίας ὀνειδισμὸν σημαίνει. Neque omni objurgatione vacare verba ὅτι μαθὼν opinor. Cum hoc, tum altero loco ad p. 73, reponi vult Cornarius ὅτι ματὴν, vertitque, *quòd falſo*, nam ματὴν, inquit, ἀντὶ ψευδῶς dicitur.

P. 34, l. 1. ἢ δοκεῖ σοι οἷόν τ' εἶναι ψεύδεσθαι] Celebris eſt iſta ſophiſtarum cavillatio, qui aſſerebant, fieri non poſſe ut quis τὸ μὴ ὂν dicat, ideoque nec falſa loquatur. Protagoræ, atque hominibus illo etiam antiquioribus, tribuit eam Plato paulo infra ad p. 40, ut et Parmenidi in *Sophiſta*, p. 237, ubi de eadem fuſe diſſerit. In his interim captiunculis latet, ni fallor, fallacia *Amphiboliæ*; eæque ſic forte ſolvi debere videantur. Scilicet is, qui loquitur, loquitur de re aliqua, nec niſi improprie dicitur rem loqui. Verba igitur, quæ faciat loquens, omnino exiſtunt, et vere ſunt, ſed niſi res exiſtant, et eundem ad modum, quo verba præ ſe ferunt, ea non ſunt vera. Certe quidem ſecundum Philoſophum in *Cratylo* ὃς ἂν τὰ ὄντα λέγῃ ὡς ἔστιν, ἀληθής· ὃς δ' ἂν ὡς οὐκ ἔστι, ψευδής. p. 385 B. Quod innuit quoque Cteſippus infra, l. 12 paginæ ſequentis.

l. 7.

l. 7. ὁ λέγει χωρὶς τῶ ἄλλων] Cum Ficino poſt λέγει interpungo.

l. 8. λέγει] Vulgo male λέγειν. Sed reponi λέγει ipſa jubent verba, atque ita vertit Ficinus. Hoc vidit Waldgravius quoque in *Adnott.* MSS.

P. 35, l. 1. ἐκεῖνα] Κλεινίας. hanc lectionem affert in *margine* Stephanus, ſequiturque in *interpretatione* ſua Serranus. Extat in *Baſ.* 2. Sed melior eſt proculdubio recepta lectio, quam exhibet quoque vetus Ficini *verſio*.

l. 5. τὸ λέγειν τ' ἄρα πράττειν τε καὶ ποιεῖν ἐστιν] Τὸ λέγειν μία τὶς τῶ πράξεων ἐςί. Plato in *Cratylo*, p. 387 B. Ποιεῖν quoque dicendi ſunt oratores, qui effectores ſunt verborum; ἡ γάρ τοι ἐκ τῶ μὴ ὄντος εἰς τὸ ὂν ἰόντι ὁτῳοῦν αἰτία πᾶσα, ἐςὶ ποίησις. Conſ. Platonis *Sympoſium*, p. 205 B. Sed revera quidem τὸ μὴ ὂν ὀσίας μετέχει, ut Noſter in *Sophiſta* aſſerit; unde ſophiſtæ circa τὸ μὴ ὂν verſari, ſive ejus, quod non eſt, ποιηταὶ eſſe dicuntur. Vide *Sophiſt.* p. 259, et deinc, et Alcin. *De Doctr. Plat.* c. ult.

l. 14. ὡς ἔχει] ὡς ἔχοι *Baſileenſes.*

P. 36, l. 1. ἔχει] ἔχη *Baſileenſes.* Similiter errat *Baſ.* 2 in ἔχει, quod ſtatim poſt ſequitur.

l. 4. Κακῶς ἄρα λέγουσιν οἱ ἀγαθοὶ τὰ κακὰ] Eſt fallacia, ni fallor, *Amphiboliæ*. Utitur etiam Cteſippus ambiguitate verborum κακῶς λέγειν, quæ valent, tam *aliquem dictis laceſſere*, quam *prave loqui*.

l. 9. Ἦ καὶ τὸς μεγάλος &c.] Videtur hîc Euthydemus Cteſippum ridere; indeque fieri poteſt, ut ſtatim remordeat Cteſippus.

P. 37, l. 3. ἀγροικοτέρως] ἀγριοτέρως *Baſileenſes.* Sed ἀγροιοτέρως *Ald.* ex quo recte fecit Stephanus ἀγροικοτέρως.

l. 5. ἡμᾶς] ὑμᾶς *Baſileenſes.*

P. 38, l. 2. ὥσπερ ἐν Καρὶ] Hoc eſt "in homine, aut re viliori, fac periculoſam experientiam, in qua ſi parum feliciter ceſſerit, non multum ſit diſpendii capiendum. Huic adagio Carum mores fecere locum." Eraſmus in *Chiliad.* p. 227. Κὰρ, ὁ ἀπὸ Καρίας ἀνὴρ, καὶ ὁ δῶλος ἁπλῶς· διὰ τὸ τὸς Κᾶρας πρώτως μισθοφορῆσαι. Thom. Magiſter, v. Κάρ. καὶ ἔδοξαν [Κᾶρες] εἶναι ἀπιμότατοι, addit Etymologus, v. Κάρ. Conſ. et Euſtathium ad *Il.*

Il. β, p. 278, Potterique *Archæol. Græc.* L. 3, c. 2. In *Lachete* quoque Platonis proverbium iſthoc reſpicitur. p. 187 B.

l. 5. ὥσπερ τῇ Μηδείᾳ τῇ Κόλχῳ] Utrum Κόλχων? STEPH. Vertit Ficinus, *ex Colchis*. At Κόλχος, notante Waldgravio in *Adnott.* MSS. nomen gentile eſt, ut apud Horatium legitur *Cholchus an Aſſyrius*; *Art. Poet.* v. 118; et *venena Cholcha*, Od. 2, 13. Veneficam fuiſſe Medeam, Æetæ regis Colchorum filiam, narrabat fabuloſa antiquitas, homineſque coquendo in juventutem reſtituiſſe. Vide Ovidii *Met.* 7. Unde Socrates eo, vel quocunque alio modo, in virtutem vult reſtitui.

l. 6. εἰ δ' ὅ,τι βούλεται] Fortaſſe εἰ δ' ἄλλό τι βούλ. STEPH. Verterat Ficinus, *vel quodcunque aliud mavult*. At Waldgravio placet μὴ poſt εἰ δὲ ſubaudiri; recte; videre eſt enim geminum locum in *Phædro*, τοῦτον οὖν τὸν λόγον, ὦ Φαῖδρε, εἰ μὲν βούλει, ὡς ἐγκώμιον εἰς Ἔρωτα νόμισον εἰρῆσθαι· ΕΙ ΔΕ, ὅ,τι καὶ ὅπη χαίρεις ὀνομάζων, τοῦτο ὀνόμαζε. p. 212 C. Conſ. et *Alcib.* 1, §. 10, p. 51.

l. 9. δέρειν — δέρουσιν] δαίρειν — δαίρουσιν *Baſ.* 2.

l. 10. ὥσπερ ἡ τοῦ Μαρσύου] Satyri, cujus mors crudelis ceſſit olim in proverbium. Cum enim ab Apolline certamine muſico eſſet victus, corio ſuo exutus eſſe ferebatur, arbori affixus. Scribit Herodotus L. 7, p. 523, *Ed. Weſſeling.* Marſyæ ἀσκὸν (i. e. *pellem in utrem formatam*, interprete Valla, cui ſuffragantur Weſſelingius et Valckenaer) Celænis, urbe Phrygiæ, ſuo tempore eſſe ſuſpenſam. Unde lucem Platoni afferes. Valde autem cognata ſunt illa Ariſtophanis a ſene in diſciplinam philoſophi ſe tradituro dicta.

> Νῦν οὖν χρήσθων ἀτεχνῶς ὅ,τι βούλονται.
> Τουτὶ τό γ' ἐμὸν σῶμ' αὐτοῖσι
> Παρέχω τύπτειν, πεινῆν, διψῆν,
> Αὐχμεῖν, ῥιγοῦν, ἀσκὸν δέρειν. *Nub.* v. 438.

Verum inter hæc Platonis "jubemur" ut ait Ficinus "virtutis "ſapientiæque conſequendæ gratia perpeti non ſolum incom- "moda, jacturas, labores, et ſervitutem; verum etiam ſi ſpe- "remus ex ipſa diſſolutione noſtri, meliores denique evaſuros, "permittere nos illi, qui hoc ipſum promiſerit, excoriandos "lique-

" liquefaciendoſque ac penitus diſſolvendos." *Argument. in Euthyd.*

l. 11. μὲ] μὲν *Ald. Baſ.* 1.

l. 14. ἀλλὰ σὺ τὸ ἀντιλέγειν, μὴ κάλει λοιδορεῖσθαι] Præclare Cicero de contradictione diſputatoribus permiſſa. *Diſſentientium* (inquit) *inter ſe reprehenſiones non ſunt vituperandæ: maledicta, contumeliæ, tum iracundæ contentiones, concertationeſque in diſputando pertinaces, indignæ mihi philoſophia videri ſolent. De Fin.* 1, 8.

P. 39, l. 1. Ὡς] ὃς *Ald.* ὃς *Baſſ. quaſi:* vetus Ficini *verſio.*

l. 4. Οὐκοῦν σύ τ' ἂν (ἔφη) ἀποδείξαις πώποτε] Οὔκουν, notante Stephano, Ficinus legit, qui vertit, *Neque tu, reſpondit Dionyſodorus, iſtud oſtenderes, cum nunquam alterum alteri contradicentem audiveris.* Recipiendum quidem eſt οὔκουν, ſed locum ipſum ſic exponendum duco. *Neque tu unquam profecto*, inquit, *hoc demonſtrare poteris, ſi neminem audiveris alii contradicentem. Vera ais, inquit* Cteſippus: *nunc autem audiamus, an tibi iſtud demonſtrem, dum Cteſippus Dionyſodoro contradicit. Vin'*, inquit Dionyſodorus, *ad examen hac de re vocari? Omnino, reſpondit* Cteſippus. *Quid ergo? inquit* Dionyſodorus &c. Variant hic multa editiones atque interpretes. Vulgo illa, Ἢ καὶ ὑπόσχοις ἂν τούτου λόγον; cum antecedentibus junguntur; male, opinor; forte tamen legendum ἦ circumflexum pro ἢ oxytono, ut paulo infra Ἦ καὶ ἔστι τοῦτο &c. p. 41, l. 11; et Ἦ καὶ δίκαιον; p. 43, l. 10; alibique.

l. 6. Τί οὖν, ἦ δ' ὃς &c.] Quæ ſequuntur, hoc nituntur fundamento, Scilicet neminem de rebus alio modo loqui poſſe, quam quo exiſtunt. Qua de re nonnulla ſupra nos diximus ad p. 326.

P. 40, l. 10. οὐ γάρ τοι ἀλλὰ &c.] Hæc poni ἐλλειπτικῶς monent Devarius et Hoogeveen, de *Particulis Græcis* agentes. Itaque ante ἀλλὰ intelligunt σιωπῶ, ut integra ſit oratio, οὐ γάρ τοι σιωπῶ, ἀλλὰ &c. Quod a viris licet doctiſſimis ſtatutum, meis auribus minus placet. Potius videtur eſſe ellipſis verbi ἀπόφημι. Sic enim locum explico: Πῶς λέγεις, ὦ Διονυσόδωρε; ait Socrates: οὐ γάρ τοι ἀλλὰ &c. *non enim profecto* nego, *quin*

&c. Reddit totum hoc οὐ γάρ τοι ἀλλὰ Budæus *etenim. Comm. Ling. Græc.* p. 940. Neque aliter Stephanus et Vigerus.

l. 12. καὶ γὰρ οἱ ἀμφὶ Πρωταγόραν &c.] Vel Protagoras ſolus, vel et ipſius ſectatores. Is nimirum, qui celeberrimus fuit ſophiſta, docebat, πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι· τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι· τῶν δὲ μὴ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστιν. Qua quidem opinione qualitatum ſenſilium ſine animi perceptione exiſtentiam ſuſtuliſſe videtur. Vide explicatam eam in *Theæteto*, §. 8—15; ubi a Socrate quoque ſtatuitur, ὡς τὰ μὲν πολλὰ ᾗ δοκεῖ, ταύτῃ καὶ ἔστιν ἑκάστῳ, θερμὰ, ξηρὰ, γλυκέα, πάντα ὅσα τοῦ τύπου τούτου. §. 23. Hinc autem, quod dixerit Protagoras, id cuique eſſe verum, quod cuique videatur, orta eſt illa quoque ſententia, de qua nunc agitur, neminem videlicet τὰ μὴ ὄντα, vel ψευδῆ, dicere aut opinari poſſe, in qua multos fuiſſe cum olim tum ætate ſua, ſcribit Plato in *Cratylo*, p. 429 D. Nota interim, minus accurate ſcripſiſſe Laertium; τὸν Ἀντισθένους λόγον τὸν πειρώμενον ἀποδεικνύειν, ὡς οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν, οὗτος (Protagoras) πρῶτος διείλεκται, καθά φησι Πλάτων ἐν Εὐθυδήμῳ. *Vit. Protag.*

l. 15. παρὰ] περὶ *Ald. Baſ.* 1.

ibid. μάλιστα] κάλλιστα in *marg.* Stephani ponitur. Extat in *Baſ.* 2. Frequenter hæ voces ſecum invicem mutantur. Facit autem cum recepta lectione Ficinus, qui vertit *potiſſimum.* Et in L. 2, *De Rep.* ſimile quid occurrit, μάλιστα δ' οἶμαι ἂν σοῦ πυθέσθαι. p. 358 D.

P. 41, l. 1. ἄλλό τι ἢ ψευδῆ λέγειν οὐκ ἔστι;] For. ἄλλο τι ἢ ὅτι ψευδῆ &c. *Quidnam aliud, quam non poſſibile eſſe falſa loqui?* Steph. Nihil addendum puto.

l. 6. ἢ οὐ τοῦτ' ἂν εἴη &c.] Interpungi debere poſt εἴπερ εἴη, videbat vir mihi amiciſſimus. ſc. hoc ſenſu. *Nonne error, ſi modo is exiſteret, ignorantia eſſet?* Conjungunt illa εἴπερ εἴη cum verbis ſequentibus tum editiones tum interpretes.

l. 13. Οὐδ' ἄρα ἐκέλευον, ἔφη, ἐγὼ &c.] Legit Ficinus ἐκέλευεν, ſed nihil neceſſe fuerit mutare ἐκέλευον: ut ſint trajecta verba, ſicut alibi ſæpe, pro οὐδ' ἄρα ἐκέλευον ἐγὼ νῦν δὴ, ἔφη ὁ Διονυσόδωρος. Steph. Similiter paulo poſt ad p. 48, l. 14, Οὐκ οἶμαι,

μαι, ἔφη, ἐγὼ, ὁ Κλεινίας ὑπολαβών. Revera autem non legit Ficinus ἐκέλευσεν, qui in veteri illibataque ejus verſione hæc habet; *Tum Dionyſodorus: non juſſi igitur ut refelleres.*

P. 42, l. 2. ἐννοῶ] ἐν νῷ *Ald.* ἐννῶ *Baſileenſes.*

l. 5. ἀλλ' ὅτι] Fortaſſe ἀλλ' ἔτι. STEPH. Quidni ἄλλοτι?

l. 13. οὕτως εἶ κρόνος] κένος *Baſ.* 2, Ficini *verſio* (in qua *vanus* extat), Cornarii MS. Hanc lectionem memorat quoque Stephanus in *margine*, et ſequitur Serranus. καινὸς vult legere Cornarius, ut ſit καινὸς idem quod ἄτοπος. Sed melior eſt quam alterutra recepta lectio. Κρόνος enim de inepto homine ſenis inſtar delirante dicitur. Ita Schol. Ariſtoph. ad *Nubes*, v. 926, κρόνος. ἀρχαῖος, λῆρος. Et κρονικαῖς γνώμαις in Ariſtophanis *Pluto* eodem ſenſu occurrit, v. 580. Ita quoque Diodorus Iaſeus *Cronus* appellatus eſt, hoc cognomine a Ptolemæo Sotere deridiculi cauſâ donatus. Vide Laert, in *Vit.* ejus. Similique ſenſu vox ἀρχαῖος uſurpatur. Ita infra, ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος, p. 64, l. 6. alibique. Hîc igitur ait Dionyſodorus, Socratem, ut exoletum ſenem, res olim dictas inepte reminiſci, ad præſentes vero non habere, quid reſpondeat. Socrates enim non diluit cavillationem, ſed ſophiſtarum artis tantummodo oſtendit inconſtantiam, miramque iſtius diſciplinæ inanitatem; notandum autem, hunc quoque in *Cratylo* Protagoræ atque Euthydemi doctrinas ſimilibus premere conſequentiis. Vide p. 386, ubi de Euthydemo hæc ſunt, Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατ' Εὐθύδημόν γε, οἶμαι, σοὶ δοκεῖ πᾶσι πάντα ὁμοίως εἶναι ἅμα καὶ ἀεί. οὐδὲ γὰρ ἂν οὕτως εἶεν οἱ μὲν, χρηστοὶ, οἱ δὲ, πονηροὶ, εἰ ὁμοίως ἅπασι καὶ ἀεὶ ἀρετή τε καὶ κακία εἴη.

P. 43, l. 2. χαλεποί εἰσι] Subaudiendum λόγοι.

l. 4. τὸ γὰρ, οὐκ ἔχω] Fortaſſe τὸ γὰρ ὅτι οὐκ ἔχω. Sic ſtatim poſt, τὸ ὅτι οὐκ (l. 7). STEPH. Sed non neceſſaria videtur alterutro loco particula ὅτι.

l. 8. Ἄλλο σὺ λέγεις &c.] Hæc, ni fallor, ἐρωτηματικῶς dicuntur; eoque fortaſſe ſenſu, quo ego interpretatus ſum.

l. 9. ἐπεὶ ἀπόκριναι] Hæc cum verbis ſequentibus conjungunt *Ald.* et *Baſileenſes*, ſequente Serrano, qui σὲ in μὲ vertit. Recte diſtribuerunt Ficinus, Cornarius, et Stephanus.

l. 10. ὢ] Deeſt in *Ald. Baſ.* 1.

l. 13. ὅτε δεῖ] ὅτι *Ald.* ὅ,τι *Baſileenſes. quum :* Ficini *verſio.*

P. 44, l. 2. καὶ ὅτε μή] Ficinus (ſequente Serrano) poſt ἀποκρίνασθαι non videtur admiſiſſe illa, καὶ ὅτε μή. Steph. Neque mihi neceſſaria videntur, ſed ex antecedentibus huc demum irrepſiſſe. Legere autem vult Cornarius ἀμελήσας ὅτε δεῖ ἀποκρίνεσθαι καὶ ὅτε μή.

l. 5. Πότερον οὖν ψυχὴν ἔχοντα νοεῖ τὰ νοοῦντα] Scribitur Πότερον οὖν τὰ τὴν ψυχὴν ἔχοντα νοεῖν νομιστέα. quam lectionem in hac interpretatione (ſcil. Serrani) habes. Steph. Unde hæc lectio petita ſit, ignoro. Hic autem inducitur fallacia *Amphiboliæ.*

l. 13. ὅτι χρῇ τῷ λόγῳ] Repone ὅ,τι. Ficinus vertit: *Neque quo modo ſermone utaris habebis.*

P. 45, l. 2. ἐν] ἂν *Baſ.* 2.

l. 3. ὥσπερ τὸ παλαιὸν καταβαλὼν πίπτειν] Ait Serranus, pro τὸ παλαιὸν ſe legiſſe τοὐρείπιον (*veterem ruinoſumque parietem*) in MSto, eamque lectionem ſe veram judicare. Sed retinendum eſt τὸ παλαιὸν, reſpiciuntur enim Protagoræ aliorumque tempora, qui, dum circa hoc ſophiſma agebant, non poterant non ſibi repugnare, ut paulo ſupra dicitur ad p. 40, et in *Sophiſta* oſtenditur, p. 338. Nota interim, voces καταβαλὼν et πίπτειν e palæſtra ſumi, et ad diſputatorum ſcholas ſæpenumero transferri. Ita habes εἰς ἀπιστίαν καταβαλεῖν, et εἰς ἀπιστίαν καταπεπτωκέναι, in Noſtri *Phædone*, §. 38. Dicitur quoque *ſermo* frequenter alibi ἐν ταυτῷ μένειν, ſeu ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι. Vide *Euthyph.* §. 12, ſub fin. *Phædon.* §. 37, *Gorgiam* alicubi.

l. 14. τὸν Πρωτέα μιμεῖσθον τὸν Αἰγύπτιον σοφιστὴν] Extat fabula, quæ hic reſpicitur, apud Homeri *Odyſſ.* δ, l. 354, et deinc. Dum autem appellatur Proteus ſophiſta Ægyptius, fratres noſtri deridentur, comparatione illius technarum cum fallaciis, quibus hi ipſi in diſputando utebantur. Vide et Ionem τὸν ῥαψῳδὸν, ſimiliter atque hic ſophiſtæ, ſub finem cognominis Dialogi deriſum, et Euthyphronem τὸν θεολόγον in *Euthyph.* §. ult.

l. 15. τὸν Μενέλαον μιμώμεθα] Is a reditu in patriam ventis adverſis detentus hoc modo ſe expediviſſe narratur. Cum ab

Idothea,

Idothea, Protei Ægyptii filia, eſſet edoctus, ipſe treſque cum eo ſocii phocarum pellibus induti in littus inter phocas, quas paſcebat Proteus, dormire ſimulabant, vatemque more ſuo e mari emergentem, atque inter pecus ſuum dormientem, corripiebant, variaſque in ſpecies ſeſe immutantem tenebant, donec in priſtinam formam redierit, atque Menelao moræ cauſam, aliaque ab eo interrogata, expoſuerit. Hæc Homerus *Odyſſ.* δ, v. 354, et deinc. quem vide Virgilium imitantem *Georg.* 4, v. 387, et deinc.

P. 46, l. 6. ὅθεν γὰρ τὸ πρότερον ἀπελίποντο, ἑξῆς τούτοις πειράσομαι] Videbat vir quidam doctiſſimus mihique amiciſſimus legendum ἀπέλιπον, τὸ ἑξῆς &c. pro ἀπελίποντο, ἑξῆς. Eadem fere verba habes ſupra, ad p. 31, l. 2; ὅθεν ἐγὼ ἀπέλειπεν, τὸ ἑξῆς ἐπιδείξατον. Conjiciebat etiam Cornarius ἀπέλιπον, ut ex ipſius interpretatione conſtat; vertitque vetus interpres Ficinus, *Conabor igitur inde deinceps continuare ſermonem ubi ſupra deſtitimus.*

P. 47, l. 2. χρυσίον] χρυσίου *Baſileenſes.*

l. 12. Οὐδ᾽ εἴγε εἴπῃς] Fortaſſe οὐδέ γε εἴτις STEPH. Sed nihil mutandum. Simile illud eſt in *Sympoſio*, εἰ μὴ εἴπῃς τὸ μὲν ἀγαθὸν οἰκεῖον καλεῖ, p. 205 E, hocque in *Gorgia*, εἰ μὴ εἴτις ὑπολάβοι, §. 28, p. 180.

P. 49, l. 3. δυνατοὶ] ἀδύνατοι *Baſ.* 2.

l. 4. οἱ λογοποιεῖν αὐτοὶ ἀδύνατοι] Reſcribit λογοποιεῖν vir mihi omni pietate colendus. De iis, qui in uſum litigatorum orationes condebant, dixi ante ad p. 30. Sed interim de hac vocis λογοποιὸς ſignificatione nonnulla diſputatio eſt. Certe habet Heſychius, Λογοποιόν. συνήγορον. et deinceps, Λογοποιός (quod ex emendatione Pierſoni addendum). Λογογράφος, ὁ δίκας γράφων. Mœris quoque, Λογοποιὸν, τὸν λογογράφον οἱ Ἀττικοὶ, καὶ συνήγορον διὰ τῶν λόγων. Adde Thomam Magiſtrum, qui in v. Λογογράφος ſcribit, καὶ γὰρ καὶ λογοποιὸς ὁ λόγους γράφων. Diſtinguit tamen inter λογοποιοὺς et λογογράφους Ammonius. Λογογράφος καὶ Λογοποιὸς διαφέρει. Λογογράφος μὲν γάρ ἐστιν ὁ τοὺς δικανικοὺς λόγους γράφων· Λογοποιὸς δὲ, ὁ λόγους τινὰς καὶ μύθους συντιθείς. p. 90. Quod rectius eſſe judicat cl. Pierſonus ad Mœridem; atque ſe nuſpiam λογοποιὸς pro λογογράφῳ, *cauſarum forenſium ſcriptore*, obſervaſſe ait,

ait, niſi ita interpretandus Plato in *Euthydemo*, Ὁρῶ τινὰς λογοποιοὺς, οἳ τοῖς ἰδίοις λόγοις &c. Certe ita exponendus eſt Plato, ut paulo poſt manifeſto patet. p. 50, l. 2. Vide et p. 89, l. 15. Notandum autem, vocem iſtam a Noſtro hac forſan ratione uſurpari, quia hîc de duobus artium generibus ex profeſſo loquitur, earum ſcilicet, quæ ποιοῦσι, et earum, quæ effectis utuntur.

l. 13. ἡ μὲν γὰρ τῶν ἐπῳδῶν, ἐχιῶν &c.] De incantationibus veterum multa multi tractarunt, inter quos doctiſſimus Potterus in *Archæol. Græc.* L. 4, c. 10. De ferarum faſcinatione ita Virgilius, ſacerdotem memorans

Vipereo generi, et graviter ſpirantibus hydris,
Spargere qui ſomnos cantu manuque ſolebat,
Mulcebatque iras, et morſus arte levabat. Æn. 7, v. 755.

καὶ νόσων &c. Vetuſtiſſimum fuiſſe medicandi per incantamenta morem, cuivis veterum monimenta legenti manifeſtum eſt. Iſthæc vero quam vana ſint, ſolus vulgus ignorat! Simul et impia eſſe, præcipue apud nos Chriſtianos, optimus quiſque judicat, quoniam origine mala valetudo bona oriatur neceſſe eſt, ſi ita res ſit, ut per ſe, non per credulitatem, ad aliquod efficiendum incantamenta vim habeant. Sed hæc obiter. Elegantiſſime hîc Noſter de artis rhetoricæ abuſu ſcribit, quem quidem locum in *Gorgia* copioſe tractat.

P. 50, l. 5. Ποῖ οὖν, ἔφην ἐγὼ, τραποίμεθ᾽ ἂν, ὅτι ἐπὶ ποίαν τέχνην;] Fortaſſe τραποίμεθ᾽ ἂν ἔτι; ἐπὶ π. Niſi pro ὅτι ſcribendum ſit ἔφην. Steph. Mallem priorem Stephani conjecturam. Habes infra, ſi quid id refert, ἀλλὰ μετὰ τοῦτο ἔτι τίνα ἐζητήσατε τέχνην; p. 52, l. 12. Sed expoſitionis cauſâ poni ὅτι opinatur Waldgravius, et vertit quidem Ficinus: *Quo ergo nos vertemus? inquam, ad quam videlicet artem.*

l. 13. θηρεύσωνται] θηρεύωνται *Ald. Baſileenſes.* Nec fortaſſe idonea cauſa erat, cur id mutaret Stephanus.

l. 8. ἔφην] ἔφη *Baſ.* 2.

P. 51, l. 1. καὶ οἱ λογιστικοὶ] Poſt λογιστικοὶ ponitur ſtigme, (ſcil. in ipſius Stephani *edit.*) quamvis alioqui hi nominativi ferantur ad παραδιδόασιν. interrumpitur enim oratio. Steph.

ibid.

ibid. οὐ γὰρ ποιοῦσιν τὰ διαγράμματα ἕκαστοι τούτων, ἀλλὰ &c.] Non unuſquiſque geometra, neque omnes, qui aliûs cujuſvis ſcientiæ demonſtrativæ periti ſunt, in novis diagrammatibus efficiendis occupantur, ſed in eorum demonſtratione atque inveſtigatione, quæ jam conſtituta ſunt. Ita intelligo locum.

l. 4. τοῖς διαλεκτικοῖς καταχρῆσθαι αὐτῶν τοῖς εὑρήμασιν] Dialectica, quæ ſæpe Platoni eſt rerum ad intellectum pertinentium indagatio, hujuſmodi ſcientiis atque artibus tanquam miniſtris utitur. Vide Plat. *De Rep.* L. 7, p. 533 et deinc.

l. 7. ἔχοι] Prior lectio eſt ἔχει, interrogative: quam ſequitur Ficinus. STEPH. Vertit Ficinus hoc modo: *Eja pulcherrime et ſapientiſſime Clinia, eſt ita?* Recte, opinor. Εἶεν, Ἀττικῶς. ἄγε δή, Ἑλληνικῶς. Mœris Atticiſta. Vide et *Gorg.* p. 202, l. 11. Quum igitur veteres quoque editiones *Aldina* et *Baſileenſes* haberent ἔχει, ſed ſine interrogatione, ſine cauſa forſan mutaverit Stephanus ἔχει in ἔχοι, et debuerim ego veterem lectionem revocaſſe. Geminus locus eſt in *Convivio* Platonis. Εἶεν, (ἦν δ' ἐγὼ) ὦ σοφωτάτη Διοτίμα, ταῦτα ὡς ἀληθῶς ἔχει; καὶ ἥ, ὥσπερ οἱ τέλειοι σοφισταί, Εὖ ἴσθι, ἔφη, ὦ Σώκρατες. p. 208 B.

l. 11. τοῖς ὀρτυγοτρόφοις] Nutriebantur olim coturnices, ut, gallorum pugnacium inſtar, mutuis ictibus ſe contunderent. Favebat hujuſmodi ludis cum mos Atticus tum Romanus, quippe qui ſpectatoribus animum augere videbantur. Conf. Euſtathium ad *Iliad.* ι, v. 125, p. 636.

P. 52, l. 3. Μὰ Δία, οὐ μέντοι] Μὰ Δί' οὐ μέν τοι *Ald. Baſileenſes.*

ibid. οἶμαι γὰρ] οἶμαι καὶ *Baſ.* 1.

l. 9. μή τις τῶν κρειττόνων παρὼν αὐτὰ ἐφθέγξατο;] Recte notat Waldgravius, Deum aliquem, ſeu Cœlitem, voluiſſe hoc loco Platonem. Deos τοὺς κρείττονας appellari, notius eſt, quam ut exemplis egeat. Videndus tamen, ſi lubet, Noſter in *Sophiſta*, ſub init. et Ariſtides Rhetor ad p. 11, 132, 252, Tom. 2. Innuitur autem, ni fallor, ipſum revera dixiſſe Socratem, quæ Cliniæ, varietatis fortaſſe gratia, ſupra attribuuntur.

l. 14. Πόθεν — εὕρομεν] εὕρωμεν *Baſ.* 2.

P. 53, l. 4. εἰ αὕτη εἴη ἡ τὴν εὐδαιμ.] οὐ pro ἡ *Baſ.* 2.

l. 13. ὡς μόνη ἐπισταμένη χρῆσθαι] ὡς μόνου ἐπισταμένη χ. *Baſ.* 2.

P. 54.

P. 54, l. 1. κατὰ τὸ Αἰσχύλου ἰαμβεῖον] Æſchyli *Trag.* Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, v. 1,

Κάδμου πολῖται, χρὴ λέγειν τὰ καίρια
Ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως
Οἴακα νωμῶν, βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὕπνῳ. STEPH.

l. 13. ἡ ὑμετέρα τέχνη ἡ γεωργία] Multi cives Athenienſes, qui in Attica habebant prædia, agros ſuos ipſi colere ſolebant.

l. 14. τί ἀπεργάζεται;] τί ἀπεργάζεται ἔργον; Memoratur hæc lectio in *marg.* Stephani. Extat in *Baſ.* 2. Habet quidem Ficinus, *quod opus implet?* Sed vertit ſimiliter illa quoque verba, quæ ſtatim poſt ſequuntur.

P. 56, l. 4. Ἀλλ' ἆρα] Ἀλλ' ἄρα. *Ald. Baſſ. Num et:* Ficinus.

l. 7. Ἀλλὰ τινὰ δὴ ἐπιστήμην] δεῖ pro δὴ *Ald. Baſileenſes.*

l. 12. ἧτ' ἄλλους] Fortaſſe ἢ τοὺς ἄλλους: alioqui vide an ſcribi poſſit τοὺς ἄλλους. STEPH. Poſt relativum ὃς apud vetuſtiſſimos poetas particulam τὲ creberrime ſequi oſtendit cl. Hoogeveen, *Doctr. Partic.* c. 55, §. 2, p. 1140; quem vide ibidem docentem, ſolitos eſſe antiquiſſimos ſcriptores particulis uti, ſuam ſingulis vim exercentibus, quam, qui poſtea ſecuti ſunt, neglexerunt.

l. 15. ὅτι δέ ποτε ἀγαθοί εἰσιν] Repone, cum Waldgravio, ὅ,τι. Habet vetus Ficini *verſio, quo autem boni ſint.*

P. 57, l. 3. ὁ Διὸς Κόρινθος γίγνεται] Tædium ex verbis fruſtra iteratis hoc adagio ſignificatur. De ejus origine, quæ obſcurior eſt, conſulas Eraſmum in *Chiliad.* p. 678. Hic vero de egregio iſto Socraticæ diſſimulationis ſpecimine pauca dicenda ſunt. Ars civilis ſecundum Platonis doctrinam cæteras artes atque ſcientias, ut rhetoricam, imperatoriam, juridicam, regit et utitur, hæque, quatenus ab ea reguntur, ad noſtram utilitatem conducunt. Eſt autem ejuſdem *opus* atque officium, virtutem omnem civibus ingerere, prout in *Gorgia* et *Alcib.* 1mo liquido oſtenditur; imo etiam, καθόσον εὐδαίμονι προσήκει γίγνεσθαι πόλει, τούτου μηδαμῇ μηδὲν ἐλλείπουσαν, ἄρχειν τε καὶ ἐπιστατεῖν, quod quidem in fine *Politici* optime concluditur. Vide Alcinoum quoque *De Doctrina Plat.* c. 33. Ars igitur civilis, quà ſcientia illa, quæ beatos nos efficit, haudquaquam hoc

loco

loco repudiatur, etſi opera τὰ λεγόμενα εἶναι αὐτῆς in verorum ac genuinorum bonorum cenſum referri nequeant, nec diſputatio iſta ad exitum pervenerit, ſed in ἀπορίᾳ relicta ſit. Socrates enim, ubi cum ſophiſtis aut adoleſcentibus verſatur, non tam veritatem ipſam aſſequitur, quam veſtigia ejus indicat. "Socrates" ut ait Ficinus "hic inter adoleſcentes atque ſophiſ-"tas myſteria hæc revelanda non cenſet. Mos enim Socra-"ticus adoleſcentes exhortatur ſolum, ſophiſtas ſolum confu-"tat, viros denique legitimos docet: hic ergo ſub ironia at-"que diſſimulatione ejuſmodi tangit myſteria, ſeque ſimulat "hæſitare, et quaſi inter ſophiſtas vertiginoſos pati vertigi-"nem" *Argument. in Euthyd.*

l. 9. ὥσπερ Διοσκούρω ἐπικαλούμενος] Caſtorem et Pollucem, Jovis ex Leda filios. Fratres iſti, *Utile ſollicitæ ſidus uterque rati*, (Ovid. *Faſt.* 5. ſub fin.) a nautis periclitantibus invocabantur. Vide Iſocratis *Helen. Encom.* p. 143, *Ed. Battie*, alioſque auctores. Hoc interim loco Διοσκόρω ex præceptis magiſtrorum pro Διοσκούρω ſcribendum. Ita Herodianus *Philetæro*, Οἱ Διόσκουροι σὺν τῷ υ, ὅταν πληθυντικῶς λέγονται. τὼ Διοσκόρω δὲ ἐν τῷ δυικῷ ἀριθμῷ, ἄνευ τοῦ υ. p. 445, *Ed. Pierſon.* Imo vero Phrynicus Διόσκουροι improbans, Διοσκόροι rectius eſſe judicat. p. 100, *Ed. Pauw.*

l. 10. ἐκ τῆς τρικυμίας τοῦ λόγου] Tempeſtatis graviſſimæ; "qua" ut Eraſmus ſcribit "tres undarum cumuli in unum "cocunt, (ita Phavorinus in *Lexic.*) quod graphice deſcribit "in *Epiſtola* ad Euoptium Syneſius (*Ep.* 2)" *Chiliad.* p. 480. Sic quoque idem ad p. 378, "Nautæ periclitantes ſemper poſt "unius impulſum fluctus alium expectant, ſuccedentibus in-"vicem procellis. Atque etiam numerant undarum inſultus, "nam decimam quamque maxime formidant, quam veteres "*decumanam* appellabant. Græci graviſſimas procellas τρικυ-"μίας appellant" Τρικυμία. ζάλη. Heſychius. Eadem autem, quæ hic adhibetur, tranſlatio in ſacris quoque literis extat, ubi alia calamitas ex alia occurrens undarum inſultibus confertur. Vide *Pſal.* 42, 7; 88, 7.

P. 58, l. 5. ἔφη] ἔφην *Ald. Baſſ.* Poſt Ficini *verſionem* hoc corrigebat Stephanus.

l. 7. Πάνυγε, (ἦν δ' ἐγὼ) καὶ πολλὰ, σμικρά γε.] Rejicit vocem πολλὰ Serranus, rationibus parum idoneis adductus. Recte in *margine* reſcribit Stephanus, *Scio ſane multa, et ea quidem parva.*

l. 9. Οὐκοῦν σὺ (ἔφη) ἐπίστασαί τι;] Οὐκοῦν σὺ ἔφης ἐπίστασαί τι; *Ald. Baſileenſes.* Vertit etiam Ficinus, *Annon ſcire te aliquid aſſeris?* Forte legebat οὐκοῦν σὺ ἔφης ἐπίστασθαί τι; Sed recte tamen, ni fallor, Stephanus ἔφης in ἔφη mutabat. ἐπιστάσαι mendoſe pro ἐπίστασθαι habent *Ald.* et *Baſ.* 1, ad l. 12.

P. 59, l. 1. Ἧττον οὖν τι (ἔφη) οὐκ ἐπιστήμων εἶ;] Recte monet ἐρωτηματικῶς hæc dici Stephanus, neque cum Ficino aut Serrano ἧττόν τι interpretandum eſſe *Nihilominus.* Supra habes ἧττόν τι ἀντιλέγομεν ἐγώ τε καὶ σύ; p. 39, l. 12. Legere autem vult Cornarius Ἧττον οὖτ', ἔφη, οὐκ ἐπιστήμων εἶ. Sed nihil movendum. Fallaciam inducit hîc Euthydemus, quæ vocatur, *A dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter.* Hujus enim fuit opinio, πᾶσι πάντα ὁμοίως εἶναι ἅμα καὶ ἀεὶ, ut ſupra e *Cratylo* notavi, unde fluxerunt ineptæ iſtæ cavillationes, quibus omnes ſcire omnia probare aggreſſus eſt.

l. 4. Εἶεν, ἦν δ' ἐγὼ, Εὐθύδημε· τὸ γὰρ λεγόμενον, καλὰ δὴ πάντα λέγεις] τοῦ pro τὸ mendoſe *Ald.* et *Baſ.* 1. De hoc loco ita ſcribit Eraſmus "Marſilius (Ficinus) pro *Eſto* vertit *En:* eoque "legiſſe videtur, non εἶεν ſed εἶν aut εἰνὶ, quod Græcis ſonat "*En:* ut admirantis εἰρωνικῶς. Putoque hanc fuiſſe germanam "Platonis ſcripturam. Nam, *Eſto,* nihil facit ad præſentem "ſententiam. Nihil enim concedit, ſed ut rem inauditam "admiratur per irriſionem; ut omittam interim, quod εἶεν eſt "magis optantis, quam concedentis" *Chiliad.* p. 165. At conceſſio quædam εἰρωνικὴ (pace tanti viri dixerim) hoc loco eſſe videtur; et paſſim εἶεν ſimili ſenſu uſurpatur. Ita paulo infra ad p. 63, l. 9. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλὰ πῶς ποιῶ; Timæi quoque gloſſa eſt in Λέξεσι Πλάτ. Εἶεν. συγκατάθεσις μὲν τῶν εἰρημένων, συναφὴ δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα. Monet hæc porro Ariſtoteles in Σοφισ. Ἐλέγχ. Ἀποκριτέον δὲ, ἐπὶ μὲν τῶν δοκούντων (ſcil. ſophiſmatum, quæ cum elenchi non ſint, videntur tamen eſſe)

τὸ

τὸ Ἔστω λέγοντα· καὶ γὰρ οὕτως ἥκιστα γένοιτ' ἂν παρεξέλεγχος. c. 17. De dicto παροιμιώδει hic uſurpato, ita ibidem Eraſmus " Plato " aliis aliquot locis adagii titulo citat, *Pulchre dicis:* quod ar- " bitror e poeta quopiam deſumptum. Nam apud Theocri- " tum Praxinoe loquitur: Ναὶ· καλὸν εἶπας. id eſt: *Sic eſt,* " *dixiſti pulchre.*" (*Idyll.* 15, v. 38.)

l. 5. πῶς οὖν ἐπίσταμαι &c.] Secutum me eſſe video Ficini et Cornarii *verſiones,* dum hæc interpungebam. Cæteræ autem editiones, verbis ſequentibus in diverſum ſenſum acceptis, conjungunt illa ὡς δὴ τοῦτο — καὶ μὴ cum his πῶς οὖν ἐπίσταμαι &c. habentque interrogandi notam poſt καὶ μὴ *Baſileenſes* et Stephani *exemplum*; itidem poſt ἅπαντα ἐπίσταμαι *Baſ.* 2 et *Steph.*

P. 60, l. 3. Πάντ' ἄρα, ἔφην ἐγὼ, ἐπίστασθον] Abeſt ἐγὼ ab *Ald.* et *Baſ.* 1.

P. 61, l. 15. καὶ τὰ αἴσχιστα] Res videlicet, quas juvenis animo ſuggerebat liberiùs jocandi ſtudium.

P. 62, l. 1. ὁμόσε ἴτην] εἴτην *Ald. Baſileenſes.* De hac locutione videndi Harpocration, Photius *Lex.* MS. Mœris, Timæus; ad quem notat cl. Rhunkenius, nihil hac formula apud hiſtoricos Græcos eſſe frequentius, eamque fluxiſſe ab Homero *Il.* ν, v. 337,

Ὣς ἄρα τῶν ὁμόσ' ἦλθε μάχη ——

Ubi Euſtathius: Ὅρα ὅτι ἐκ τοῦ, ὁμόσε ἦλθεν ἡ μάχη, λαβόντες ἀρχὴν οἱ Ἀττικοὶ, ἐπὶ παρασκευῆς, ἢ καὶ ἄλλης ἐναντιωματικῆς, τὸ ὁμόσε τιθέασι, λέγοντες· ὁμόσε ἦλθεν ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι, τουτέστιν, ἀντικατέστη ὡς εἰς πόλεμον. καὶ ὁμόσε ἦλθεν τοῖς λόγοις, ἢ ταῖς ἀντιλογίαις. p. 908, *Ed. Baſil.*

l. 6. ἐς μαχαίρας γε κυβιστᾶν, καὶ ἐπὶ τροχοῦ δινεῖσθαι] Utrumque ludum memorat in *Sympoſio* ſuo Xenophon. Priorem illum ſic deſcribit: μετὰ δὲ τοῦτο κύκλος εἰσηνέχθη περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν, εἰς οὖν ταῦτα ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα καὶ ἐξεκυβίστα· ὥστε οἱ μὲν θεώμενοι ἐφοβοῦντο μήτι πάθῃ, ἡ δὲ θαῤῥοῦντως τε καὶ ἀσφαλῶς ταῦτα διεπράττετο. c. 2, §. 11. Alter vero hiſce verbis, ni fallor, indicatur: ἡ παῖς εἰς τοὔπισθεν καμπτομένη τροχοὺς ἐμιμεῖτο. §. 22. Etenim hoc loco apud Platonem ἐπὶ τροχοῦ poni ἐπιῤῥηματικῶς videtur, et δι-

νεῖσθαι forma media pro *ſeſe rotare*, vel, *circumagere in orbem*, uſurpari.

l. 7. τηλικοῦτος ὤν] Hæc cum vocibus ſequentibus conjungere mavult Stephanus. Sed nihil muto.

ibid. ἥκει] ἥκεις *Ald. Baſileenſes*. Sed legerat Ficinus ἥκει, quod in *exemplo* ſuo repoſuit Stephanus.

l. 13. ἦν δ' ἐγὼ] In *vulgatis* (*Ald.* et *Baſileenſ.*) ἦν δ' ante vocem ἐγὼ deeſt. Cornarius. Habet *inquam* vetus Ficini *verſio*. ὅτι mendoſe ſtatim poſt pro ὅ,τι *Ald. Baſileenſes.*

l. 14. καί σε] καὶ σὲ ad exprimendam emphaſin poſt *Ald.* et *Baſileenſes* reſcribendum.

P. 63, l. 1. εἰ γάρ τοι λέληθα &c.] Corrupta hæc inveniſſe Ficinum, *verſio* ejus oſtendit. Videtur enim legiſſe τί pro τοὶ, et οὐδὲ pro σὺ δὲ, et τί γὰρ μεῖζον pro τί μεῖζον.

l. 8. Οὐκ αἰσχύνῃ —— ἐρωτώμενος ἀντιρωτᾷν;] Huc pertinet Auli Gellii locus. *Legem eſſe aiunt diſciplinæ dialecticæ, ſi de quapiam re quæratur diſputeturque, atque ibi quid rogare, ut reſpondeas; tum, ne amplius quid dicas, quam id ſolum, quod es rogatus, aut aias aut neges, eamque legem qui non ſervent, et aut plus, aut aliter, quam ſunt rogati, reſpondeant, exiſtimantur rudes indoctique eſſe, diſputandique morem atque rationem non tenere. Noct. Att.* L. 16, c. 2, *Ed. Gronov.* Hinc occaſionem arripit Euthydemus (quippe qui, ut multi alii ſophiſtæ, in dialectica ſibi magnam peritiam ſumebat) Socratem, qui verus dialecticus fuit, tanquam differendi legum immemorem conviciandi. Pergit autem Gellius de illa lege oſtendere, quamvis brevitatis atque perſpicuitatis cauſâ in pleriſque diſputationibus eadem ſit adhibenda, eſſe tamen quædam, in quibus ſi breviter, et ad id, quod rogatus fueris, reſpondeas, captus ſis neceſſe eſt; proptereaque id quoque ad eam legem addi ſolere, non eſſe captioſis interrogationibus reſpondendum. Sin vero propter aliquam cauſam, ut nunc res ſe habet, his reſpondere viſum fuerit, caute omnino id fiat. Eſt enim quandoque definitio adhibenda aut roganda, ut facit deinceps Socrates, ne noſmetipſos falli patiamur, etſi contra legis iſtius præceptum, plus

plus quam quod rogatum eſt, reſpondeatur.

P. 64, l. 3. ὡς ἐγῷμαι] Abeſt ὡς ab *Ald. Baſ.* 1. Culpat hunc reſpondendi modum apud *Gorgiam* Socrates, quum videlicet obſcure quis animo percipiat interrogationem. Attende quoque Ariſtoteli hæc docenti: Ἃ δὲ συνυπονοοῦντες τίθεμεν, οἷον ὅσα μὴ σαφῶς, ἀλλὰ κολοβῶς ἐρωτᾶται, παρὰ τοῦτο συμβαίνει ὁ ἔλεγχος. Περὶ Σοφισ. Ἐλέγχ. c. 17.

l. 5. πρὸς ἃ ἂν ἀεὶ ὑπολαμβάνῃς] ὑπολαμβάνεις *Ald. Baſileenſes.* Recte, ni fallor, reponebat Stephanus ὑπολαμβάνῃς.

l. 9. τοῦ Κόννου] Hujus citharistæ meminit Plato, ad p. 4.

l. 12. παρὰ τούτων φοιτᾶν — μή με σκαιὸν ἡγησάμενοι φοιτητὴν, μὴ προσδέχοιτο] τοῦτον — ἡγησάμενος — προσδέχοιτο *Ald. Baſ.* 1. Præſentem lectionem *Baſ. 2ndæ* debemus, ubi tamen operarum vitio verba φοιτητὴν μὴ omittuntur. horum *doctrinæ me tradere* — nequis eorum *me ut ineptum et indocilem reſpuat:* Ficin.

P. 65, l. 1. τέχνην ἔχων, ἰδιώτου ἀνθρώπου] Legitur etiam, τέχνην ἔχων σὺ μὲν, ἐγὼ δ' ἰδιώτης ὢν ἄνθρωπος. In altera lectione repetitur κάλλιον ἐπίστασαι, hoc modo, τέχνην ἔχων, κάλλιον ἐπίστασαι ἐμοῦ ἰδιώτου ἀνθρώπου. STEPH. Harum forſan lectionum priorem ex Ficini *verſione* hauriebat Stephanus, quæ ſic ſe habet: *cum tu artem hanc teneas, ego vero ſim rudis:* alteram vero partim e Cornarii conjectura, qui legit, τέχνην ἔχων, ἐμοῦ ὄντος ἰδιώτου ἀνθ. niſi hæc poſterior in margine alicujus libri expoſitionis cauſâ poſita fuerit; nam mihi quidem ſana videtur recepta lectio, et ſubaudiendum eſſe ex antecedentibus κάλλιον ἐπίστασαι. ἰδιώτην mendoſe pro ἰδιώτου *Ald. Baſileenſes.* Vox interim ἰδιώτης, notante cl. Rhunkenio in Longinum, Sect. 35, p. 258, *Ed. Toup.* eſt *expers artis*, opponiturque *artifici*. Vide exempla ab eo congeſta, quibus addas Platonis *Theæt.* p. 154 D E, et *Sophiſt.* p. 221 C, Dion. Hal. Περὶ Συνθέσεως, §. 26, p. 246, *Ed. Upton.* Simili ſenſu adverbium ἰδιωτικῶς adhibetur, p. 20, l. 8.

ibid. ἐξ ἀρχῆς] ἐξαρχῆς *Ald. Baſileenſes.*

l. 10. αὖ] ἂν *Baſileenſes.*

l. 12. ἀλλ' εἴπερ, σύ.] Hanc ellipſin, quomodo in interpretatione vides, ſupplet Stephanus; nec multum differt Ficinus.

Videtur

Videtur interim hæc quoque cavillatio, ſallacia eſſe, quæ vocatur, *A dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter.*

l. 13. ἀλλ' ἀπόκριναι εἰ ἀεὶ τοῦτο ἐπίστασαι.] ἢ ἐρωτηματικὸν pro εἰ legunt *Ald. Baſileenſes*; nec fortaſſe cauſa erat, cur id mutaret Stephanus. Vertit Ficin. *Sed reſponde: Utrum ſemper hoc ſcias?*

P. 66, l. 10. τὸ, ἃ ἐπίσταμαι] Deeſt ἃ in *Ald.* et *Baſ.* 1.

P. 67, l. 2. ἂν ἐγὼ βούλωμαι] βούλομαι *Ald. Baſileenſes.*

l. 3. ὦ πολύτιμε] ὦ πολυτίμητε. Affertur hæc lectio in *margine* Stephani. Extat in *Baſ.* 2. Recipienda quidem, ſi grammaticos audias. Sic enim Ammonius: Πολύτιμος καὶ Πολυτίμητος διαφέρει. Πολύτιμος μὲν γάρ ἐστιν ὁ πολλῆς τιμῆς ἠγορασμένος ἄνθρωπος· πολυτίμητος δὲ, ὁ πολλῆς τιμῆς ἄξιος. ὡς τοὺς θεοὺς πολυτιμήτους λέγομεν. p. 118. Similia Thom. Mag. v. πολύτιμος, e quo ſua depromſit Phavorinus, v. πολύτιμος, ubi πολύτιμον poſteriori loco pro πολυτίμητον mendoſe ſcribitur.

l. 8. ὅπως οὐ πάντα ἐγὼ ἐπίσταμαι] Vel reponendum ὡς, vel dicendum poni ὅπως pro ὡς. STEPH. Forte hoc dicendum, certe nihil mutandum. Iſocratis ſunt iſta; Ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ὁμολογῶ τούτοις· ΟΠΩΣ δὲ τοῦ δικαίου χρὴ ποιεῖσθαί τι προὐργιαίτερον τὸ συμφέρον, οὐδεὶς ἂν μελετῶν πείσειεν. *Archidamo*, p. 27.

ibid. ἐπειδήπερ ὑμεῖς φατὲ] ἐπειδή γε *Baſ.* 2. Legendum forte ἐπειδήπέρ γε, ut ad l. 9 paginæ ſuperioris.

l. 9. ὡς ἀγαθοὶ ἄνδρες ἄδικοι εἰσιν] Hoc loco reponendum οὐκ ἀγαθοὶ, itidemque in ſequentibus, Stephanus conjecerat, poſtea vero rectius ſententiam mutabat. Serranus autem pro οὐκ ἄδικοι, quod ſtatim poſt ſequitur, legit ἄδικοι. Male; quum enim Euthydemo, quo pacto a Socratis quæſtione ſeſe liberet, crux figatur, ſciens igitur ab ea aberrat.

P. 68, l. 2. ἅμα] Deeſt in *Ald. Baſ.* 1.

l. 5. Ἀδελφὸς γὰρ &c.] Hæc omnino cum interrogatione, renitentibus licet omnibus editionibus et interpretibus, legenda arbitror. Inchoari enim mihi quidem videtur ſophiſma illud, quod paulo poſt ſequitur; nam in votis habet Dionyſodorus cavillatione ſua obſiſtere, quo minus Socrates Euthydemum urgeat. Socrates ad tempus ſophiſtam arcet.

l. 12. τοῦ Ἡρακλέους· ὃς οὐχ οἷός τ' ἦν &c.] Proverbium eſt, πρὸς

δύο

δύο οὖδ' Ἡρακλῆς. Memorat id Plato in *Phædone*, §. 38; ubi vidend. cl. Forſter. Derivatur a Noſtro ex fabuloſo Herculis cum duobus monſtris certamine; quæ quidem pugna ad importunos ſophiſtas, ſimul ambos ſe diſputationi ingerentes, perquam ingenioſe accommodatur. Cum hydra enim Lernæa, ut fert fabula, diu pugnabat Hercules, propterea quod, uno reciſo capite, plura renaſcerentur. Hydræ interim cancer auxiliaturus advenit, et mordicus Herculis calcem prehendit; quibus tandem malis oppreſſus, ſuccubuiſſet quidem heros, ſed imploranti Iolaus opem tulit. Vide Eraſmi *Chiliad.* p. 93, et 326, qui ad p. 115 de h. l. ita ſcribit "Mordaci allegoria "Socrates e fratribus ſophiſtis alterum hydram, cancrum al-"terum, nominat, ſe Herculem, Cteſippum Iolaum."

P. 69, l. 4. ὁ δ' ἐμὸς Ἰόλεως Πατροκλῆς, εἰ ἔλθοι, πλέον ἂν θάτερον ποιήσειεν] Forte quia rudis literarum fuerit uterinus hic Socratis frater. Iolaum pro *auxiliatore* vulgo accipi oſtendit Eraſmus *Chil.* p. 93.

l. 8. σχεδόν τι, ἐγὼ τοῦτ' εὖ οἶδα, φθονῶν] Videntur hæc per parentheſin poni, ἐγὼ τοῦτ' εὖ οἶδα, aut etiam cum σχεδόν τι. STEPH. Malim poſteriorem hæc verba ordinandi rationem, cum eadem video in *Hippia Majori* conjungi. Ἐρεῖ τοίνυν (inquit Socrates) μετὰ τοῦτ' ἐκεῖνος, (σχεδόν τι εὖ οἶδα, ἐκ τοῦ τρόπου τεκμαιρόμενος) Ὦ βέλτιστε σὺ, &c. p. 288 C.

P. 70, l. 12. ἕτερος ἂν πατρὸς, οὐκ ἂν πατὴρ εἴη] Fallacia eſt *Accidentis*. Hæc autem habet, ut notat Serranus, cum Euthydemi ſententia commercium, qui aſſerebat, πάντα πᾶσιν ὁμοίως εἶναι ἅμα καὶ ἀεί. Unde, ni fallor, Ariſtoteles, Οἱ μὲν οὖν παρὰ τὸ συμβεβηκὸς παραλογισμοί εἰσιν, ὅταν ὁμοίως ὁτιοῦν ἀξιωθῇ τῷ πράγματι καὶ τῷ συμβεβηκότι ὑπάρχειν· ἐπεὶ γὰρ τῷ αὐτῷ πολλὰ συμβέβηκεν, οὐκ ἀνάγκη πᾶσι τοῖς κατηγορουμένοις, καὶ καθ' οὗ κατηγορεῖται, ταὐτὰ πάντα ὑπάρχειν· ΠΑΝΤΑ ΓΑΡ ΟΥΤΩΣ ΕΣΤΑΙ ΤΑΥΤΑ, ὥσπερ φασὶν οἱ σοφισταί. οἷον, εἰ ὁ Κορίσκος ἕτερος ἀνθρώπου, αὐτὸς αὐτοῦ ἕτερος· ἔστι γὰρ ἄνθρωπος· ἢ εἰ Σωκράτους ἕτερος, ὁ δὲ Σωκράτης ἄνθρωπος, ἕτερον ἀνθρώπου φασὶν ὡμολογηκέναι, διὰ τὸ συμβεβηκέναι, οὗ ἕτερον ἔφησεν εἶναι, τοῦτον εἶναι ἄνθρωπον. Σοφισ. Ἐλέγχ. c. 5. Memorat eandem cavillationem Laertius quoque in *Vit. Plat.* In duas partes dividitur,

viditur, quarum et altera jam inſtat. Vide paginam ſequentem.

l. 13. Εἰ γὰρ δήπου] Ficinus legebat οὐ, ſed melius εἰ.

P. 71, l. 1. ἀπάτωρ] ἀπάτηρ *Ald. Baſ.* 1.

l. 3. ἕτερός ἐστιν τοῦ ἐμοῦ πατρός] Lego ἕτερός ἐστιν ἄρα. Steph. Sine cauſa, opinor.

l. 4. Οὐκ ἂν συμβουλοίμην.] οὐ γὰρ συμβουλοίμην et cum antecedentibus *Ald. Baſ.* 1. οὐκ ἂν *Baſ.* 2, ſed ſimiliter cum antecedent. Recte poſt Ficinum verba disjunxit Stephanus.

l. 5. ἐμὸς μόνον ἐστὶ πατὴρ] μόνος *Ald. Baſileenſes. duntaxat*: Ficin.

l. 9. Μὴ γὰρ, ἔφη ὁ Κτήσιππος, τὸ λεγόμενον, οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις;] Vertendum, opinor, *Fortaſſe quidem, ut aiunt, haud linum lino connectis.* Apud parœmiographos autem nulla adagii, Οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις, fit mentio, ſed illius tantum, Λίνον λίνῳ συνάπτεις. Sic Scholiaſta ad Ariſtidis *Orat.* ὑπὲρ τῶν τεσσ. Λίνον λίνῳ συνάπτεις, παροιμία ἐστὶ ἐπὶ τῶν τοῖς προτέροις ἕτερα συνειρόντων. p. 143. Et Suidas, Λίνον λίνῳ συνάπτεις, ἐπὶ τῶν τὰ ὅμοια ἐπιμιγνύντων. ἢ παρακρουομένων ἢ ἀπατώντων. Adi quoque Eraſmum in *Chiliade*, "Adagii, *linum lino nectis*, duplicem apud Græcos "interpretes ſenſum invenio. quorum alter eſt: *infirmis in-"firma copulas, frivola frivolis*; alter: *eadem non iiſdem ratio-"nibus facis aut dicis.* Cteſippus in Platonis *Euthydemo*: *Haud "tu quidem linum, ut proverbio dicitur, lino connectis, ſi pater "tuus, pater eſt omnium.* Eſt autem ironia in ſophiſtam, qui "frivolis argutiis id ſibi collegiſſe videbatur." p. 324. Deinde duos citat locos, ex Ariſtotele nimirum et Proclo, qui tamen ambo ita exponi poſſe videntur, ut in illis proverbium ſit Οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις, i. e. *Non res inter ſe convenientes connectis.*

l. 12. Πότερον ἀνθρώπων; — ἢ καὶ ἵππων; ἢ καὶ τῶν ἄλλων πάντων ζώων;] Fortaſſe ἀνθρώπων μόνον; Steph. Ait quoque Stephanus ponendam eſſe interrogandi notam poſt ἵππων, (quod ego feci) ſi particula ἢ ante καὶ τῶν ἄλλων non tollatur. Ficini *verſionem* ante ſe ponebat Stephanus, quæ ſic ſe habet: *Utrum hominum duntaxat: an equorum etiam, cæterorumque animalium omnium?* Sed minime neceſſe eſt, ut quid addatur, vel auferatur.

l. 15. ἄρα] ἆρα *Ald. Baſſ.* itidem ad l. 3 pag. ſequent. Sed vertit *Ergo* priori loco Ficinus.

P. 72,

P. 72, l. 10. ἄςε σὸς πατὴρ γίγνεται ὁ κύων] Fallacia hæc eſt, quæ vocatur *Compoſitionis*: i. e. cum conjunctim accipiuntur, quæ erant accipienda diviſim. Ita, quia canis eſt pater, et eſt Cteſippi, probatur eum eſſe Cteſippi patrem.

l. 13. Καὶ ἔτι γέ μοι μικρὸν, ἔφη, ἀπόκρινα] Fortaſſe κ ἕν τι. Steph. Sed cum *Græcis exemplaribus* legit ἔτι vetus Ficini *verſio*. Habes quoque ſupra, ἀλλὰ τοῦτο ἔτι ἡμῖν μόνον εἴπατον, p.61, l.8; et infra ad p.76, l.14, ἀλλ' ἔτι μοι τὸ ἕτερον ἐπιδείξατον: alibique ſimilia. Si qua ergo emendatione opus ſit, (quod vix crediderim) ſcribendum μικρόν τι pro μικρόν.

P. 73, l. 2. ὅ,τι μαθὼν] Ita *Ald. Baſileenſes*, et *interpretatio* Ficini, comprobante etiam Stephano; ſed melius ὅτι μαθὼν, *quia*, ut ad p. 326 oſtenditur.

l. 8. Οὐδὲ σὺ &c.] Ἐρωτηματικῶς hæc dici cum Waldgravio ſentio. Vulgo autem leguntur aliter; imo vero cum his verba ſequentia conjungunt *Editt. Baſileenſes* atque interpretes.

P.74, l.2. ἐλλέβορον] Herbæ, quæ in adverſa valetudine datur.

l. 4. ὅσος ἀνδριὰς ὁ ἐν Δελφοῖς] ὅσος *Ald.* ὁ σὸς *Steph.* ſed ὅσος *Baſileenſes* et Ficini *verſio*, quod recepi. Recte enim adnotat, ni fallor, Serranus "legendum hic ὅσος non ὁ σὸς duobus vo-"cabulis. Quid enim attinet (inquit) agere de ſtatua ſophiſtæ, "quæ Delphis fuerit, ecquis novit?" Ellipſis fit vocis ποσό-της, quomodo in *Sophiſta*, p. 217 E. Et ad hunc modum vertit Cornarius. Reſpici igitur videtur ingens quoddam, Apollinis fortaſſe, ſimulachrum.

l. 5. ἐπειδὴ ἀγαθόν ἐστι &c.] Hæ ſunt cavillationes a *Compoſitione*. Hîc enim quod disjunctum verum eſt, conjunctione fit falſum. Sophiſtæ argumentum eſt, ὅτι ἄπποι γίγνεται, εἰ πολλὰ ἀγαθὰ ἐν καρὸν ἐστι. Confer Ariſtot. *De Rhet.* L. 2, c. 26.

l. 9. τὸν Γηρυόνην — τὸν Βριάρεων] Duos gigantes. Geryonem, regem Hiſpanicum, qui triceps Heſiodo fingitur. *Theog.* v. 287. Briareum, vel Ægæona, Cœli et Telluris filium, cui, ut comminiſcuntur poetæ, centum manus et capita quinquaginta erant. Heſiodus *Theog.* v. 147, et Virgilius *Æn.* 10, v. 565. De eo Homerus quoque, *Il.* α, v. 403 et deinc.

l. 10. ἐγὼ δὲ ᾤμην] ἔγωγε *Baſ.* 1. ἐγώ γε *Baſ.* 2.

l. 12. πρὸς τὰ πρότερον ἀποκεκριμένα τῷ Κτησίππῳ] Reſpiciuntur, quæ reſponderat ante Cteſippus ad l. 3 et l. 9, contra ſophiſtam, qui probare aggreſſus eſt, nihil opus eſſe multis bonis.

P. 75, l. 3. Ὡμολογήκαμεν οὖν] Fortaſſe Ὡμολόγηκα μὲν οὖν. Steph. Idem maluerat Serranus. Recte, ut mihi videtur.

l. 7. στατῆρα δὲ χρυσοῦ] Et pondus et nummum. In poſteriorem autem ſenſum ſtaterem hîc accipio. De ſtatere nummo Arbuthnotus, medicus illuſtris, in *Diſſert. de Antiquis Nummis et Ponderibus*, c. 4, et 6, Tabulâque 22, *Anglice* ſcript.

l. 10. οἱ χρυσίον τε ἐν τοῖς κρανίοις ἔχουσι πολὺ τοῖς ἑαυτῶν, ὥσπερ σὺ νῦν δὴ ἔλεγες τὸν κύνα τὸν πατέρα] Hoc nimirum ad eandem pertinet ſallaciam, qua illud ſuperius de cane patre ridiculum commentum. Videſis quæ ad p. 72, l. 10, annotantur. Eſſedones, gentem Scythicam, capita parentum auro cincta pro poculis eſſe uſos, narrant Pomponius Mela *De Orbis Situ*, L. 2, c. 1, verſ. fin. et Julius Solinus *Polyhiſt.* c. 25, circa med. Sed Scythas interiores pocula, non de parentum, ſed inimicorum capitibus frabricaſſe, refert ibidem Solinus.

l. 15. τὰ δυνατὰ ὁρᾷν, ἢ τὰ ἀδύνατα] Sita eſt, notante Waldgravio, in his ipſis verbis fallacia, quæ in ſenſum activum vel paſſivum accipere licet. Eſt igitur cavillatio *Amphiboliæ*.

P. 76, l. 1. Οὐκοῦν καὶ σύ; ἔφη. Κἀγώ. Ὁρᾷς οὖν &c.] Οὐκοῦν καὶ σὺ (ἔφη) κἀγώ. ὁρᾷς οὖν &c. Ita *Ald.* et *Steph.* Melius, opinor, Ficini *Verſio*, *Baſileenſes*, Cornarius, et Serranus; quos equidem in hoc loco ordinando ſecutus ſum.

l. 3. Τί δέ; ἦδ' ὅς. Μηδέν.] Τί δὲ, ἦδ' ὃς, μηδέν; conjunctim, Aldus et Ficinus. Sed rectius, ni fallor, verba hæc dividuntur. Cum enim aliud quid propoſiturus ſit ſophiſta, cœperatque dicere Τί δέ; ſermone ejus intercepto, ait Cteſippus, Μηδέν.

l. 6. καὶ οἷόντε λέγοντα μηδὲν λέγειν] Legitur etiam καὶ οἷόν τε λέγων τὶ μηδὲν λέγειν. Sed ne ita quidem procedit hæc orationis ſtructura. Repono igitur, καὶ εἰ οἷόν τε λέγοντα μηδὲν λέγειν. Steph. Recipienda eſt Stephani conjectura, eoque magis, quod εἰ poſt καὶ facile potuerit excidere, vel ex male intellecta dictantis voce, vel propter ſimilitudinem literarum oculos ſcribentis

bentis fallentem. Ita duobus Codicibus Theophraſti a cl. Needham memoratis vocula εἰ poſt καὶ ſimiliter abeſt. *Charact.* c. 4. Unde autem petita ſit lectio altera a Stephano hic allata, ignoro, niſi forte e Serrani interpretatione, quæ ſic ſe habet, *et quaſi aliquid dicas, nihil dicere.* Nec multo aliter vertit Cornarius.

l. 7. σιγῶντα λέγειν] Παρὰ δὲ τὴν ἀμφιβολίαν οἱ τοιοίδε (λόγοι)· — ἆρά ἐστι σιγῶντα λέγειν; διττὸν γάρ ἐστι καὶ τὸ σιγῶντα λέγειν, τό, τε τὸν λέγοντα σιγᾷν, καὶ τὸ τὰ λεγόμενα. Ariſtot. Σοφισ. Ἐλέγχ. c. 4.

P. 77, l. 3. εἴπερ τῶν ἁπάντων ἐστὶ τὰ λέγοντα] Legendum εἴπερ τῶν ἁπάντων ἐστὶ καὶ τὰ λέγοντα. Vulgo habetur falſo εἴπερ τὰ λεγόμενα pro τὰ λέγοντα. (in *Ald.* et *Baſſ.*) Cornarius. Hoc emendabat ex Ficini *verſione* Cornarius, in qua legitur, *illa quæ dicunt*; nihil autem neceſſe erat particulam καὶ addere.

l. 12. ἐξημφοτέρικε τὸν λόγον] Artem ſophiſtarum cito edoctus Cteſippus *fallacia plurium interrogationum* adverſus Euthydemum utitur; cujus vitandæ gratiâ reſpondet hujus frater Dionyſodorus Οὐδέτερα, καὶ ἀμφότερα. Hinc Cteſippus, ὁ ἀδελφός σου ἐξημφοτέρικε τὸν λόγον. "Videtur Cteſippus," ait Stephanus, "in "hoc verbo reſpicere ad reſponſum Dionyſodori dicentis ἀμφό-"τερα." Audi quoque cl. Rhunkenium ad Timæi Λέξεις, (ubi vox ἐπαμφοτερίσαι ſic exponitur, Ἐπαμφοτερίσαι. εἰς ἀμφιβολίαν ἀγαγεῖν τὸν λόγον. quibus verbis addunt Suidas et Cyrillus *Lex. MS.* ὡς καθ' ἑκάτερον ἐλέγχεσθαι) "Dignus etiam eſt, qui obſer-"vetur, ſingularis uſus verbi ἐξαμφοτερίζειν, *Euthyd.* h. l. ubi "interrogatus aliquis de binis rebus, et reſpondens οὐδέτερα καὶ "ἀμφότερα, lepide dicitur ἐξαμφοτερίζειν τὸν λόγον. quo forte "reſpicit Heſychius: Ἐξαμφοτερίσαι. τὸ ἀμφίβολον ποιῆσαι, καὶ τὸ "δύο πραγμάτων ἐκπεσεῖν" Etymologi gloſſa eſt, Ἐξαμφοτερίσαι, τὸ τὰ σαφέστερα εἰς ἀμφίβολον περιστῆσαι.

P. 78, l. 7. Ἆρα ἕτερα ὄντα τοῦ καλοῦ;] Hoc eſt, ab idea vel forma pulchri, quæ ſola mente cernitur; dum omnia pulchra, uti ipſe ait Plato in *Phædone*, §. 49, hujus præſentia, ſive communione, ſive quocunque alio modo hæc adſit, fiunt pulchra. De hiſce ideis, quæ Platonicæ vocantur, multi multa diſputa-

 runt.

runt. De iiſdem quoque extat ipſius Platonis dialogus, qui Parmenidis philoſophi nomine celebri inſcribitur. Ii interim a Noſtro in *Sophiſta* notantur, qui, horum fratrum adinſtar, cum abſtruſis quæſtionibus quaſi ludentes inanes rixas et cavillationes pueriliter movent; τὸ δὲ ταυτὸν ἕτερον ἀποφαίνειν ἁμηγέπῃ, καὶ τὸ θάτερον ταυτὸ, καὶ τὸ μέγα σμικρὸν, καὶ τὸ ὅμοιον ἀνόμοιον, καὶ χαίρειν οὕτω τἀναντία ἀεὶ προφέροντα ἐν τοῖς λόγοις, οὔτέ τις ἔλεγχος οὗτος ἀληθινὸς, ἄρτι τε τῶν ὄντων τινὸς ἐφαπτομένου δῆλος νεογενὴς ὤν. p. 259 D.

l. 11. Ἐὰν οὖν παραγίνηταί σοι βοῦς &c.] Eſt Fallacia *Homonymiæ*, ſita eſt enim in vocibus, παραγίγνομαι et πάρειμι, ambiguitas, nam diverſo ſenſu παραγίγνονται alicui bos et pulchritudo.

l. 15. Ἤδη δὲ τοῖν ἀνδροῖν τὴν σοφίαν ἐπεχείρουν μιμεῖσθαι] Miſſa ſophiſtæ cavillatione oſtenſurus eſt Socrates, neminem poſſe dubitare, quin idem ſit idem, aliud autem aliud.

P. 79, l. 8. ἔπειτα ἄλλα] Vox ἔπειτα ſuſpecta eſt. STEPH. Emendaverat Cornarius ἐπὶ τὰ ἄλλα, quod mihi quidem arridet.

l. 10. παγκάλοις] παγκάλους *Baſ.* 2.

l. 11. Οἶσθα οὖν ὅ,τι προσήκει] ὅτι *Ald. Baſilcenſes.* Hoc loco vox ἔφη fortaſſe excidit; inchoatur enim fallaciam ſophiſta, quæ *Amphiboliæ* eſt. Certe habet vocem *inquit* Ficini *verſio.*

P. 80, l. 2. ὡς φῇς] ὡς φασὶ *Ald. Baſ.* 1.

l. 5. ἐψήσῃ] ἐψήσω *Ald.*

l. 8. πράξει] πράξῃ *Baſilcenſes.*

ibid. κολοφῶνα ἐπιτίθῃς] "Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκεν. Dici conſuevit, cum ſumma manus rei cuipiam imponitur, aut cum accedit id, ſine quo negotium confici non poteſt. Originem adagionis indicat Strabo lib. *Geographiæ* ſuæ 14, (p. 643) ſcribens Colophonios olim cum navalibus copiis abundaſſe, tum equeſtribus uſque adeo præcelluiſſe, ut ubicunque gentium bellum gereretur, quod confici non poſſet, Colophoniorum equitum auxilio profligaretur." Eraſmus in *Chiliad.* p. 570. Tradit autem in *Lex. MS.* Cyrillus, dici κολοφῶνα, τὸ ἀκρότατον κεφάλαιον, quia Colophonii poſt occupatam Smyrnam duo ſuffragia habentes in deliberationibus plurimum valerent. Hoc eſt, in Ionicarum urbium ad Panionium conventu. Memorat

morat Smyrnæorum expulſionem Herodotus L. 1, c. 150, p. 73.

l. 9. ἆρά μοι ποτὲ] ἄρα μοί ποτι *Ald. Baſſ.* Sed vertit Ficinus *Nunquid.* Reſpicitur interim ſophiſma prius ad p. 78.

l. 11. Ἐὰν σύ γε βούλῃ, ἔφην ἐγὼ, δηλονότι.] Hæc, et verba ſequentia, tranſmovet hoc modo Cornarius: Ἐὰν σύγε βούλῃ, ἔφην. Τί δὲ, ἦ δ' ὅς, τὰ σαυτοῦ οἴει γιγνώσκειν; Ἐγὼ δηλονότι, εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. Conjungit quidem Ficini *verſio* ἐγὼ cum δηλόνοτι, ut et *Ald.* et *Baſileenſes*, voculamque *Equidem* habet ante εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. Sed nulla omnino tranſmutatione videtur opus.

P. 81, l. 4. ὅτι] ὅ,τι *Ald. Baſileenſes.* male.

l. 10. ὅς] ὁ *Ald. Baſ.* 1.

P. 82, l. 4. προδιδάσκει] Valet vox iſta, *procœmia doctrinæ tradere*, et *quaſi experimentum diſcipuli capere.* Vide Ariſtoph. *Nub.* v. 476. Adhibetur quoque in *Gorgia*, p. 203, l. 3.

l. 5. ἔστι γὰρ ἔμοιγε καὶ βωμοὶ &c] Utrum εἰσί? STEPH. Ἔστι retinendum propter nomina neutrius generis, quæ ſequuntur.

l. 8. οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ ἐπωνυμία &c.] Sed apud Ariſtophanem in *Nubibus* filium jubet ſenex πατρῷον Δία revereri. v. 1470. Ubi docent *Scholia*, Jovem illo Πατρῴου nomine Athenis adorari, quum ibi primum, poſtquam nutritus eſſet, apparuerit; atque ita appellatum eſſe Apollinem, quia Creuſam, Erecthei regis Atticæ filiam, uxorem duxerit, e qua natus Ion. Vel, utroſque ita dictos eſſe, quia primi Athenienſes eos receperint, atque ſoli Græcorum curialibus honoribus coluerint. Aperte vero tradit hîc Plato, Apollinem eſſe Πατρῷον, non autem Jovem. "Quod utique manifeſto ſatis arguit" ut notat in Ariſtophanis locum Spanhemius "ea, qua Comicus has fabulas edidit, "ætate, et qua Plato hæc conſignavit, nullum *Jovis* Πατρῴου, "ſed *Apollinis* demum Athenis nomen et cultum extitiſſe. "Unde nec alibi ab auctoribus Atticis, Platone, Demoſthene, "vel qui de Atticorum agunt antiquitatibus, vel Athenienſium Diis, Pauſania, Harpocratione, Polluce, Ariſtide, ullam *Jovis* apud Athenienſes Πατρῴου, ſed *Apollinis* mentio"nem fieri videas.—Quod autem a Strepſiade Πατρῴου Διὸς fiat "hic mentio, id ad imitationem Πατρῴου Apollinis a ſene et "hinc filii contumeliis, illinc creditorum metu, parum ſui

"compote

"compote dictum; indeque etiam eum inter alia a filio irri-"
"deri continuo liqueat." Huic quoque conjecturæ aſtipulatur cl. Alberti in *Obſerv. ad N. T. Act. Apoſt.* 24,14. Certe vero non eò irrideri a filio videtur Strepſiades, quòd Πατρῷον dixerit, quum in gemino plane loco filius ipſe a patre ſimiliter corripiatur, cum Δία Ὀλύμπιον teſtem adhibuerit. Vide v. 815. Forte commemorat πατρῷον Δία Strepſiades, ad Athenienſium cum Jove conſanguinitatem, de qua mox dicendum, reſpiciens; qui et a Græcis, imo a Platone ipſo in L. 9 *De Legg.* p.881 D, et ab aliis gentibus, ut ex Xen. Κ. Π. conſtat, 8,45, πατρῷος nuncupatus eſt. Univerſi quoque Dii πατρῷοι vocabantur. Vide Pollucis *Onomaſt.* L. 1, c. 1. Seg. 24. Jupiter autem Athenienſibus πατρῷος καὶ ὁμόγνιος (Platonis verba ſunt in loc. jam citato) peculiari quodam ſenſu habebatur, etſi proprie nullus erat apud illos Ζεὺς Πατρῷος, quoniam Apollo, ob cauſam a Platone aliiſque memoratam, ita κατ' ἐξοχὴν appellabatur. Atque ſimili ſenſu ſophiſta Socratem interrogare videtur, ἔστι σοι Ζεὺς Πατρῷος; huic enim id neganti ſophiſta exprobrat, cum Athenienſem non eſſe, cui non Dii Patrii ſint; nam populares Socratis cum Diis illis cognationem ſibi vindicabant, qui ab eo ſtatim poſt dicuntur πρόγονοι. l. 15.

ibid. Ἰώνων οὐδενὶ, οὐδ' ὅσοι — οὐδ' ἡμῖν.] Athenienſes, ut omnibus fere notum eſt, quique ab iis orti alias regiones incolebant, antea dicti erant Iones; poſtea vero duodecim tantum in Aſia Minore collocatis urbibus id erat nomen. οἱ μέν νυν ἄλλοι Ἴωνες (refert Herodotus) καὶ Ἀθηναῖοι ἔφυγον τοὔνομα, οὐ βουλόμενοι Ἴωνες κεκλῆσθαι. L. 1, c. 143, p. 71.

l. 10. Ἀπόλλων πατρῷος] In theſmothetarum, ſive archontum, pròbatione inter alia quærebatur, εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος, καὶ Ζεὺς Ἕρκιος. Pollux *Onomaſt.* 8, 9, 1. "Quod eo-"
"dem rediit" ait Potterus *Archæol. Græc.* L. 1, c. 12. "ac ſi
"interrogati eſſent, num genere eſſent Athenienſes. (quo-
"niam his tantum, temporibus illis, munus archontis gerere
"concedebatur) Athenienſes enim cum Diis iſtis conſangui-
"nitate quadam conjungi præ ſe ferebant. Unde Scholiaſta
"Ariſtophanis in *Nubes*, v. 1470, ὡς πρόγονον οὖν αὐτὸν (Apolli-
"nem)

“ nem) ἐτίμων καὶ οἱ ἄρχοντες ὅτε ἐχειροτονοῦντο. οὐκ γὰρ τοῦ μὴ εἰδέ-
“ ναι, ξένους αὐτοὺς ἐνόμιζον. Hinc quoque illud ipſius Comici,

—— Οὐ γάρ εἰσι βάρβαροι,
Ὅθεν ὁ πατρῷός ἐστιν. *Avibus*, v. 1526.

“ Ubi Apollinem ſignificari Scholiaſta cenſet.” Eadem Petitus *De Legg. Att.* L. 3, Tit. 2, p. 238. In Demoſthenis *Orat. pro Corona* teſtis adhibetur Pythius Apollo, ὃς πατρῷός ἐστι τῇ πόλει. p. 524. Ciceroque *De Nat. Deor.* L. 3 quatuor Apollines enumerans, antiquiſſimum eum dicit, qui ex Vulcano et Minerva natus eſt, et *cujus in tutela Athenas antiqui hiſtorici eſſe voluerunt*. c. 22 et 23. Apollinem autem ab antiquis πατρῷον dictum fuiſſe, non propria gentis unius aut civitatis religione, ſed quia ſol ad progenerandum omnibus rebus præbuerit cauſam, refert Macrobius, *Saturn.* 1, 17, p. 280, *Ed. Gronov.* Hujus vero vocis originem ex fontibus Orientalibus repetivit vir doctiſſimus Jacob Bryant in *Analyſi Antiq. Mytholog.* Vide eum, cap. *De Pator* et *Patra*, Vol. 1, p. 295.

ibid. διὰ τὴν τοῦ Ἴωνος γένεσιν] Idem refert Ariſtoteles apud Harpocrationem, v. Ἀπόλλων πατρῷος. Ion autem, qui hic memoratur, Xuthum, Deucalionis nepotem, patrem habuiſſe fertur, matrem vero Creuſam, Erecthei regis Atticæ filiam. Sed a nonnullis Apollinis habetur, ut ab Euripide in *Ione*. Nam ibi Creuſa a Phœbo vitiata hunc peperiſſe dicitur; Xuthus vero, Creuſa uxore ducta, oraculum cum conſuluiſſet de liberis obtinendis, donum accipit Ionem, qui uſque ab infantia, poſtquam a matre eſſet expoſitus, apud Delphos educatus fuerat. Idem hic a Schol. Ariſtoph. ad *Aves*, v. 1526, πολέμαρχος Ἀθηναίων appellatur; ſcil. in bello contra Eleuſinios geſto, uti refert Pauſanias in *Corinthiacis*, L. 2, c. 14, p. 142, *Ed. Kuhn.* Athenis enim ſummam auctoritatem, non autem regiam, adeptus eſſe videtur. Conſ. Meurſium L. 2 *De Regn. Athen.* c. 10. De Ione quoque et Ionibus fuſe Strabo L. 8, alibique. Ex hoc denique viro Atticam Ioniam eſſe dictam, voluerunt multi auctores, et ex ejus fratre Achæo nomen quoque fuiſſe Achaiæ regioni. Græcorum vero origines valde obſcuræ ſunt, ut nihil fortaſſe certi ex iis eruatur. Liquido tamen ex auctoribus antiquis

tiquis patet, nomina *Iaones* et *Iones* vetuſtiſſimæ fuiſſe originis, et longe lateque diffuſa; qua de re multa notatu digna videnda ſunt, apud Stillingfleet, *Originibus Sacris*, L. 3, c. 14, §. 10, Pezron, *De Antiquit. Gentium*, L. 2, c. 2, Potterum, *Archæol. Græc.* L. 1, c. 1, Bryant, *Antiq. Mythol. Analyſi*, L. 3, p. 369, Joddrell, *Euripidis Illuſtrationibus*, N° 73, p. 202.

l. 11. Ἕρκειος] Ἑρκεῖος Ζεὺς, ᾧ βωμὸς ἐντὸς ἕρκους ἐν τῇ αὐλῇ ἵδρυται· τὸν γὰρ περίβολον ἕρκος ἔλεγον. ὅτι δὲ τούτοις μετῆν τῆς πολιτείας, οἷς εἴη Ζεὺς Ἑρκεῖος, δεδήλωκε καὶ Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ δημοποιητοῦ, εἰ γνήσιος· καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς περὶ τῆς ἐν Ἀθήνησι νομοθεσίας. Harpocrat. v. Ἑρκεῖος Ζεύς. Vide et Euſtath. ad *Odyſſ.* χ, p. 790, Etym. M. quoque, v. Ἕρκιος Ζεύς. Interdum enim per ι ſcribitur.

l. 12. Φράτριος] Φάτριοι (idem quod φράτριοι) inter cognomina Diis indita recenſet Pollux *Onomaſt.* L. 1, c. 1, Seg. 24. τὰ πολλὰ δὲ τούτων, inquit, καὶ ἴδια ἐστὶ τοῦ Διός. ὥσπερ — παρ' Ἀθηναίοις, φράτριος. Φρατρία, ſecundum Harpocrationem alioſque, ἐστὶ τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς. v. Φράτορες. Hæc quoque e veteri quodam lexico deſcripſit Euſtathius ad *Il.* β, p. 181: Τεσσάρων οὐσῶν ποτε φυλῶν Ἀθήνησι πρὸς μίμησιν τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ὡρῶν, (i. e. in Atticarum rerum primordiis) εἰς τρία ἑκάστην διεῖλον μέρη, ἤγουν εἰς φρατρίας, ὃ ἐπὶ τριττῦς, (καὶ ἔθνος Pollux) δώδεκα καθ' ὁμοιότητα τῶν μηνῶν. ἑκάστην δὲ φατρίαν, εἰς γένη τριάκοντα, καθάπερ ἡμέραι τριακόσιοι ἑξήκοντα. — ἔχει δέ, φησι, (lexicographus) τὸ μὲν γένος, ἄνδρας τριάκοντα· ἑκάστη δὲ φατρία, εἴτουν τριττῦς, γένη τριάκοντα.

P. 83, l. 3. ζῶα] ζῷα et obliqui caſus cum ι ſubſc. *Ald. Baſſ.* ibid. οὗτοι οἱ θεοὶ] Deeſt οἱ in *Baſ.* 2.

l. 7. καὶ θῦσαι ἂν θεῷ] Fortaſſe θῦσαι θεῷ ſine particula ἄν. Steph. Nihil certi habeo, quod de iſtius particulæ uſu hoc loco ſtatuam. Certe vero alia ſunt loca, in quibus ἂν ſimiliter adhibetur. Vide, ut unum ſaltem commemorem, Ariſt. *Plut.* v. 485.

l. 12. Ἐγὼ μὲν οὖν] Deeſt οὖν in *Ald.* et *Baſ.* 1.

P. 84, l. 1. Πότερον οὖν ὁ Ἡρακλῆς πύπαξ ἐστὶν &c.] Πύπαξ, aliter πύππαξ et φύππαξ, eſt vox plaudentis, ſive blandientis. Conſ. Schol. Ariſtoph. *Equit.* v. 678, et Caſaubonum ibidem. Fallacia eſt, ut opinor, *Proſodiæ.* i. e. cum propter aliquam in pronunciatione ſimilitudinem fit deceptio. Cum enim exclamaverat

clamaverat Cteſippus, Πύπαξ ὦ Ἡράκλεις· interrogat, accentu mutato, Dionyſodorus, Πότερον οὖν ὁ Ἡρακλῆς πύπαξ ἐστὶν, ἢ ὁ πύπαξ Ἡρακλῆς; Sed, uti ſcribit Ariſtoteles in *Lib.* Περὶ Ἐλέγχ. Σοφιστ. c. 4, Παρὰ τὴν προσῳδίαν, ἐν μὲν τοῖς ἄνευ γραφῆς διαλεκτικοῖς, οὐ ῥᾴδιον ποιῆσαι λόγον, ἐν δὲ τοῖς γεγραμμένοις καὶ ποιήμασι, μᾶλλον. Ex quo loco accentus Ariſtotelis tempore pronuntiatos quidem, ſed non ſcriptos fuiſſe arguitur. Vide d'Anſſe De Villoiſon. *Anecdot. Græc.* T. 2, p. 130.

ibid. ἀφίσταμαι· ἀμάχω τὼ ἄνδρε] Poſt ἀφίσταμαι diſtinguitur et in *Aldina editione*, ut ſit ſenſus, *Abſiſto ab hoc certamine. hi enim viri ſunt inexpugnabiles.* (Addas Ficini atque Cornarii *verſiones.*) Nec vero ἀφίσταμαι (ut in *editt. Baſſ.* et Serrani *interp.*) accuſativo jungi poſſe videtur. STEPH.

l. 6. παρετάθησαν] Παρατενεῖς. ἀπλεῖς, ἐπὶ πλέον παρελκύσεις. Timæi Λέξεις Πλατ. Videndus ibi Ruhnkenius, auctoreſque ab eodem laudati.

l. 7. ἐθορύβουν] Hac de voce vide ſupra ad p. 315.

l. 11. ἰδεῖν] εἰδεῖν *Baſ.* 2.

P. 85, l. 2. μεγαλοπρεπέστερον] Utrum μεγαλοπρεπέστατον? STEPH. Ita verterat ante Stephanum Cornarius. Sed comparativus mihi magis placet, dum ſonat *quiddam plus quam ſolito magnificum.*

l. 9. καλὸν] Ficinus legebat κακόν. Reſpicitur doctrina ſophiſtarum, qui negabant ullam veram eſſe atque conſtantem rerum differentiam. De qua ſupra.

P. 86, l. 2. ἔγνων ἔγωγε·] Hæc cum antecedentibus conjungunt *Ald.* et *Baſileenſes.* Melius, opinor, diviſerunt interpretes et Stephanus; et mihi quidem proprium ſuum in arte ſophiſtarum profectum ſignificare videtur Socrates.

l. 4. τούτου μὲν οὖν τοῦ πράγματος σφῶϊν τὸ σοφὸν, πρὸς μὲν τὸ ταχὺ παραδιδόναι, καλὸν,] Hîc aliquod mendum latere, aut aliquid deeſſe, videtur. Ficinus vertit, *Hujus rei myſterium quamociſſimè docere poſſe vobis præclarum eſt.* STEPH. At mihi quidem ſanus videtur locus, atque ita vertendus, *Hujus igitur rei ſapientia, ad celeriter quidem docendam, vobis bona eſt.* Quanta interim cum celeritate tradita ſint iſta, memorat Ariſtoteles ſine Libri Περὶ Σοφιστ. Ἐλέγχ. ubi refertur, ſophiſtas λόγους ἐρωτηματικοὺς

ματικὰς diſcipulis ſuis perdiſcendos tradidiſſe, non vero ipſam artem ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης dediſſe. διόπερ, inquit, ταχεῖα μὲν, ἄτεχνος δ' ἦν ἡ διδασκαλία τοῖς μανθάνουσι παρ' αὐτῶν. c. ult.

l. 14. τὸ δὲ ὕδωρ εὐωνότατον, ἄριστον ὂν] Legitur etiam τὸ δ' ὕδωρ ὅμως εὐωνότ. Sed magis placet noſtra hæc lectio. Videtur autem ſubaudiendum quod raritati opponatur: hoc modo, *at vero aqua* propter abundantiam *viliſſima eſt, quum alioqui ſit optima.* Steph. Unde petita ſit a Stephano allata lectio, ignoro. Referunt ſpeciem proverbialem verba illa, τὸ γὰρ σπάνιον, τίμιον, quibus reſpondet Latine, *Quod rarum, carum.* "Per ſuam utique ironiam" ait Ficinus "ſophiſticæ cavillationis vituperatio-"nem Socrates in tria colligit capita. Primum, quòd pro-"batiſſimi quique nugas ejuſmodi aſpernantur. Secundum, "quòd ſophiſmata ſeipſa confundunt. Tertium, quòd vel "pueri hæc tanquam leviſſima triduo aſſequuntur." *Argument. in Euthyd.* Obiter quoque tam ipſorum ſophiſtarum avaritia notatur, quam illorum ſtultitia, qui iſtiuſmodi doctoribus mercedem tribuunt. De muneris exactione nonnulla ad *Gorgiam* annotabo, p. 279.

P. 87, l. 1. ὡς ἔφη Πίνδαρος] *Odarum Olympicarum* initio. Ἄριστον μὲν ὕδωρ.

l. 8. ὅτι οὐδέ του χρηματίζεσθαι] Fortaſſe τὸ χρημ. Steph. Malim τὸ του χρηματίζεσθαι, ſubaudita interim voce, πρᾶγμα, ſive ſimili quadam. Habes in *Gorgia*, τὸ τῆς τέχνης, p. 104, l. 7, in *Sophiſta*, τὸ τῆς ἀντιλογικῆς τέχνης, p. 232 E, et apud Theophraſt. *Charact.* c. 8, τὸ τῆς τύχης. Reſpicitur hoc loco Critonis quæſtus, quem in agricultura verſatum eſſe ſupra conſtat, p. 54, l. 13. χρηματιστής. χρημάτων πορισTής. Suidas.

P. 88, l. 1. τῶν ἀφ' ὑμῶν ἀπιόντων] Hæc cum antecedentibus minus bene in Ficini *verſione* conjunguntur.

l. 9. Τί οὖν ἐφαίνοντό σοι; Τί δὲ ἄλλο (ἦ δ' ὅς) ἢ ἅπερ &c.] Legitur etiam οἷάπερ, quod malo: hoc ſenſu, *Quid aliud mihi de illis videbatur, quam eſſe tales, qualia quæ quis ſemper nugantes eos audire poſſit?* Steph. Extat οἷάπερ in *Baſ.* 2. Nota, interrogare hîc Critonem de ſermonibus ſophiſtarum, non de ipſis ſophiſtis.

P. 89,

P. 89, l. 8. οὗτος] οὕτως *Ald. Baſileenſes. ille :* Ficinus.

l. 9. τὸ μέντοι ἐθέλειν διαλέγεσθαι τούτοις &c.] Quam potiſſimum ob cauſam ſophiſtis tam ſæpe ſe commiſerit Socrates, dictum eſt ante ad p. 311. Magis certe falſæ ſcientiæ refellendæ gratiâ, quam ut veram ſapientiam a doctoribus iſtis compararet. Sed εἰρωνείαν ſuam tenet ad extremum.

l. 12. ἀτὰρ οὔπω οἶδα ὅ,τι μέλλω ἐρεῖν.] Cum defenſurus ſit philoſophiam contra iſtius vituperationem Socrates, quid ſibi dicendum ſit, ignorat, priuſquam de ejus ordine et quæſtu ſciverit, qui illam tam imperite culpaverat.

l. 15. ποιητὴς λόγων οἷς οἱ ῥήτορες ἀγωνίζονται] Vide notam ad p. 308.

P. 90, l. 2. ἐπαΐειν] ἐπαίνειν *Ald. Baſ.* 1.

l. 4. Ἤδη μανθάνω· περὶ τούτων καὶ αὐτὸς &c.] μανθάνων *Ald.* Male περὶ τούτων cum Ἤδη μανθάνω conjungunt *Ald. Baſileenſes,* Cornarius, et Serranus.

l. 6. Πρόδικος] Vide notam ad p. 319.

l. 9. ὥστε παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμεῖν] Fortaſſe ὥστε τοὺς παρὰ π. Steph. Non aſſentior.

l. 12. ἀναμφισβητήτως ἤδη παρὰ πᾶσι τὰ νικητήρια εἰς δόξαν οἴεσθαι σοφίας πέρι] ἀναμφισβήτως *Ald. Baſ.* 1.—περὶ—οἴεσθαι *Ald. Baſileenſes.* Sed recte habet vetus Ficini verſio, *ſine controverſia ſapientiæ gloriam ſe apud omnes ſummam reportaturos.* Qua præeunte Græca verba corrigebat Stephanus.

P. 91, l. 4. Τί οὖν; δοκοῦσί σοι τι, ὦ Σώκρατες, λέγειν;] Τί οὖν δοκοῦσι, ὦ Σώκρατες, λέγειν; *Ald. Baſ.* 1.

l. 5. ΣΩΚ. Οὐ γάρ τοι. ΚΡ. Ἀλλ' ὅγε λόγος ἔχει τινὰ εὐπρέπειαν τῶν ἀνδρῶν.] Ita quidem hæc diviſerunt omnes editiones atque interpretes, ſi unam *Aldinam* excipias. Non autem dubito, quin legendum ſit, οὐ γάρ τοι ἀλλ' ὅγε λόγος &c. ut omnia a Critone dicantur, hoc nimirum ſenſu, *non enim* negandum eſt, *quin* &c. Vide, ſi lubet, quæ de hiſce particulis ſupra adnotantur, p. 329.

l. 7. ὄντως] οὕτως *Ald. Baſ.* 1. Non liquet fortaſſe, quid legerit Ficinus, qui vertit, *Habet,* ut dicis, *o Crito* &c.

l. 10. ὅσα καὶ ἐκ κακοῦ καὶ ἀγαθοῦ] Ita omnes editiones præter *Aldinam*, in qua ſcribitur ὅσα μέν. Eaque revocanda eſt lectio, quum per ſe bona ſit, manaretque particula altera e *Baſileenſi* 1*ma*, quæ nullorum ſuffulcitur auctoritate MStorum; adeoque illud καὶ pro μὲν non inſolito typothetarum errore ſuppoſita eſſe videtur. *quæ ex malo et bono ſunt*, habet Ficinus.

l. 13. ὅσα δὲ ἐκ δυοῖν κακοῖν συντεθέντα] ἢ pro ἐκ *Ald. Baſileenſes.* mendoſe. *quæ autem ex duobus malis ſunt conſtituta:* Ficinus.

P. 92, l. 4. εἰ δὲ ἀγαθὸν καὶ κακὸν, τῶν μὲν βελτίους, τῶν δὲ χείρους] Pono κακὸν ante ἀγαθὸν, ſicut ponitur in præcedentibus, ut illa τῶν μὲν βελτίους, τῶν δὲ χείρους reſpondeant, ſicut ibi. Ac τῶν μὲν, τῶν δὲ, dicere Platonem exiſtimo, quaſi φιλοσόφους et πολιτικοὺς dixiſſet. STEPH. At minime neceſſarium eſt, mea quidem ſententia, ut verborum ordo mutetur.

l. 5. λέγοιεν] λέγειεν *Ald. Baſileenſes.*

l. 14. πάντα γὰρ ἄνδρα χρὴ ἀγαπᾷν, ὅστις &c.] Ἀγαπᾷν hoc loco pro *contentum eſſe* adhiberi, vir quidam doctiſſimus putabat. Et revera hoc ſenſu accuſativo nonnunquam jungitur. Ita apud L. 3 *De Repub.* p. 399 C, Iſocratis *Panegyr.* p. 164 *Ed. Battie*, et Ariſtidis *Orat.* ὑπὲρ τῶν τεττ. p. 227. Eſt quoque in *Sophiſta* locus, qui hunc ipſum proxime attingit, etſi ibi quidem vox ἀγαπάω neutraliter adhibeatur. ΕΞΕΙΣ οὖν ΣΥΓΝΩΜΗΝ, καὶ καθάπερ νῦν εἶπες, ΑΓΑΠΗΣΕΙΣ, ἐάν πη καὶ κατὰ βραχὺ παραπασώμεθα οὕτως ἰσχυροῦ λόγου. p. 241 C. Videntur interim verba illa, ἡγεῖσθαι μέντοι τοιούτους εἶναι οἷοί εἰσι, per parentheſin, ut loquuntur, poni. Pervenit jam Noſter (ut nonnihil de hominibus hoc loco notatis dicam) ad rhetores, ridiculos civilis artis et philoſophiæ affectatores, qui ignavos et futiles ſophiſtas pro veris philoſophis habentes, ſummam, ſi Diis placet, philoſophiam contemnebant, atque in ea medium quiddam præ ſe ferebant. Conſulas *Gorgiam*, §. 31 et deinc. ubi vera falſis admiſta ab homunculo quodam ſophiſtica rhetorica intumeſcente dicuntur. Hic autem oſtenditur, eoſdem viros, dum varias res leviter attingunt, pretio ac dignitate illis longe cedere, qui in vera philoſophia aut civilitate profecerunt.

P. 93,

P. 93, l. 3. Κριτόβουλος] Hîc apud Platonem de duobus tantum Critonis filiis fit mentio; ſed quatuor recenſet Laertius in ejus *vita*, qui Socratem audiebant. Eorum natu maximus Critobulus (cujus meminit et initio dialogi Plato) cum patre ſuo Critone, Platone, et Apollodoro, pro Socrate ſpondere polliciti ſunt, quum triginta minarum mulctam ſibi irrogabat. *Apol. Socr.* §. 28. Is quoque Socrati morituro adfuiſſe dicitur. *Phæd.* §. 2. Cum eo ſæpe diſſerit apud Xenophontem Socrates. Æſchines vero Socraticus in *Telauge*, ut refert Athenæus L. 5 *Dipnos.* c. ult. p. 220, in Critobulum, tanquam illiberalem, ſordideque viventem, animadvertebat. Meminit ejuſdem his verbis Macrobius, *Critobulum famoſæ pulchritudinis adoleſcentem Socrates cum ad comparationem formæ provocaret, jocabatur, non irridebat. Saturn.* 7, 3. Reſpicitur Xenophontis *Sympoſium*, c. 5, *Ed. Wells.*

l. 7. ὅπως οὐκ γενναιοπάτης ἔσονται μητρὸς] Videtur mihi vox γενναιοπάτης *mulierem generoſa atque nobili ſtirpe ortam* ſignificare. Γενναῖος. ὁ εὖ γεγονώς. Timæi Λέξεις Πλατ. A Platonico non abludit Iſocrateus in *Helenæ Encomio* locus. πρὸς δὲ τούτοις, [νομίζων] οὐδὲν ἂν κάλλιον κτῆμα καταλιπεῖν τοῖς παισὶν, ἢ παρασκευάσας αὐτοῖς, ὅπως καὶ πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρὸς, ἀπὸ Διὸς ἔσονται γεγονότες. Ἠπίστατο γὰρ τὰς μὲν ἄλλας εὐτυχίας ταχέως μεταπιπτούσας· τὴν δ' εὐγένειαν ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς παραμένουσαν. p. 134.

l. 11. ἀλλόκοτος] Ἀλλόκοτον. ἐξηλλαγμένον. Timæus. i. e. *mirum* atque *inuſitatum*. Videndus ibi cl. Rhunkenius.

l. 12. ὥστε οὐκ ἔχω ὅπως προτρέπω &c.] Forte hoc ſenſu; quum omnes ſapientiæ doctores plane abſurdi ac dementes videntur, ea ipſa re impedior, ne adoleſcentem ad philoſophiæ cultum adhorter. Contra iſtiuſmodi doctores, qui homines a vera ac genuina philoſophia deterrebant, ὥστε δοκεῖν ἄμεινον βουλεύεσθαι τοὺς ῥᾳθυμεῖν αἱρουμένους, τῶν περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατριβόντων, nonnulla habet Iſocrates in ipſo init. *Orat. contra Sophiſtas*, p. 326.

l. 13. οὐκ οἶδα ὅτι &c.] Laudantur hæc ab Ariſtide in *Orat. Platon.* 1*ma*, p. 113, uſque ad illa, Οὐκοῦν δίκαιόν γε, l. 6 pag. ſequentis; ubi legenti mihi hæ variationes occurrebant. ἐπὶ

παντὶ

παντὶ pro ἐν παντί. τοῦ deeſt ante παντός. ἔπι pro ἐπεί. σοι δοκεῖ pro δοκεῖ σοι. ἐκγόνῳ pro ἐκγόνῃ. τῶν ἔργων Ariſtidis *MS. Coiſl.* pro τὸ ἔργον. νὴ τὸν Δία pro Ναὶ μὰ τὸν Δία. ἀληθῶς pro ἀληθῆ, ſed ἀληθῆ Ariſtidis *MSS.* Τί οὖν pro Ἦ οὖν. Parvi momenti variationes omnes.

P. 94, l. 12. αὐτός τε καὶ τὰ παιδία.] Egregia hæc parænefis vehementi ſimul et appoſitiſſimo proverbio clauditur; quod in *Adagiis* ſuis repoſuit Eraſmus, p. 191.

ΤΕΛΟΣ ΕΥΘΥΔΗΜΟΥ Η ΕΡΙΣΤΙΚΟΥ] Omittuntur hæc verba in *Steph. Edit.* neque in veteri Ficini *interpretatione* Η ΕΡΙΣΤΙΚΟΥ extant.

ADNOTATIONES
IN GORGIAM
CUM
VARIETATE LECTIONIS.

P. 95, l. 1. ΠΟΛΕΜΟΥ καὶ μάχης φασὶ &c.] Eraſmus in *Chiliad.* pag. 682 "Parœmia hæc ſimili "parœmia ſtatim poſt explicatur; κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν. Jocus "erat proverbialis, ubi quis negotio peracto tum demum ad-"veniret" Verbum autem μεταλαγχάνειν vult idem vir doctiſſimus *tarditatem* ſignificare, et *ſeram muneris functionem.* Timæus quidem in Λέξεσι Πλατ. hanc gloſſam habet: Μεταλαγχάνειν. ἀφυστερεῖν, ἢ ἀποτυγχάνειν τοῦ κλήρου. Ibi vero oſtendit magnus ille Hemſterhuſius, ἀφυστερεῖν non verbum μεταλαγχάνειν, ſed mentem ipſius proverbii declarare, ſumptumque eſſe ex Platonis ὑστεροῦμεν. Platonis locum ita παραφράζει Olympiodorus *Commentario in Gorgiam MSto,* uti nos monuit Rhunkenius ad Timæum: ὅτι ὄντος πολέμου καὶ μάχης ἐπικειμένης, ἔδει σε ὑστερῆσαι. φησὶ pro φασὶ mendoſe habet *Codex Gorgiæ Bodleianus.*

l. 2. Ἀλλ' ἦ] ἄρα *Baſ.* 2. ἀλλ' ἢ *MS. Bodl.*

l. 4. Γοργίας] Gorgias Leontinus, cujus nomine inſcribitur dialogus, rhetor fuit Siculus. Rhetoricam inventis ſuis plurimum excoluit, imo etiam, auctore Suida, primus in artem redegit. Extemporali facultate ita calluit, ut univerſa Græcia,

præcipue

præcipue autem Athenæ, in qua urbe, cum patriæ ſuæ legatus veniſſet, multos annos commoratus eſt, magnos ei contulerit honores. Vide Platonis *Hip. Maj.* p. 282 B, Cic. *de Orat.* 3, 33, Val. Max. 8, 15, Diodorum Sic. L. 1, c. 53, p. 514, Philoſtratum L. 1 *Vitt. Sophiſt.* p. 487, *Ed. Morel.* Troilum Sophiſtam in *Prolegom. Rhetor. MS.* a Langbænio ad Longin. *De Sublim.* §. 3 citatum, et Dorvillii *Sicula*, c. 9, p. 169. Neque tamen Gorgiana oratio rhetorum evitavit reprehenſiones, quas videas cum apud alios, tum apud Ariſtot. *De Rhet.* L. 3, c. 1 et 3, Auctorem libelli *De Elocutione* Demetrio Phalereo vulgo aſcripti, §. 12, 15, 29, et Longin. *De Sublim.* §. 3. In genere ἐπιδεικτικῷ, ſive *laudatione* atque *vituperatione*, plurimum verſatus fuit, ut ex Cicerone in *Bruto* patet, c. 47. Ita duo ſunt ejus orationes, *Helenæ Encomium* et *Palamedis Defenſio*, qui nunc ſuperſunt. Diſcipulos habuit multos viros inſignes, quorum nonnulli dicendi ratione magiſtrum proſequebantur. Aliique imitatores ejus fuere, inter quos maxime celebres, Thucydides, Iſocrates, Æſchines Socraticus, atque noſter etiam Plato, qui ſæpe γοργιάζειν dicitur. Demetr. Phal. §. 12, 29, Laertius *Vit. Æſchin.* Philoſtrati *Epiſt. ad Juliam Aug.* p. 887, et Dion. Hal. *Ep. ad Cn. Pompeium*, p. 204, *Ed. Hudſon.* Artis ſophiſtarum pater a Philoſtrato appellatur. *Vit. Sophiſt.* L. 1, p. 496. Athenis, ut dixi, diu vixit, καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος (Platonis verba ſunt in *Hip. Maj.* p. 282 B) καὶ συνὼν τοῖς νέοις, χρήματα πολλὰ εἰργάσατο. A ſingulis enim diſcipulis centum minas exegit, ut referunt Diodorus Sic. loc. jam citato, et Suidas. Longiſſima et valentiſſima ætate fruebatur, nam ultra annum centeſimum, uti omnes conſentiunt, ſingulari ſua temperantia produxit vitam. Vide Cic. *De Senectute*, c. 5, Val. Max. 8, 12, et Athenæum, L. 12, c. 12, p. 948.

Gorgiam in hoc dialogo, propter fallacem ſophiſtarum eloquentiam petitum a Socrate videmus; ſane equidem argute, ſed comiter tamen, et urbane. At Gorgias vero, ut rem narrat Athenæus, lecto hoc dialogo dixit, ſe nihil hujuſmodi vel audiviſſe a Platone, (a Socrate potius) vel apud Platonem locutum

cutum eſſe. L. 11. c. ult. p. 505. Dubitare quoque videtur Cicero, an ſermo hic verus ſit. *De Oratore*. 3. 32. Dixit porro Gorgias, teſte eodem Athenæo, Platonem optime ſcire ἰαμβίζειν: et Noſtrum vocabat νέον Ἀρχίλοχον. Rei poſterioris Hermippum ἐν τῷ περὶ Γοργίου teſtem citat Athenæus; ibidemque multa alia hujuſmodi contra Platonem congeſſit. Fac autem ea vera eſſe omnia, memoria tamen tenendum ſit, dialogum philoſophicum, non veritatem in *actione ſua*, ut loquuntur, requirere, ſed quod aptum ſit et conveniens. Ita nihil prorſus, quantum conſtat, ſophiſtis Plato attribuit, quod cum notiſſimis ipſorum dogmatibus diſcrepabat; etſi nonnulla in dialogis ejus παρὰ τὸν χρόνον ἁμαρτήματα ei recte objici videantur. Quandoque enim homines inter ſe loquentes inducit, quos conveniſſe ad ſermones tempora non patiuntur. Vide Athenæum l. c. Macrobium *Saturn.* 1, 1, et Ariſtidem *Communi Apologia*, p. 286—88. Scriptus hic dialogus videtur poſt Socratis mortem, et Gorgia vivo. Poſt mortem Socratis eum ſcripſiſſe Platonem, inde colligo, quòd eundem hoc dialogo philoſophum tanquam vatem de judicio ſuo diſſerentem induxerit. Vide Sect. 59. Quam longe autem poſt, haud facile dici poterit, quoniam, etſi vivo Gorgia hæc ſcripta fuiſſe ex Athenæo conſtet, is tamen Socrati, uti teſtatur Quinctilianus, ſuperſtes, *beneficio longiſſimæ ætatis cum multis ſimul floruit*, (*De Inſt. Orat.* 3,1) neque annos quot vixerit, inter auctores convenit. At tempus vero, quo habita eſt diſputatio, certum eſſe atque evidens videtur, quoniam ad p. 163 ait Socrates ſe anno præterito neſciviſſe ſententias rogare; ad condemnationem, ut videtur, ducum, qui ad Arginuſas vicerant, reſpiciens; quod eveniſſe conſtat, uti oſtendit cl. Dodwellus *Chronol. Xenophontea*, p. 8, anno tertio Olymp. 93, circiter ſex annos ante damnatum Socratem.

P. 96, l. 1. ὦ Καλλίκλεις] Callicles Athenienſis. Hujus viri parum amabilis delineatur hoc dialogo imago. Petulanter enim partes ſuas agit; dicax eſt, et ſophiſticæ pravitatis patronus impudens. Plebi autem Athenienſi rempublicam attingens

 turpiter

turpiter ſubſervire ſolitus eſt, quod facete exprobrat ei Socrates, §. 29. Apud eum nunc Gorgias diverſabatur.

l. 2. Χαιρεφῶν] Is quoque Athenienſis fuit. Socrati familiaris a pueritia, uti teſtatur ipſe philoſophus in *Apologia* §. 5; ſed vita eum functum eſſe ibidem oſtenditur, antequam in jus vocaretur Socrates. A Comico in *Nubibus* una cum magiſtro ſuo ridetur. v. 500, alibique. Fervidum ejus ac vehemens ingenium, ſimulque mirabile philoſophiæ ſtudium, ex auctoribus notavit Forſterus in *Apologiam*, p. 339.

ibid. ἐν ἀγορᾷ ἀναγκάσας ἡμᾶς διατρίψαι] Ἀγοράζειν, ἐκτείνοντες τὸ βα οἱ Ἀττικοί. ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν, Ἕλληνες. p. 70, *Ed. Pierſon*. Ubi conjicit cl. editor, has apud Platonem voces, ἐν ἀγορᾷ διατρίψαι, e gloſſemate fluxiſſe. Quam vere, viderint alii.

l. 5. ἐσαῦθις] εἰσαῦθις *Baſileenſes*. minus Attice. Habet *MS. Bodleianus* ἐσαῦθις ad l. 13, ubi εἰσαῦθις vulgo editur.

l. 7. Οὐκοῦν ὅταν βούλεσθε παρ᾽ ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε] οὐκ οὖν ὅταν βούλησθε *MS.* Audi de hoc loco cl. Rhunkenium ad Timæi *gloſſam*, Ὦ τᾶν. ὦ οὗτος, ubi hæc adjecit, poſtquam duos Platonis locos in exempla attulit "Binis præterea locis librarii hanc "*compellandi* formulam obliterarunt. Alter eſt *Legg.* x, p. 900 A, "ab H. Stephano emendatus. Alter eſt in *Gorg.* h. l. Thomas "Mag. v. Εἰ, prava lectione deceptus, inſuper βουλήσεσθε le-"git pro βούλεσθε. Sed veriſſime acutiſſimeque Hemſterhu-"ſius noſter legendum vidit: Οὐκοῦν, ὦ τᾶν, βούλεσθε παρ᾽ ἐμὲ "ἥκειν οἴκαδε. Quo in loco tanto facilior ſcribarum lapſus fuit, "quod ὦ τᾶν uſu rariore cum plurali jungitur. Ariſtoph. *Plut.* "v. 66. Ὦ τᾶν, ἀπαλλάχθητον ἀπ᾽ ἐμοῦ.— ubi Scholiaſtes citat "ex Cratino: Ἆρά γε, ὦ τᾶν, ἐθελήσετε. Suidas v. Ὦ τᾶν. "πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ πλήθους φασὶ τὸ ὦ τᾶν."

l. 14. Οὐδὲν οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾷν] Malebat hoc loco Cornarius οὐδὲν δεινὸν pro οὐδὲν οἷον, hoc ſenſu, *nihil grave fuerit ipſum interrogare*, ut et in gemino loco ad p. 182, l. 8. Verterat quidem Ficinus; *Haud moleſta erit interrogatio*: et alterum locum ſimiliter. Sed nihil movendum.

l. 15. καὶ γὰρ αὐτὸ ἐν τοῦτ᾽ ἦν τῆς ἐπιδείξεως] αὐτῷ ἐν. Ita *MS.*

Bodl.

Bodl. Quid ἡ ἐπίδειξις ſophiſtarum, ſupra notavi ad p. 313.

ibid. ἐκέλευε γοῦν νῦν δὴ ἐρωτᾷν ὅ,τι τὶς βούλοιτο] Deeſt νῦν in *MS. Bodl.* et ὅτι mendoſe *Edit. Ald.* Gorgiæ, uti hic refertur, *poſcere quæſtionem* mos fuit, i. e. jubere auditores, qua de re quiſque vellet audire, dicere. Idem facere conſuevit Hippias Eleus in ludis Olympiacis, ut narrat Plato in *Hipp. Min.* ſub init. dial. p. 363 E. Hac de re autem ita Cicero, *De Fin.* 2, 1: *Audax negotium; dicerem, impudens, niſi hoc inſtitutum poſtea tranſlatum ad philoſophos noſtros eſſet.* Socrates vero, pergit dicere Tullius, *percunctando atque interrogando elicere ſolebat eorum opiniones, quibuſcum diſſerebat, ut ad hæc quæ hi reſpondiſſent, ſi quid videretur, diceret.* Nunquam fere, niſi coactus, perpetua oratione utebatur, ſed ita diſſerere ſolebat, ut ipſe συζητητὴς veritatis, diſcipulus autem ἀπὸ ἑαυτοῦ edoctus videretur. Alterius autem moris cauſa et origo Gorgias fuiſſe perhibetur, quia ille, cum Athenas legatus veniret, et ingenii ſpecimen in theatro edere vellet, edixerit, προβάλλετε, *proponite quod vultis.* Philoſtratus L. 1 *Vitt. Sophiſt.* p. 487. Unde vox illa, ut Langbænius in Longinum notat, §. 5, extemporaneis dicendi magiſtris ſolennis. In ſæculis quoque, quæ ferrea vulgo nominantur, mos quidam ſimilis invaluiſſe videtur apud erroneos illos ſophiſtas, qui magnas urbes et academias ſcientiæ ſuæ oſtentandæ cauſa obire ſoliti ſunt, *de omni re ſcibili* diſſerere parati.

P. 97, l. 3. ἐστίν.] ἐστι emendatius *MS.*

l. 4. Πῶς λέγεις &c.] Deſunt hæc in *MS.* uſque ad vocem Μανθάνω ad l. 6.

l. 5. σοὶ] τοι *Baſ.* 1. mendoſe.

l. 6. ὃ λέγω] ὡς λέγω *Baſ.* 2.

l. 7. ἀποκρίνεσθαι] ἀποκρινεῖσθαι *Baſ.* 2.

l. 11. πω] Abeſt *MS.*

l. 12. Ἦπου ἄρα] Ἦ που ἄρα *Ald.* Ἦ που ἆρα *Baſileenſes.* Sed Ficinus vertit *ergo.* Unde ἄρα συλλογιστικὸν Stephanus. quod extat quoque in *MS. Bodl.* ſed cum interrogatione.

l. 13. λαμβάνειν] λαθεῖν (For. λαβεῖν) *Baſ.* 2.

l. 15. γε] Abeſt *MS.*

P. 98, l. 2. διελήλυθε] διεξελήλυθε *Baſ.* 2.

ibid. ὦ Πῶλε] Πῶλος, Ἀκραγαντῖνος, ῥήτωρ, μᾶλλον δὲ σοφιστὴς τῶν πάλαι. Suidas. Gorgiæ auditor fuit, qui ob inſtitutionem præmio amplo, ut refert Philoſtratus, donatus eſt, quippe cum Polus fuerit ditiſſimus. L. 1 *Vitt. Sophiſt.* p. 500. Meminit ejus cum aliis inclytis ſophiſtis in *Theage* quoque Plato p. 128 A, et in *Phædro* p. 267 C. Nonnulla ſcripſit, de quibus Suidam conſulas. Hunc autem tanquam in affectata oratione ſibi placentem riſit Noſter ad p. 145, l. 10, aliiſque, ni fallor, locis. Ita vide quæ jam infra ſequuntur ad l. 14. Polum adhuc juvenem, ut et ſocium ejus Calliclem, partes tam inſignes in dialogo ſuſtinere facit Plato, ut Gorgiam minus aperte laceſſere videatur, dum per iſtorum latera, ut ita loquar, primarium illum magnique nominis ſophiſtam ob eloquentiam fucatam falſaſque opiniones clam et occulte petit.

l. 4. σὺ] σύ γε *MS.*

l. 7. Ἡρόδικος] Πρόδικος *Baſ.* 2. ἡρώδικος *MS.* falſus uterque. Medicus illuſtris, magni Hippocratis præceptor, qui et fratrem Herodici Gorgiam in rhetorica audiviſſe dicitur. Vide Sorani *Vit. Hippocr.* inter ipſius Hippocratis *Opera, Ed. Vander Linden,* T. 2, p. 951. Selymbrianum Herodicum fuiſſe refert Plato in *Protagora,* p. 316 E, olim vero Megarenſem. Ab eo διαιτητική, pars illa ſcientiæ medicæ, quæ victum præſcribit ægris, cum ad artis gymnaſticæ magiſtros omne hujuſmodi pertinuiſſet, ad medicos traducta eſt; docente id nos Platone in L. 3 *De Rep.* p. 406 A. Τῇ παιδαγωγικῇ, inquit, τῶν νοσημάτων, ταύτῃ τῇ νῦν ἰατρικῇ, πρὸ τοῦ Ἀσκληπιάδαι οὐκ ἐχρῶντο, ὥς φασι, πρὶν Ἡρόδικον γενέσθαι. Ἡρόδικος γὰρ, παιδοτρίβης ὢν, καὶ νοσώδης γενόμενος, μίξας γυμναστικὴν ἰατρικῇ, ἀπέκναισε πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα ἑαυτὸν, ἔπειτ᾽ ἄλλους ὕστερον πολλούς. Lethali nempe morbo affectum fuiſſe Herodicum ibidem dicitur, ad ſenectutem tamen artis ſuæ operâ perveniſſe. Quod reſpicit Ariſtoteles, in *Rhet.* L. 1, c. 5, §. 9, p. 60, *Ed. Cantab.* Thraſymachum, atque Polum noſtrum, ſophiſtas, et Dracontem legiſlatorem, medicus iſte hoc modo jocatus eſt, ut ex eodem libro Ariſto-

telis

telis conſtat. Θρασύμαχον (compellabat) “ αἰεὶ θρασύμαχος εἶ· καὶ Πῶλον, “ αἰεὶ σὺ πῶλος εἶ· (i. e. *petulans*, vertente interprete) καὶ Δράκοντα τὸν νομοθέτην, “ ὅτι οὐκ ἀνθρώπου οἱ νόμοι, ἀλλὰ δράκοντος· χαλεποὶ γάρ. L. 2, c. 25, §. 1, p. 374. Quod attinet ad Poli nomen, πῶλος *pullus* ſive *juvenis* eſt, unde *pueriliter*, ſive *petulanter*, *Polum ſemper ſe gerere*, vult ſarcaſmus. Nos etiam Britanni per jocum dicimus, *Thou art young*, or *childiſh*, pro *petulans es et ineptus*. Confirmat hanc nobis interpretationem Ariſtidis locus in *Communi Apologia*, p. 291. οὐδὲν οὖν ἄλλο ἢ σοφίζεται, κατ' ἐπωνυμίαν, ΩΣΠΕΡ ΠΑΙΔΑ, Σωκράτης τὸν Πῶλον.

l. 9. ἐλέγχομεν] αὐτὸν ἐλέγχομεν *Baſ.* 2.

l. 10. Ἀριστοφῶν ὁ Ἀγλαοφῶντος] ἀριστοφῶν 'ος. Ita *MS. Bodl.* Hujus pictoris meminit Plinius L. 35 *Nat. Hiſt.* c. 11.

ibid. Ἀγλαοφῶντος] Duos illius nominis artis pingendi peritos memorant auctores. Vide Joan. Harduinum ad Plinium, L. 35, c. 9. Qui hic nominatur Polygnoto filio ſuo præceptor erat. Suidas, v. Πολύγνωτος.

ibid. ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ] Polygnotus. Is inter primordia artis picturæ clarus extitit. Vide Quinctil. *De Inſt. Orat.* 12, 10. Conjungunt eum cum inclytiſſimis pictoribus nuſquam non auctores. De eo atque ejus operibus multis in locis Plinius *Nat. Hiſt.* libris 33 et 35, qui ſtatuariæ quoque artis eundem peritum fuiſſe refert, L. 34, c. 8. Meminit ejus nòn ſolum hoc loco, ſed et *Ione* noſter Plato, p. 532 E.

l. 11. ἐκαλοῦμεν] καλοῦμεθα *MS.*

l. 12. Δηλονοτι] δῆλον ὅτι *MS.*

l. 13. τινα ἂν] τίν' ἂν *MS.*

l. 14. πολλαὶ τέχναι &c.] Citantur hæc verba a Stobæo *Sententiis*, Serm. 4, uſque ad illa ὧν καὶ ad l. 4 pag. ſequentis, ſine ulla variatione, niſi quod in *MS. Coll. Nov.* ταῦτα pro τούτων male ſcribitur, l. 3. Videtur interim hæc ῥῆσις ipſam Poli dicendi rationem exprimere, quippe quæ in verborum cognatorum uſu atque ὁμοιοτελεύτων abundat. Conſ. enim quæ de Poli ſtylo Philoſtratus L. 1 *Vitt. Sophiſt.* p. 500. Imo vero fortaſſe ex libro quodam Poli deſcribitur; conferenda enim quæ inter

inter ſe colloquuntur poſtea Polus et Socrates. ΠΩΛ. Ἀλλὰ τί σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι; ΣΩΚ. Πρᾶγμα ὃ φῂς σὺ ποιῆσαι τέχνην ΕΝ ΤΩΙ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ Ο ΕΓΩ ΕΝΑΓΧΟΣ ΑΝΕΓΝΩΝ. ΠΩΛ. Τί τοῦτο λέγεις; ΣΩΚ. Ἐμπειρίαν ἔγωγέ τινα. p. 133, l. 14.

P. 99, l. 4. καὶ] γὰρ *Baſ.* 1. typothetarum erratum.

ibid. ἐστὶν] Abeſt *MS.*

l. 6. εἰς] περὶ *Baſ.* 2.

l. 7. Χαιρεφῶντι, οὐ ποιεῖ] χαιρεφῶν τί οὐ ποιεῖ. *MS.* mendoſe.

l. 8. δὴ] Deeſt in *MS.*

l. 10. Οὐκ] Supra οια reſcribitur οὐκ in *MS.*

l. 11. ἀλλὰ πολὺ ἂν ἥδιον σύ.] σοι *Baſ.* 2. Sed ſcribendum eſt σὲ e *Codice Bodl.* ut ſubaudiatur vox ἐροίμην. Nec aliter legiſſe locum Ficinus videtur, dum vertit: *Si tu Gorgia reſpondere mihi velles, a teipſo libentius quærerem quam a Polo.*

l. 13. Τί δὴ] τὶ δὲ *MS.*

P. 100, l. 3. καλλίστη] ἡ καλλίστη *MS.* quod malo.

ibid. οὐδεὶς ἐρωτᾷ] οὐδεὶς τοῦτ' ἐρωτᾷ *Baſ.* 2.

l. 5. τις] Deeſt in *MS.*

l. 11. Ἀγαθόν γε] *Bene moratum,* non rhetorica malo conſilio utentem.

ibid. ὅ γε εὔχομαι εἶναι (ὡς ἔφη Ὅμηρος)] ὁ ὅμηρος *MS.* Forma eſt loquendi Homero maxime ſolennis.

P. 101, l. 1. ἂν] Deeſt in *MS.*

l. 3. τοῦτο] τούτων *MS.* ſed in marg. altera lectio affertur.

l. 4. εἰσαῦθις ἀποθέσθαι;] Poſt hæc in *MS. Bodleiano* legitur ναί. Sed ſine ullius reſponſi interjectione bene procedit oratio.

l. 5. ἐθέλησον] θέλησον *MS.* minus Attice.

l. 8. καὶ γὰρ αὖ καὶ] καὶ γὰρ αὖ ἂν καὶ *MS.*

l. 9. ἐν ἔστιν] ἔνεστιν *Ald. Baſſ.* quod mendum Cornarius notat.

ibid. τὰ αὐτὰ] ταῦτα *MS.* male.

l. 11. τῆς βραχυλογίας· μακρολογίας δὲ] In utroque orationis genere peritiam ſibi Gorgias arrogabat. Unde in *Phædro:* Τισίαν τε Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν, οἳ —— συντομίαν τε λόγων καὶ ἄπειρα μήκη περὶ πάντων ἀνεῦρον. p. 267 A. Uterque item Protagoræ tribuitur in cognomine dialogo, p 334 E, et 335 B.

Maxime

Maxime vero longiori ſermone gaudebant id genus homines.

l. 13. φήσεις] φαίης δεῖν *Baſ.* 2.

l. 14. ΦΕΡΕ δή, — ἡ ῥητορικὴ περὶ τί τῶν ὄντων τυγχάνει οὖσα;] Legendum τι, vertente Ficino, *circa aliquid.* Habet τὶ etiam *MS.* ſimiliter vero ad l. quoque 8, ubi non oportet. Apud Thom. Mag. in v. Φέρε hæc verba citantem, vulgo ſic editur, φέρε δή, ῥητορικὴ περὶ τῶν ὄντων τυγχάνει οὖσα; ſed in uno Thomæ codice articulus ſervatur.

l. 2. ἱματίων] ἱμαντίων *Ald.* *Baſ.* 1. male.

l. 4. Νὴ τὴν Ἥραν] Habet quidem vetus Ficini *verſio Jovem* pro *Junone*; ſed jurat per Junonem alibi apud Platonem Socrates. Ita in *Apologia* §. 12, *Theæteto* p. 154 D, et *Hip. Maj.* 287 A. In *Lachete* quoque Lyſimachus. p. 181 A. Vide Xenophontem quoque, *Mem. Socr.* 3, 10, aliiſque locis. Feminæ vero plerumque apud Græcos, non viri, per Junonem jurare ſolebant. Extant etiam apud auctores virorum per alias Deas jurajuranda. Ita in Ariſtophanis *Pluto* Cererem teſtatur Chremylus, v. 64, et in *Nubibus* Strepſiades, v. 453.

l. 5. ἄγαμαί σου τὰς ἀποκρίσεις] ἄγαμαί γε τὰς ἀ. *Baſ.* 2, *MS.*

l. 8. οὕτως καὶ] Ita vulgo. ſed emendatius οὕτω καὶ *Baſ.* 2, et *MS.*

l. 15. Ἆρ' οὖν καὶ ἣν νῦν δὴ λέγομεν ἰατρικήν] ἆρ' οὖν καὶ ἡ νῦν δὴ λεγομένη ἰατρικὴ *Baſ.* 2. ἆρ' οὖν καὶ ἣν δὴ νῦν λέγομεν ἡ ἰατρικὴ *Codex MS. Bodl.* Similiter Cornarii *MS*, ἆρ' οὖν καὶ ἣν νῦν δὴ λέγομεν ἡ ἰατρική, probante Cornario. Sed retinendâ eſt præſens verborum lectio, in qua figura, quam ἀντίπτωσιν vocant, adhibetur. Habes quoque infra, Εἰ ἔτι γε ἦν πρότερον σὺ ἔλεγες ἀρετὴν, ἀληθὴς, τὸ &c. p. 238, l. 9.

P. 103, l. 6. αἱ] Abeſt *MS.*

l. 10. τὰς ἄλλας] τὰς ἄλλας τέχνας *Baſ.* 2 et *MS. Bodl.* *artes alias* vertit quidem Ficinus, inde vero non clare conſtat codices ejus habuiſſe τέχνας.

ibid. ὃ] οὗ *Ald.* male.

l. 14. τοιοῦτον] τοιούτων *Baſileenſes.* mendoſe.

P. 104, l. 1. διὰ λόγων] διὰ λόγου *Baſ.* 2. bene; ſed διὰ λόγων in gemino quoque loco occurrit ad l. 2 pag. ſequentis.

l. 3..

l. 3. Ἆρ' οὖν] ἄρ' οὖν *MS.* linea ducta ſubter. Affirmative quoque legunt *Edd. Græcæ* et Serranus. male.

l. 5. Πασῶν δὴ οἶμαι τῶν τεχνῶν] πασῶν δὲ οἶμαι τεχνῶν *MS.*

l. 7. ἀλλὰ τὸ τῆς τέχνης περαίνοιτ' ἂν] ἀλλ' ἀπὸ τῆς τέχνης περαίνοιντ' ἂν *MS.*

l. 14. ἡ πεττευτική] Deſunt articuli ante λογιστικὴ, γεωμετρικὴ, πεττευτικὴ in *MS.* Πεττία (ſive Πεττεία, ut Mœris editus) ἡ διὰ ψήφων παιδιά. ἔστιν δ' ὅτε καὶ γεωμετρίαν λέγει. Timæus Λέξεσι Πλατ. et Mœris *Lexico Att.* Hoc vero Platonis loco *aſtronomica* potius deſignari videntur. De aſtronomia quædam ſtatim poſt ſequuntur ad p. 107, l. 1. Plato in *Phædro* p. 274 C: τοῦτον δὲ (Θεῦθ) (ἤκουσα) πρῶτον ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν εὑρεῖν, καὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρονομίαν, ἔτι δὲ πεττείας τε καὶ κυβείας, καὶ δὴ καὶ γράμματα. Ubi (ut notavit Timæi editor cel. Rhunkenius) "veteres Commentatores erudite obſervant, non illam vulgarem apud Græcos πεττείαν a Platone deſignari, ſed philoſophicam Ægyptiorum; quæ tabula erat, duodecim lineis conſcripta, curſum Solis per duodecim Zodiaci ſigna oſtendens. Cujus rei notitiam ſoli debemus Euſtath. ad *Odyſſ.* α, p. 28, *Ed. Baſil.* qui Platonis locum citat.—Verumtamen Hermias Philoſophus *Commentario in Phædrum MS.* πεττείαν de *vulgari calculorum ludo* accepit." Idem quoque fecit cl. Sallierius, quum ibi πεττεία cum κυβεία, quæ certe ludus eſt, a Platone conjungitur. Vide eum in Mœridem. Citatur autem ab eodem viro docto e *Politico* Platonis locus, in quo, uti hic apud *Gorgiam*, cum *artibus* et *ſcientiis* nullam habentibus cum ludis adfinitatem πεττεία memoratur, videlicet ad p. 299 E. In loco *Phædri* (ut obiter hoc notem) innuere mihi videtur Plato, hiſtoriam de Ægyptiacis inventis a Socrate pro libitu confingi; dum veritate tamen aliquatenus fortaſſe innititur.

l. 15. σχεδόν γε] σχεδόν τι *MS.*

P. 105, l. 3. καὶ τὴν ῥητορικὴν] Deeſt καὶ *MS.*

l. 7. ῥητορική ἐστιν· καὶ ὑπολάβοι ἄν τις] ῥητορική ἐστιν. φ ὑπολάβοι ἄν τις. Ita *Ald.* ubi litera φ mendoſe forſan pro compendio aliquo imprimitur. Abeſt καὶ *Baſ.* 1, et vertit Ficinus, *Nam ſiquis*

cavillari

cavillari vellet, ſic argumentationem ſuſciperet. Quaſi legiſſet ὡς vel ὥστε. Sed καὶ habent *Baſ.* 2 et *MS. Bodl.* et ἐστὶ pro ἐστιν.

l. 12. Ἴθι νυν] ἴθι οὖν *Baſ.* 2.

l. 14. τὸ τὸ πολυ] Deeſt τὸ in *Baſ.* 2.

P. 106, l. 8. αὕτη ἐστὶ] αὐτή ἐστι *MS.* male.

l. 9. Περὶ τί] ἡ περὶ τί *MS.*

l. 10. ὥσπερ οἱ ἐν τῷ δήμῳ συγγραφόμενοι] Videtur eorum ſcribendi rationem, ſicut geometrarum poſtea ad p. 140, l. 9, imitari hic Socrates, qui *ſcripto cavebant.* Nam συγγραφὴ eſt *ſtipulatio* et *cautio.* Pollux in *Onomaſtico:* Συγγραφὴ, συνάλλαγμα, συμβόλαιον, γραμματεῖον, συνθήκη ἔγγραφος, ὁμολογία ἔγγραφος· ἀπὸ δὲ τῆς συγγραφῆς, τὸ συνεγράψατο. 8, 11, Seg. 140. Verba autem hæc Socratis Cornarius accipit de viris ſibi a populo caventibus, ſive cum cautione, et, ut vulgo dicitur, cum proteſtatione loquentibus, quomodo a ſe dicta accipi velint, ne quis poſtea aliter interpretetur; quod ſolent hi facere, qui apud populum agunt aut dicunt; idque Socratem hoc loco et velle et facere exiſtimat.

l. 11. καὶ ἡ λογιστικὴ] Abeſt καὶ *MS.*

P. 107, l. 2. οἱ τῆς ἀστρονομίας] οἱ περὶ τῆς ἀ. *MS.*

l. 4. πῶς πρὸς ἄλληλα τάχους ἔχει] καὶ πῶς πρὸς ἄλληλα τάχους ἔχουσιν *Baſ.* 2.

l. 13. οἴομαι] οἶμαι *Baſ.* 2 et *MS.* Attice.

l. 14. σκολιὸν] σκόλιον προπαροξύτονον ad oram *Codicis Bodleiani* affertur, quod, ut monuit ex Euſtathio ad *Odyſſ.* η, p. 276, cl. Potterus, rectius eſt. Vide eum in *Arch. Græc.* 4. 20, ubi de vocis origine, et de carminibus his συμποτικοῖς fuſe agitur.

ibid. τοῦτο τὸ σκολιὸν] Legitur ita hoc σκόλιον apud Athenæum L. 15, c. 14, p. 694:

> Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνητῷ·
> Δεύτερον δὲ καλὸν φυὰν γενέσθαι·
> Τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως·
> Καὶ τὸ τέταρτον δὲ συνηβᾶν μετὰ τῶν φιλῶν.

Mali ordinis hoc carmen arceſſit Anaxandrides comicus in *Theſauro*, cujus verſus ab Athenæo citantur, quia ſententia ſecunda prave, prout is voluit, præpoſita ſit tertiæ. Hoc vide-

rit ipſe carminis auctor. Illud autem, καλὸν γένεσθαι, alias corporis virtutes præter εὐμορφίαν denotare videtur. Poſtea enim oſtendit Plato corpus dici καλὸν, ἤτοι κατὰ τὴν χρείαν — ἢ κατὰ ἡδονήν τινα, ἐὰν ἐν τῷ θεωρεῖσθαι χαίρειν ποιῇ τοὺς θεωροῦντας. p. 165, l. 2. Quod ſecutus eſt Ariſtoteles in præclara ſua pulchritudinis deſcriptione, apud *Rhet.* 1, 5, 9. Cum præterea ſtatim poſt a Platone dicatur, τοῦ παιδοτρίβου fuiſſe munus, qui boni ſecundo loco hîc poſiti effector eſt, ut hominum corpora καλὰ καὶ ἰσχυρὰ efficeret, p. 109, l. 2, ita intelligendus locus ſit, ut vocibus καλὸν γένεσθαι etiam τὸ ἰσχυρὸν concludatur. In L. 2 *De Legg.* ita effertur hæc bonorum enumeratio: Λέγεται ὡς ἄριστον μὲν, ὑγιαίνειν· δεύτερον δὲ, κάλλος· τρίτον δὲ, ἰσχύς· τέταρτον δὲ, πλοῦτος. p. 661 A. Ubi vox κάλλος minus generalis eſt, quam in ſcolio, quod affert Plato.

P. 108, l. 2. ὁ ποιητὴς] ἡ ποιητὴς *MS.*

l. 7. ἐστιν ἡ] ἐστὶ ἡ *Ald. Baſileenſes.*

l. 10. ἡ τὸ τῆς σῆς τέχνης] ὅτι pro ἢ *Baſ.* 2.

l. 14. αὐτοῦ] αὑτοῦ *Ald. Baſileenſes, MS.*

P. 109, l. 4. χρηματιστὴς] Χρηματιστής. χρημάτων ποριστής. Suid.

l. 5. ἐάν σοι πλοῦτος φανῇ τι μεῖζον ἀγαθὸν ὄν] ἐάν σοι τὰ φανῇ μεῖζον ἀγαθὸν ὄν. Ita depravate *MS.*

l. 6. ὁπωσοῦν] ὡπωσοῦν *MS.* mendoſe.

l. 7. σὺ τούτου δημιουργὸς] ἢ σὺ τούτου δ. *MS.*

ibid. Φαίη ἄν. Τίς ὤν; Χρηματιστής.] Omnia conjuncta in *Ald. Baſſ.* et *MS. Bodl.* unde τις indefinitum *Baſſ.* et *MS.* Recte diviſit poſt Ficini *verſionem* Stephanus. Similis eſt Ariſtoph. in *Nub.* ubi Juſtus Sermo, Ἀπολεῖς σύ; τίς ὤν; ΑΔΙΚ. Λόγος. v. 890.

l. 9. ἀγαθὸν εἶναι πλοῦτον] Abeſt εἶναι *MS.*

ibid. φήσομεν] φήσει *Baſ.* 2. ubi diverſe interpungitur, ut omnia a voce δημιουργὸς l. 7 ad voces καὶ μὴν l. 10 a τῷ χρηματιστῇ dicantur. male; ſed neque Ficinus vertit φήσομεν.

l. 11. ἢ τὴν σὴν] Deeſt ἢ in *MS.* dum ſupra τὴν τέχνην ſyllabæ της et ης ſcribuntur. Sed recta eſt vulgata lectio.

l. 14. ἐκείνων] ἐκείνου *MS.*

P. 110, l. 2. μέγιστον ἀγαθὸν] Poſt hæc verba ſcribitur in *MS.*

εἶναι

εἶναι τοῖς ἀνθρώποις ex vitioſa vocum antecedentium repetitione.

l. 3. τοῦ ἄλλων ἄρχειν] τῶν ἄλλων ἄρχειν *MS.*

l. 4. αὐτοσ] αὐτοῦ *Ald. Baſileenſes* et *MS.*

l. 5. οἷόντ' εἶναι] οἷόν τε ε. *MS.*

l. 8. ὅστις] ὥς τις *MS.* mendoſe.

ibid. ξύλλογος] Vulgo σύλλογος, ſed ξύλλογος ex *MS. Bodl.* (ubi tamen ſcribitur mendoſe ξίλλογος) repoſui, propterea quod Attica forma ξύλλογῳ ſtatim ante præcedat.

ibid. γίγνηται] γένηται *Baſ.* 2.

l. 10. ἀναφανήσεται] ἀναφανήσηται *MS.* mendoſe.

l. 11. αὐτοῦ] αὐτοῦ *Ald. Baſ.* 1, et *MS.* male.

ibid. ἀλλὰ σοι] ἀλλὰ εἰ *Baſ.* 2.

l. 12. Νῦν μοι δοκεῖς &c] Citantur hæc a Stobæo in *Eclogis Phyſicis* L. 2, c. 1, uſque ad verba ἔστι γοῦν, l. 4 pag. ſequent. ubi ita variatur. ἔτι ἐγὼ συνίημι corrupte pro εἴπη ἐγὼ συνίημι. ἐστι pro ἐστιν. ἢ pro ἤ. ἐπιπλέον pro ἐπὶ πλέον. ita et *Gorgiæ MS. Bodl.* ἔτι πλεῖον Platonis *Ed. Baſ.* 2. δοκεῖ pro δοκεῖς.

l. 14. πειθοῦς δημιουργός ἐστιν ἡ ῥητορική] Videſis quæ infra ad p. 116 annotantur.

P. 111, l. 6. ἄλλος] Abeſt *MS.*

l. 7. ὅτου] οὗ *MS.*

l. 8. εἶναι] Abeſt *MS.*

ibid. ἀξιῶ δὲ καί σε] ἀξιῶ δ' ἔγω γε καί σε. Lectio a Stephano allata. Extat in *Baſ.* 2.

l. 9. Ἐρῶ νῦν] ἐγὼ ἐρῶ νῦν *Baſ.* 2.

l. 12. καὶ περὶ ὧν] Deeſt καὶ in *MS.*

l. 14. τοῦ δὲ ἕνεκα δὴ &c.] Reſtitui ex *Aldina* interrogandi notam poſt λέγω, quæ ſine corruptela ſenſûs abeſſe non poteſt. Hujus mendi primus origo videtur Grynæus, qui Ficini *verſionem* corrigebat, et *editionem* 1*mam Baſileenſem* curabat; quem ſecuti ſunt Cornarius et Serranus, et, quod miror, Stephanus, exemplar *Aldinum*, quo uſi eſſe videntur operarii ejus, hic certe in pejus mutans. Cum iis facit quidem *MS. Bodl.* Sed infra quoque ſimiliter habes, τοῦ δὴ ἕνεκα ταῦτα λέγω; ὅτι νῦν ἐμοὶ δοκεῖς σὺ &c. p. 122, l. 12.

 P. 112,

P. 112, l. 3. ὡς μάλιϛ᾽ ἂν ἡμῖν καταφανὲς ποιοῖ] ὡς μάλιϛ᾽ ἂν καταφανὲς ἡμῖν ποιῇ *MS.*

ibid. εἴ σοι δοκῶ] εἴτι δοκῶ *MS.*

l. 4. ὥσπερ ἂν εἰ] Deeſt ἂν *MS.*

l. 5. Ζεῦξις] Is inter pictores clariſſimos clarus erat; florebat enim circa primarium veteris picturæ tempus. In Olympiade 89 a quibuſdam ponitur; quorum ſententiæ magis favet Perizonius ad *Ælian. Var. Hiſt.* 14, 17, quam Plinii, qui L. 35 *Nat. Hiſt.* c. 9 eam reprehendit, et Zeuxidem in Olympiadis 95 anno quarto *artis fores intraviſſe* dicit. Zeuxidem vero, cum ex illo Æliani, tum ex hoc ipſo Platonis loco, Socratis tempore floruiſſe conſtat, qui anno primo Olymp. 95 e vita deceſſit. Vide etiam Baylium in voce. Ex Heraclea originem duxit, at quæ ea Heraclea fuerit, ut notat Harduinus ad Plinium, non liquet. De ejus operibus videndi ſunt inter alios Ariſtot. *De Poetica*, c. 6, Cicero init. lib. 2ndi *De Invent.* Plinius *Nat. Hiſt.* 35, c. 9 et 10, Ælian. *V. H.* pluribus locis, Quinctil. *Inſt. Orat.* 12, 10, Val. Max. 3, 7, et Suid. in voce.

l. 7. ποῦ] Ficinus vertit, *quo pacto*, quaſi legiſſet πῶς, quem ſecutus eſt Serranus.

l. 10. ἀπεκέκριτο] ἀπεκρίνατο *Baſ.* 2. ἀπέκριτο *MS.* mendoſe.

l. 15. Οὐ δῆτα, ὦ Σώκρατες· ἀλλὰ πάντων μάλιϛα πείθει.] Clauſulæ ἢ οὔ; ἀποφατικῶς reſpondet Gorgias. Simile eſt illud ad p. 233, l. 7. σὺ δὲ δὴ πότερον συγκατάθεσαι ἡμῖν περὶ τούτων τὴν αὐτὴν δόξαν, ἢ ἀντιφῄς; Οὐκ ἔγωγε, ἀλλὰ συγχωρῶ. Vide et L. 3 *De Rep.* p. 405 C.

P. 113, l. 1. Πάλιν δ᾽ εἰ] πάλιν δὴ *MS.* Vertit etiam Ficinus, quaſi legiſſet, Πάλιν δὴ ἐπὶ τῶν αὐτῶν τεχνῶν λέγωμεν.

l. 3. ἀριθμοῦ] ἀριθμητικοῦ *MS.*

l. 7. που] πω *MS.*

l. 9. ἐλέγομεν] εἴπομεν *Baſ.* 2.

l. 11. περὶ ὅ,τι.] ὅτι *Ald.* mendoſe. ὅτου *Baſ.* 2. Vertit Ficinus, *circa quid maxime.* Legebat forſan περὶ ὅ,τι μάλιϛα.

P. 114, l. 2. εἶναι] Abeſt *MS.*

l. 3. ἐπειδὴ καί σοι] ἐπειδή γε καὶ σοὶ *MS.*

l. 4. Ταύτης τοίνυν] ταύτης δὴ *MS.*

l. 5. ἐν τοῖς δικαστηρίοις] Abeſt τοῖς *MS.*

l. 7. σὲ λέγειν] σε καὶ λέγειν *Baſ.* 2.

l. 8. καὶ περὶ τούτων, ὦ Γοργία] Non vertit Ficinus.

l. 9. ἐὰν καὶ ὀλίγον ὕστερον τοιοῦτόν τι σὲ ἀνέρωμαι] ἐὰν καὶ ὀλίγον ὕστερον τοιούτων τί σε ἕτερον ἀ. *Baſ.* 2. Abeſt καὶ *Ald. Baſ.* 1 et *MS. Bodl.* nec legiſſe id videtur Ficinus.

l. 13. ἀλλὰ σὺ τὰ σαυτοῦ — περαίνῃς] Non vertit Ficinus.

l. 14. ὅπως ἂν βούλῃ] ὅπως βούλει *MS.*

l. 15. Ἴθι δὴ] ἴθι δὲ *MS.*

P. 115, l. 5. γνώσῃ δὲ ἐνθένδε. εἰ γάρ τις] γνώσῃ γὰρ εἴτις *MS.* corrupte.

l. 7. ὡς ἐγᾦμαι] ὡς ἐγὼ οἶμαι *MS.*

l. 9. Οὐ δῆτα] οὐδαμῶς *Baſ.* 2, *MS.*

ibid. γὰρ οὖν] γὰρ αὖ *Baſ.* 2, *MS.*

l. 10. ἀλλὰ μὴν οἵ τε μεμαθηκότες] ἀλλὰ μὴν εἴ γε μ. *Baſ.* 2. ἀλλὰ μὴν εἴπε γε μ. *MS.*

P. 116, l. 3. ἢ ἐξ ἧς τὸ εἰδέναι] ἢ καὶ ἐξ ἧς τὸ ε. *MS.* male.

ibid. Δῆλον δήπου] Δῆλον οὖν *MS.*

l. 4. Ἡ ῥητορικὴ ἄρα, ὡς ἔοικε, πειθοῦς δημιουργός ἐστι] Poſt ἄρα, verba ὦ Γοργία in *MS* adduntur. Gorgias hoc dialogo, velut coactus a Socrate, ſtatuit rhetoricam *vim eſſe dicendo* [λόγῳ, vid. §. 2) *perſuadendi.* Ita Quinctilianus, *De Inſt. Orat.* 2, 15, ubi maxime illuſtres philoſophorum definitiones enumerantur; id quod fecit Sextus Empiricus in L. 2 *adv/. Mathematicos*, Platonis noſtri præcipue hac de re ſententiam exponens. Hanc autem opinionem Plato non ſibi, ſi Quinctilianum audias, ſed Gorgiæ, aſcribi voluit. At vero ultimum rhetoricæ finem revera eſſe τὸ πείθειν, quomodo ab Ariſtotele, et Gorgia hoc dialogo, ſtatuitur, ſtudioſe nobis confirmat vir doctiſſimus Gerardus Voſſius, contra Quinctilianum nimirum, alioſque, qui cum eo ſentiunt. Vide Librum ejus *De Rhetoricæ Nat. ac Conſt.* c. 5, et *Inſt. Orat.* L. 1, c. 1, §. 1. Ab eodem quidem Ariſtotele in *Rhet.* 1, 1, 4, dicitur, τὸ πεῖσαι οὐκ ἔργον ῥητορικῆς εἶναι, ἀλλὰ τὸ ἰδεῖν τὰ ὑπάρχοντα πιθανὰ περὶ ἕκαστον. Quod adverſus Platonem

nem apud *Gorgiam* dirigi, notat Muretus *Var. Lect.* 11, 18. Verum iſtud Ariſtotelis non tantum rhetoricæ *finem*, qui *perſuaſio* eſt, exponit, ſed etiam, ut de eo oſtendit Voſſius, “ tum *officium* aperit oratoris, quod eſt, videre quicquid ap- “ tum eſt ad faciendam fidem, tum *materiam*, quæ eſt res quæ- “ libet, quatenus perſuaderi poteſt.” *Inſt. Orat.* 1. 1. 2.

l. 5. *πειθοῦς — πιστευτικῆς, ἀλλ' οὐ διδασκαλικῆς*] Cum in priori ſectione oſtenſum ſit, perſuaſionem communem eſſe rhetoricæ cum ſcientiis quibuſlibet et artibus, hæc affertur a Platone perſuaſionis diſtinctio; de qua ita Voſſius, *De Rhet. Nat. ac Conſt.* c. 5. “ Τὸ πείθειν rhetoribus non eſt ſimpliciter fidem facere “ probando aliquid rationibus: verum ratione diſerta aliquem “ ad agendum impellere. Itaque merito Platoni in *Gorgia* duplex “ ſtatuitur πειθὼ ſive *perſuaſio*, una διδασκαλικὴ, altera πιστική. “ Διδασκαλικὴν ait fieri docendo aliquid ἐπιστημονικῶς, καὶ ἐξ ἀναγ- “ καίων, *more ſcientiarum et firmis ac neceſſariis argumentis.* Πιστικὴν “ vero cenſet probare δι' ἐνδόξων *per argumenta probabilia*, quibus “ fidem facit orator, non docendo, ſed perſuadendo. Poſterius “ ſolum perſuaſionis genus docet Plato ad rhetoricen pertinere.” Monet quoque idem vir cl. in *Inſt. Orat.* 1, 1, 1, “ alias quidem “ artes perſuadere, verum, ut teſtatur Ariſtoteles *Rhet.* L. 1, c. 1, “ et 2, non apud omnes; ſed tantum apud illos, qui artium “ iſtarum principia noverunt, neque ſimpliciter ex probabili- “ bus, ſed ex propriis artis principiis.” Nec quicquam hæc adverſari videntur Socrati in *Apologia* ſua dicenti, oratoris eſſe διδάσκειν καὶ πείθειν, non judices deprecari, §. 24. Ibi enim διδάσκειν pro *veritate rei exponenda* adhibetur, et abjectorum ſupplicum conſuetudini opponitur, qui miſericordiam, non veritatem, in auxilium vocare ſolent. Idem, quod hic apud *Gorgiam* docet Plato, in *Theæteto* quoque attingitur, p. 201. Totam hanc denique de rhetorica diſputationem ita complexus eſt Quinctilianus. *Gorgias apud Platonem perſuadendi ſe artificem in judiciis et aliis cœtibus eſſe ait; de injuſtis quoque et injuſtis tractare: cui Socrates perſuadendi non docendi concedit facultatem.* *De Inſt. Orat.* 2, 15.

l. 8.

l. 8. πιστικὸς] Non dubito quin ſcribendum ſit πειστικὸς, ſicut dixit δημιουργὸς πειθοῦς: addens tamen πιστευτικῆς. STEPH. Sextus quidem Empiricus in init. L. 2 *adverſ. Mathemat.* de hoc loco Platonis agens hæc ſcribit: ἀλλ᾽ ὅταν σὺ τούτοις μὴ διδασκαλικὴν, ὥσπερ Γεωμετρία, ἀλλὰ ΠΕΙΣΤΙΚΗΝ ποιεῖται τὴν πειθώ· ὅπερ ἦν ἴδιον Ῥητορικῆς. p. 65 C. Sed nulla idonea videtur cauſa, cur cum Stephano rejiciatur πιστικός: quod Ficinus etiam legiſſe videtur.

l. 11. λέγωμεν] Fortaſſe λέγωμεν. STEPH. Neque hæc mihi placet Stephani immutatio, qui in *Hippia* quoque *Majori* ad p. 296 A, et in *Theæteto* p. 161 D, ſimiles locos ſimiliter ſollicitat. Φέρε δὴ, ἴδωμεν τί λέγομεν, formula eſt loquendi, quæ de quæſtione adhuc ſub judice frequenter adhibetur.

l. 12. γάρτοι] γὰρ *MS.*

l. 13. ὅταν περὶ ἰατρῶν αἱρέσεως] Deeſt ὅταν *MS.* Medicos publice olim fuiſſe conductos, notat Caſaubonus ad Strabonem L. 4, p. 181.

P. 117, l. 1. τειχῶν] τυχὸν *MS.* mendoſe.

l. 5. στρατηγικοὶ] στρατηγοὶ *MS.*

l. 12. ἀνέρεσθαι] ἀναιρέσθαι *MS.* mendoſe.

l. 13. νόμιστον καὶ] νόμιστον δὴ *Baſ.* 2.

P. 118, l. 6. ὅτι] Deeſt ὅτι *MS.*

ibid. τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων] τείχη τὰ τῶν Ἀ. *Baſ.* 2.

l. 7. ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους συμβουλῆς γέγονε· τὰ δ᾽ ἐκ τῆς Περικλέους] Athenienſibus poſt bellum Perſicum, ut urbem, atque Piræum, muris cingerent, auctor fuit Themiſtocles; qui et navalia ad Piræum tranſtulit, cum Phalereo portu antea Athenienſes uſi eſſent. Vide Plutarchum et Corn. Nepot. in *Vitt.* Themiſtoclis, Juſtinum quoque, 2, 15. Et celebres ſunt illi muri, a Socrate ſtatim poſt nominati, qui τὸ μακρὸν τεῖχος, ſeu μακρὰ τείχη, et σκέλη, appellabantur, utrinque jungentes Piræo urbem. Eorum alter τὸ βόρειον vocabatur, alter autem τὸ νότιον. Fundamenta jeciſſe perhibetur Cimon, uti oſtendit e e Plutarchi *Cimone* Meurſius, *De Piræo*, c. 2, opus vero perfeciſſe Pericles operâ Callicratis architecti. Τὸ δὲ μακρὸν τεῖ-

χος,

χος, inquit Plutarchus in *Pericle*, περὶ ἓ Σωκράτης ἀκȣσαὶ φησιν αὐτὸς εἰσηγȣμένȣ γνώμην Περικλέȣς, ἠργολάβησε Καλλικράτης. p. 160 A. Τὸ διαμέσȣ τεῖχος hic murus a Socrate vocatur, quod nomen utrumque murum indifferenter deſignat; uterque enim murus, ſive τὸ μακρὸν τεῖχος, judice Valeſio ad Harpocrat. τὸ τεῖχος διὰ μέσȣ appellabatur, quia medius erat is murus inter oppidum et portum. Sed Harpocrationi, et exſcriptori ejus Suidæ, placuit, murum auſtralem τὸ διὰ μέσȣ τεῖχος vocari, quia inter borealem murum et murum Phalericum ſitus eſt. v. Διὰ μέσȣ τείχȣς. Certe vero Dio Chryſoſtomus a Valeſio citatus τῶ διὰ μέσȣ ΤΕΙΧΩΝ, quæ Athenis erant, meminit. *Orat.* 6, *De Tyrannide*, ſub init.

l. 9. Περικλέȣς δὲ καὶ αὐτὸς ἤκȣον] Mortuus eſt Pericles, cum Socrates circiter quadraginta annos natus eſſet.

l. 11. ὧν δὴ σὺ ἔλεγες] ὧν νῦν αὖ συ ἔ. *Baſ.* 2. *quos tu modo referebas:* Ficinus.

l. 14. ἥτις] ἤ τίς *Ald. Baſileenſes.* male.

ibid. ἐςὶ] Abeſt *MS.*

P. 119, l. 1. Εἰ πάντα γε εἰδείης &c.] εἰδοίης mendoſe *MS.* Sonant mihi ſimiliter hæc verba atque iſta Ariſtophanis:

> Τί δῆτ' ἂν, ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτȣς
> Φρόντισμα; *Nub.* v. 154.
> Τί δ', ἢν ἔχων τὸν ἥττω
> Λόγον, σὲ νικήσω λέγων,
> Τὴν μητέρ' ὡς τύπτειν χρεών; v. 1447.

l. 4. μετὰ τȣ̃ ἀδελφȣ̃] De Herodico dixi ante ad p 364.

l. 5. οὐχὶ ἐθέλοντα] οὐκ ἐθέλοντο. Sic *Baſ.* 2.

l. 6. πιεῖν] ποιεῖν *MS.* mendoſe.

ibid. ἢ τεμεῖν ἢ καῦσαι παραχεῖν τῷ ἰατρῷ] Χειρȣργικὴν et φαρμακευτικὴν antiquitus medici ipſi exercebant. Conf. Gerardum Voſſium *De Natura Artium.* L. 5, c. 8, §. 7, et c. 10, §. 6. ubi notavit, chirurgicen haud unquam a medicina ſeparare Hippocratem, Galenum, Aetium, Æginetam, Avicennam.

l. 7. ἐκ ἄλλῃ τέχνῃ] ἐκ ἄλλῃ τινὶ τέχνῃ *MS.*

l. 10. ἐν ἄλλῳ τινὶ συλλόγῳ] Abeſt τινὶ *MS.*

l. 12. γε] δὲ *MS.* male.

l. 13. αὐτοὶ] αὐτὸν *Baſ.* 2. male.

l. 14. οὐ γάρ ἐστι — οὐδὲν] Omittuntur hæc in *MS.* propter voces ἢ ἄλλο οὐδὲν repetitas.

P. 120, l. 4. πάσῃ ἀγωνίᾳ. καὶ γὰρ τῇ ἄλλῃ] Deſunt hæc verba in *MS.* propter voces τῇ ἄλλῃ repetitas.

l. 6. τις] In *Vulgatis* (*Ald.* et *Baſ.* 1) deeſt. Cornarius.

ibid. παγκρατιάζειν] De τοῦ παγκρατίου, quod tam lucta quam pugilatu conſtabat, pauca quædam annotavi ad *Euthyd.* p. 308.

ibid. ἐν ὄχλοις μάχεσθαι] In *Vulgatis* ὄχλοις pro ὅπλοις habetur. Cornarius. Legerat ὅπλοις Ficinus, quam veriſſimam lectionem exhibet quoque *MS. Bodl.* Statim poſt habes τοὺς ἐν τοῖς ὅπλοις διδάσκοντας μάχεσθαι l. 13. Vide et *Euthyd.* p. 9, l. 7, ubi quædam annotantur.

l. 7. οὐ τούτου ἕνεκα] οὐδὲ pro οὐ *Baſ.* 2 et *MS.*

l. 14. ἐπὶ τοῦ δικαίως χρῆσθαι] τὸ pro τοῦ minus bene *MS.* Ficinus non vertit δικαίως.

P. 121, l. 3. οὔτε αἰτία] αἰπατία pro οὔτε αἰτία habebat Cornarii *Liber ſcriptus.*

l. 7. ἔμβραχυ] Ἔμβραχυ. συντόμως καὶ ἁπλῶς. Scholiaſtes ἀνέκδοτος Platonis ab Heinſio ad Heſych. v. Ἐμβραχεῖ laudatus. Ἔμβραχυ. συντόμως, καὶ οἷον ἐν βραχεῖ. Timæi Λέξ. Πλατ. Ἔμβραχυ. ἁπλῶς. ὅλως. συντόμως. Cyrilli *Lex. ined.*

l. 8. ἀλλ᾽ οὐδέν τι μᾶλλον] Deficit hic Ficini *verſio* uſque ad verba ἐὰν δὲ οἶμαι l. 11.

l. 10. καὶ τῇ ῥητορικῇ] Deeſt articulus *MS.*

l. 13. μισεῖν τε καὶ ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων] Rhetores ſophiſticos, qui ad fas et nefas vafre confundendum ſæpius inter judicia verſati erant, legibus cavebant Athenienſes, ut e Philoſtrato ſupra retuli. vide p. 307. Eoſdem etiam frequenter, quod hoc loco innuitur, ex urbibus ſuis egiſſe referuntur Græci; quum enim rhetorica adulterina mala ipſis videretur, plectendos igitur hujus doctores cenſebant.

ibid. ἐπὶ δικαίου χρείᾳ] ἐπὶ δικαίᾳ χρείᾳ *MS.* quam veram lectionem eſſe puto. *ad juſtam uſum,* Ficinus habet.

l. 14.

l. 14. ὁ δ'] ὁ δ' *Ald. Baſileenſes.* ὃ δ' *MS.* minus bene.

l. 15. διδάξαντα] διδάσκοντα *Baſ.* 2.

P. 122, l. 3. οἱ ἄνθρωποι] Deeſt *MS.*

l. 4. διορωσάμενοι] διωρωσάμενοι *MS.*

l. 5. ἐὰν περί τε] ἐὰν περὶ τοῦ *MS.* male.

P. 123, l. 4. ἔφην ἄν] ἔφην ἄν *MS.* mendoſe.

l. 5. λέγοιμι — μὴ ἀληθὲς] Omittebantur hæc verba in *MS.* propter ſententiarum ſimilitudinem, atque hinc poſtea λέγοι in λέγω ibidem eſt mutatum.

l. 9. αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ τοῦ μεγίστου] Prætuleram hic τοῦ articulum, cum propter alias cauſas, tum propter verba, quæ ſequuntur; atque ita legi in *Baſ.* 2 et *MS. Bodl.* nunc compertum habeo.

l. 12. εἰ δὲ καὶ δοκεῖ] Deeſt καὶ in *Baſileenſibus.*

l. 13. διαλύωμεν τὸν λόγον] τὸν σύλλογον *MS.* ad cujus tamen oram lectio altera affertur. Ficinus videtur legiſſe σύλλογον, qui vertit, *cætumque ſolvamus*; idque mavult Cornarius. Sed ſana eſt recepta lectio. Legitur infra, μεταξὺ τὸν λόγον καταλύσομεν; p. 243, l. 14.

P. 124, l. 1. ὑφηγῇ] ὑφεστῇ *Ald. Baſ.* 1. mendoſe.

ibid. χρῆν] χρὴ *MS.*

l. 3. ἤν] ἐὰν *MS.* ἦν *Baſileenſes* mendoſe.

l. 10. Νὴ τοὺς θεοὺς] *Per Jovem*, habet Ficinus.

l. 13. ἐθέλοιτε] ἐθέλητε *MS.* Vertit Ficinus, *ſi diem totam diſputare velint, erit mihi pergratum*; quaſi legiſſet ἐθελοίτην, et χαριεῖσθον pro χαριεῖσθε.

l. 14. ἐθέλοι] ἐθέλει *MS.*

P. 125, l. 1. γίγνεται] γίνεται *MS.* minus Attice.

ibid. ἐθέλειν] θέλειν *MS.* minus Attice.

l. 2. ὅ,τι] ὅτι *Ald. Baſileenſes.* mendoſe.

l. 3. ὅ,τι] ὅτι *Ald.* mendoſe.

l. 14. τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσται &c.] τοῦ ἰατροῦ δὲ εἰ πιθανώτερος ἔσται τοῦ εἰδότος πιθανώτερος γίγνεται. ἀληθῆ λέγεις πάνυγε, οὐκ ἰατρός γε ὢν ἢ γάρ; Sic *MS* confuſe, uſque ad voculam Ναί.

P. 126, l. 4. ὦν] ὧν *MS.* male.

l. 5. Δῆλον ὅτι] Δηλονότι *Baſileenſes.*

l. 10

l. 10. *αὐτὰ μὲν τὰ πράγματα οὐδὲν δεῖ αὐτὴν εἰδέναι ὅπως ἔχει*] *αὐτοῖν* pro *αὐτὴν* *Baſileenſes*. ſed male. Multa eſt diſputatio de oratoriæ artis limitibus. Sententiam ea de re latam a rhetoribus antiquis ita expoſuit Gerardus Voſſius, *De Rhet. Nat. ac Conſt.* "Non ſtatuunt rhetores antiqui, diſtincta omnium "cognitione opus eſſe oratori; ſed ſatis eſſe aiunt, ut univer-"ſalem omnium habeat notitiam; modo plenius et accuratius "noſcat ea, de quibus crebro dicendum eſt" c. 4. Accurata quidem affectuum animi ſcientia, ut et dialecticæ artis peritia, opus eſſe oratori, ipſe oſtendit apud *Phædrum* Plato. Conf. p. 272, 273 D. Quam latus vero dicendi campus, judicio noſtri philoſophi, oratori patet, pluribus olim explicuit Paulus Benius in *Orat. Diſput.* L. 5.

l. 14. *πολλὴ*] *πολὴ* *Ald. Baſ.* 1, *MS.* mendoſe.

P. 127, l. 5. *πρότερον*] *πρότεροι* *Ald.* bene. *πρώτεροι* *Baſ.* 1. mendoſe. ſed *πρότερον* *Baſ.* 2 et *MS.* Vertit *prius* Ficinus.

l. 7. *ὡς περὶ*] *ὥσπερ* *MS.* mendoſe.

P. 128, l. 7. *μαθήσεσθαι*] *μαθήσεται*) *Ald. Baſ.* 1, *MS.* minus bene.

ibid. *Ἔχε δή*] *Ἔχε δή. ἀντὶ τοῦ, ἄγε δή. ἢ ὅρα δή. πρόσεχε. ἤ τι τοιοῦτο.* Photius *Lex. MS.* *Ἔχε δή. ἀντὶ τοῦ ἄγε δή. ἢ ἄρα δή. πρόσεχε. ἤ τι τοιοῦτο.* Suidas, et ex eo Phavorinus; Cyrilli etiam *Lex. ined.* in Biblioth. Bodleiana. Iis tamen reponendum *ὅρα δὴ*, pro *ἄρα δή*. Huic Suidæ e Photio emendationi, poſtquam hæc ſcripſeram, favere vidi cl. Alberti in *Miſcell. Crit.* p. 277.

l. 8. *ἀνάγκη αὐτὸν εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα*] Neceſſario tribuendam eſſe oratori juſtorum atque injuſtorum ſcientiam, ipſe revera ſentiebat Plato. Diſertis id verbis ſtatuit infra Socrates, p. 251, l. 5, et Gorgias quoque ſupra, p. 114, l. 6. *Adhuc autem in Phædro* (uti dicit Quinctilianus contra illos, qui *Gorgiam* Platonis male interpretantur, tanquam ſi in eo vera improbetur rhetorica) *manifeſtius facit hanc artem conſummari citra juſtitiæ quoque ſcientiam non poſſe. De Inſt. Orat.* 2, 15. *Veteres intelligebant* (inquit auctor *Dialogi De Oratoribus*, Tacito vulgo tributi) *opus eſſe — ut his artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis, de honeſto ac turpi, de juſto et injuſto diſputatur. Hæc enim eſt oratori ſubjecta ad dicendum*

 materia.

materia. c. 31, p. 857, *ed. Gronov.* Conſ. et Cic. *De Orat.* 1, 15.

l. 9. ἤτοι] ἤτι *Baſ.* 2. mendoſe.

ibid. παρὰ] περὶ *Ald. Baſ.* 1. Solitus in his *edd.* error.

l. 13. τἄλλα] τὰ ἄλλα *MS.*

P. 129, l. 4. βούλεσθαι] Deeſt *MS.*

l. 7. Τὸν δὲ ῥητορικὸν ἀνάγκη ἐκ τοῦ λόγου δίκαιον εἶναι] In *vet. libro* οὐκ ἀνάγκη ἐκ τοῦ σοῦ λόγου δίκαιον εἶναι; ut ſit interrogatio. Steph. Habet quidem ἐκ τοῦ σοῦ λόγου *Baſ.* 2. Apud quem vero auctorem, qui hanc ῥῆσιν citaverit, οὐκ ἀνάγκη pro ἀνάγκη invenerit Stephanus, ignoro.

l. 8. Οὐδέποτε ἄρα βουλήσεται ὁ ῥητορικὸς ἀδικεῖν] Neceſſariam atque perpetuam rhetoricæ juſtitiam ſtatuiſſe videtur Plato, quippe quæ, ut paulo infra ſcribit, in rebus juſtis et injuſtis verſatur, atque de juſtitia colenda et præſtanda ſemper ſermonem inſtituit. Vide pag. proxime ſequentem. Eam quoque tuetur opinionem Quinctilianus, qui in L. 12 *De Inſt. Orat.* c. 1 poſt Stoicos definivit, *Oratorem eſſe virum bonum, dicendi peritum.* Alia ſentiunt alii. Statuit in initio libri ſui *De Inſt. Orat.* Gerardus Voſſius, "etſi *eodem modo* affectus ſit orator "ad perſuadendum ſive juſta ſive injuſta, ſi facultatem ipſam "attendamus: tamen diſparem eſſe rationem voluntatis, quia "ſibi tantummodo proponere debet juſta et utilia." Illud interim argumentum, quo opinio altera hoc quidem loco apud Platonem defenditur, parum validum videri poteſt; licet enim medicus, vel faber, ſit ille, qui medica, vel fabrilia, ſciat, haud conſequens tamen eſt, (dixerit aliquis) oratorem, qui rerum juſtarum ſit peritus, idcirco eſſe juſtum. Vere autem, ni fallor, ex Platonicæ doctrinæ principiis hoc ipſum explicuit Ficinus. "Si quis (ait) divinam quandam de juſtitia ſcientiam "habeat, quod quidem ſpirante Deo fieri quandoque poſſe "Plato vult; recte ſequetur. Quiſquis enim certiſſime ſciverit, quantum bonum juſtitia ſit, quantumve prœmium maneat, atque contra quantum injuſtitia malum, quantumve "huic ſupplicium debeatur, is proculdubio injuſtitiam fugiens, juſtitiam complectetur" *Argument. in Gorgiam.* Nemo

injuſtus,

injuſtus, ſicut ſtatuit Plato, ſponte injuſtus eſt. Ex errore intellectus naſcitur voluntatis error. Quiſquis igitur perfectam atque abſolutam juſtitiæ ſcientiam habeat, nunquam injuſta patrare voluerit.

l. 12. μὴ καλῶς χρῆταί τε, καὶ ἀδικῇ] *Scribitur* μὴ καλῶς χρῆταί γε, καὶ ἀδίκως χρῆται, καὶ ἀδικῇ. STEPH. Neque hujus mihi lectionis patet origo, neque illarum, quas mox affert Stephanus. Deeſt τε *MS. Bodl.*

l. 14. μηδὲ ἐξελαύνειν] μὴ δ' ἐξ. *MS.*

P. 130, l. 1. ἐῤῥήθη] ἐῤῥέθη *MS.* atque iterum ad lineam proxime ſequentem. Ἐῤῥέθην, ἐκ τοῦ ἔῤῥημαι παρακειμένου. ὤφειλεν εἶναι ἐῤῥέθην (corigend. ἐῤῥήθην). κατὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, ὅτι ὁ ἀόριστος φυλάττει τὴν παραλήγουσαν τοῦ παρακειμένου. Hæc Phavorinus. Sed ex hac regula excepit inter alia verba τὸ ῥέω, ἔῤῥημαι, ἐῤῥέθην, Etymologus M. v. Στρέψον. qui et in v. Ἐῤῥέθη, utramque formam affert. Scribitur ἐῤῥέθην in L. 5 *De Rep.* p. 450 A.

l. 3. ἢ οὔ;] *Scribitur* ἢ οὔ σοι φαίνεται; STEPH. Neſcio, unde hauſerit lectionem hanc Stephanus.

l. 4. λόγοις] λόγους *Ald.* mendoſe.

l. 5. καὶ περιττοῦ] καὶ τοῦ περιττοῦ *MS.*

l. 6. καὶ ἀδίκου. ἢ οὔ;] καὶ τοῦ ἀδίκου. ἢ γάρ; *MS.*

l. 7. ποτε] Abeſt *MS.*

l. 8. ὅ γ' ἀεὶ] *Scribitur* εἴγ' ἀεὶ. STEPH. Neſcio ubi.

l. 10. ὅτι ὁ ῥήτωρ] Abeſt *ed.* Stephani articulus, erore forſan typothetarum omiſſus.

l. 14. ὅτι αὖ ὁμολογεῖται] *Scribitur* ὅτι πάλιν αὖ ὁμολογεῖται. STEPH. ὅτι αὖ πάλιν ὁμολογεῖται *Baſ.* 2.

P. 131, l. 1. μὰ τὸν κύνα] Jusjurandum hoc, quo, ut infra liquet, Deum Ægyptium teſtabatur Socrates, p. 184, l. 13, apud Platonem ſæpe alibi occurrit. Ita infra ad p. 143, l. 5, L. 3 *De Rep.* p. 399 E, *Lyſidem*, p. 211 E, *Phædrum*, p. 228 B, *Apol. Socr.* §. 7, alioſque cum Noſtri tum Xenophontis locos. Quid autem eo voluerit Socrates, haud æque cum luce clarum eſt, nam variæ diverſæque in hac re ſunt ſententiæ. Ego quidem putem, ſi judicium meum in re obſcuriori interponere licet,

licet, Socratem hujuſmodi formulas adhibuiſſe, non propter ullam, ut ſentiunt aliqui, δεισιδαιμονίαν, vel contra, per numinum ethnicorum irriſionem, ſed quoniam eaſdem antiquo uſu comprobatas atque ſancitas videret. Certe uſque ad Rhadamanthi ævum hæ a veteribus relatæ fuiſſe conſtant. Vide Euſtathium ad *Odyſſ.* τ, p. 704, l. 27. Conſulendi autem de hujuſmodi jurandi formulis auctores, quos ad *Apol. Socr.* p. 341 indicavit Forſterus. Quibus addas L. Allat. ad *Pſeudo-Socrat. Epiſt.* p. 208, et cl. Bryant. *Antiq. Mythol. Analyſ.* Vol. 1. p. 345, cap. *De voce Cahen.*

l. 4 ἠχωύνθη] ἐκ ἠχωύθη legendum vult Cornarius; ſed male.

l. 6. καὶ ἐὰν] κἂν *Baſ.* 2.

l. 7. αὐτὸς διδάξειν ἔπειτα] Vocem ἔπειτα ab illis αὐτὸς διδάξειν ſeparandam, et ſequentibus jungendam, confirmant nobis *Codex Bodl.* et vetus Ficini *interpretatio.*

l. 9. ἄγων ἐπὶ τοιαῦτα ἐρωτήματα] ἀγαγὼν *Baſ.* 2, *MS. Bodl.* Attice. Affertur etiam hæc lectio in *marg.* Stephani. Vertendum, *ad hujuſmodi interrogationes perducens.* Sic infra habes εἰς τοιαῦτα ἄγεις φορτικὰ καὶ δημηγορικά. p. 186, l. 5.

l. 11. ἀλλ' εἰς τοιαῦτα ἄγειν πολλὴ ἀγροικία ἐςὶ τὰς λόγους] Deeſt ἐςὶ *MS. Bodl.* ubi hæc cum verbis ſequentibus conjunguntur, ut a Socrate dicantur. Sed minus commode.

l. 13. τοι] τι *Baſileenſes.* mendoſe.

ibid. ἑταῖρες καὶ ὑμεῖς] ἑτέρες ὑμεῖς *MS.* mendoſe.

l. 15. ἐπανορθοῖτε] ἐπανορθῶτε *Baſ.* 2.

l. 15. *εἶναι πάντα τοῦ βελτίονός τε καὶ κρείττονος*] *εἶναι τοῦ βελτίονος πάντα καὶ κρείττ.*] *MS. Bodl.* Sceleſta hæc atque peſtifera effata cum alibi tum præcipue in libris duo prioribus *De Republica* a Thraſymacho ſophiſta proferuntur. Juſtitiam et univerſam legem non æterna rerum natura, aut Dei ſuprema voluntate, ſed callido tantum ſimul ac imperioſo hominum inſtituto iſtiuſmodi viri conſtare arbitrabantur. Cum his conſenſere plures quam ſatis e philoſophis, tam iis, qui recentiori memoria, quam qui antiquitus extiterunt. Cum his conſentit etiam omnium fere gentium judicium, uti jactat ſophiſta ſupra, p. 188; id quod actionibus ſuis, ſi non diſerta voce, teſtantur. Σαφῶς, ὦ Καλλίκλεις, λέγεις (inquit Socrates poſt hæc) ἃ οἱ ἄλλοι διανοοῦνται μὲν, λέγειν δὲ οὐκ ἐθέλουσι. p. 210, l. 5. Ita quoque permulti in verba diaboli revera jurarunt, etſi unus tantum et alter inventus ſit, qui eum publice laudaret.

P. 190, l. 3. *μέζω*] *μείζονα* *MS. Bodl.* minus Attice.

l. 5. *ἐν τῇ ἡλικίᾳ·*] In *Codice MS. Bodl.* poſt hæc verba ſcribitur

bitur eadem manu ὀδὲν λίπει, et Latina, *nil deeſt*. Sed quamobrem ea inſerta ſint, incompertum habeo. Non ideo inſeri ad finem lineæ videntur, ut nequis propter interſtitium ſuſpicetur deeſſe aliquid; cum mos ſit perpetuus hujus codicis denſe verba ſcribere.

l. 6. διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων] τοῦ ἀνθρώπου *Baſ.* 2. τῷ ἀνθρώπῳ *MS. Reg.* ſed ex deleta ſcriptura videtur olim fuiſſe τῶν ἀνθρώπων.

l. 9. εὐδόκιμον] εὐδαίμονα *MS. Bodl.*

l. 11. ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις] Συμβόλαια λέγεις κοινωνήματα. Plato L. 1 *De Rep.* p. 333 A. Videndi etiam Pollux, Heſychius, Photius. τοῖς ἀνθ. *quæ ſunt hominibus*; nam articulus cum antecedente voce συμβολαίοις cohæret.

l. 15. ὥσπερ γε] Abeſt γε *MS. Bodl.*

P. 191, l. 1. εἰς τὰς ὑμετέρας διατριβὰς ἔλθωσι] εἰς τὰς ἡμετέρας ἔλθωσι διατρ. *MS. Bodl.* at minus bene ἡμετέρας.

l. 2. συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου, Λαμπρός τε &c.] Ex *Antiope* Euripidis hos verſus deſumptos fuiſſe notat *Regii Cod.* margo. Inter *fragmenta* quoque ejuſdem fabulæ hos edidit Barneſius; ex qua multa quidem alia in hac Calliclis oratione, ut mox videbis, deprompta ſunt. De his autem ita Gatakerus *De Nov. Teſt. Stylo.* "Recte admonuit H. Stephanus, (in "nota ad marg.) verſum primum ita legendo non ſtare, Λαμ- "πρός τε ἐστὶν ἕκαστος ἐν τούτῳ κἀπὶ τοῦτ᾽ ἐπείγεται, (neque enim "carminis rationem Plato videtur habuiſſe) in ultimo, Ἵν᾽ αὐ- "τὸς αὐτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν, τυγχάνει pro τυγχάνῃ legendum "videri, ut ἵνα adverbium loci ſit, nec finem, ſed ſubjectum "denotet —— Proinde Euripideo apud Platonem illo prima "fortean ſic reconcinnentur.

"——— Λαμπρος ἐν τούτῳ τὲ γὰρ
"Ἥκαστός ἐστι, κἀπὶ τοῦτ᾽ ἐπείγεται.

"Verto itaque: *Contingit enim Euripidis illud:*

"*Hac re triumphat quiſque, in hanc innititur,*
"*In hac diei maximam partem terit,*
"*In qua ipſe ſeſe fuerit excellentior.*

"Sive, *Excellere in qua maxime ſe ſenſerit.*

"Is

" is enim genuinus eſt verborum illorum ſenſus. quod et ſe-
" quentia docent: ὅπȣ δ' ἂν φαῦλος ᾖ, ἐντεῦθεν φεύγει. Nec in
" aliam mentem uſurpavit idem in *Alcibiade poſteriore*, (§. 9),
" ubi vitioſa illa τȣ̃ τυγχάνῃ lectio (quæ Gellii quoque lau-
" dantis codices invaſit. *Noct. Att.* 10, 22) interpretibus im-
" poſuit, dum vertunt, *Ipſe ut ſeipſo melior in dies ſiet.* Nec
" his tantum, ſed et V. C. Hug. Grotio, qui in *Excerptis* red-
" didit, *Ut ipſe ſeſe evadat excellentior*, errore manifeſto" c. 25, p. 130. Ἵνα quidem adverbium loci eſſe, non conjunctionem, cum viris doctiſſimis magis puto; dubito autem, an neceſſe ſit, ut τυγχάνῃ in τυγχάνει mutetur; τυγχάνῃ enim non tantum in Platone ſemper, et in alteris duobus locis jam commemoratis, legitur, ſed fere ubicunque laudentur verſus. Forte ſupprimitur particula ἂν, quæ apud verſum hunc Comici ſuppletur:

ΚΑΡ. Τί δέ γ' αὐτομολεῖν ἄριςον εἶναί σοι δοκεῖ;

ΕΡΜ. Πατρὶς γάρ ἐςι πᾶσ', ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ. *Plut.* v. 1151.

Sed Valckenarium video *Diatriba in Eurip. Reliquias* c. 8, p. 76, τυγχάνει approbaſſe, qui Tragici verſus ſic edidit:

——— ἐν τȣ́τῳ γέ τοι
Λαμπρός θ' ἕκαςος, κἀπὶ τȣ̃τ' ἐπείγεται,
Νέμων τὸ πλεῖςον ἡμέρας τȣ́τῳ μέρος,
Ἵν' αὐτὸς αὑτȣ̃ τυγχάνει κράτιςος ὤν.

κράτιςος, quod receperunt et alii, in *Alcib. poſterioris* loco citato pro βέλτιςος legitur, et alibi quoque, hi enim verſus non raro ab auctoribus laudantur. Gradus denique ſuperlativus eodem modo adhibitus apud aliorum quoque auctorum ſcripta deprehenditur. Conſ. Gatakerum p. 133.

l. 4, 5 et 6. κἀπὶ — ἡμέρας — τȣ́τῳ — μέρος — βέλτιςος] καὶ ἐπὶ *MS. Bodl.* τῆς ἡμετέρας *idem* mendoſe. hinc patet nullam omnino carminis in eo codice eſſe rationem. τȣ̃το *MS. Reg.* male. μέρως *Ed. Ald.* mendoſe. βέλτιος *MS. Bodl.* etiam mendoſe.

l. 7. λοιδορεῖ τȣ́τῳ· τὸ δ' ἕτερον] λοιδορεῖ τȣ̃το. τὸ δὲ ἕτ. *MS. Bodl.*

l. 9. ἐπαινεῖν] ἐπαινεῖ *MS. Bodl.* male. ἐπινεῖν *Ald.* mendoſe.

l. 12. φιλοσοφεῖ] φιλοσοφῇ *MS Reg.*

P. 192, l. 3. σαφῶς διαλεγομένȣ] Hoc eſt, *diſtincte*, ſive *perſpicue loquentis.* Anglice, *ſpeaking plain.* Ariſtoph. *Nub.* v. 859.

——— κἀγώ τοι ποτὲ

Οἶδ' ἐξέτει σοι τραυλίζοντι πειθόμενος, &c.

Ubi Schol. Τραυλίζοντι. ψελλίζοντι. ἀντὶ τοῦ ἄσημον ἀφίεντι φωνήν.

l. 9. παρὰ νέῳ] περὶ *Edd. Ald. Baſileenſes, MSS. Reg.* et *Bodl.* et A. Gellii *Edd. vetuſtiores*, qui hæc citavit L. 10 *Noct. Att.* c. 22, a p. 190, l. 3, uſque ad p. 195, l. 10. facilis error, cujus originem indicavi p. 399. *In adoleſcente:* vetus Ficini *verſio.* et recte Stephanus repoſuit παρά.

l. 10. ἐλευθερόν τινα εἶναι] Abeſt εἶναι *Ald.* et *Baſileenſibus.* Exhibent autem illud *MSS. Reg.* et *Bodl.* et A. Gellius. Imprimitur etiam in *Steph. Ed.* Ficini *verſio* eſt, *atque ingenuum* eſſe *hominem hunc exiſtimo.*

l. 11. ἀνελεύθερον] ἀνελεύθερόν τινα εἶναι *Baſ.* 2. Forte ex antecedentibus.

l. 12. ἀξιώσοντα] ἀξιώσαντα *MS. Bodl.*

P. 193, l. 2. ὁ ποιητής] Deſignatur Euripides, ejuſdemque fabula *Antiope*, quæ hæc inter ſæpius exſcribitur, et cujus argumento ipſa verba conveniunt. Ὁ ποιητὴς quidem poetarum principem frequenter deſignat, ſed apud Homerum verba fruſtra quis quæſierit.

l. 3. γίγνεσθαι] γινέσθαι *MS. Bodl.* minus Attice.

l. 7. ἐπιεικῶς ἔχω καὶ φιλικῶς] Abeſt καὶ *MS. Reg.* Nec legit Ficinus, qui vertit, *Ego autem valde te o Socrates amo.*

l. 8. ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίονα ὁ Εὐριπίδου] τοῦ εὐριπ. pro ὁ Εὐριπ. *MS. Bodl.* De his fratribus extabat olim Euripidis fabula *Antiope*, cujus nunc tantum fragmenta pauca a Stobæo aliiſque auctoribus ſervantur. In ea de arte muſicæ fratrem Amphionem Zethus, rei pecuariæ ipſe quidem deditus, exprobrabat, et a philoſophiæ quoque ſtudio dehortabat. Pacuvius etiam idem tractabat argumentum in cognomine fabula, et ab hujus Zetho *philoſophiæ bellum indicente*, ut refert Cicero L. 2 *De Oratore*, c. 37, verſum iſtum profectum arbitror, qui ad incertam aliquam Pacuvii fabulam vulgo refertur.

Ego homines odi ignavâ operâ, et philoſophâ ſententiâ.

Idemque literatiſſimo Valckenario placuiſſe, poſtquam hæc ſcrip-

ſcripſeram, intellexi ex *Diatr. ejus in Eurip. Reliquias* c.8, p.73. Fratrum iſtorum certamen ab Horatio his verbis memoratur:

Gratia ſic fratrum geminorum, Amphionis atque
Zethi, diſſiluit, donec ſuſpecta ſevero
Conticuit lyra. Fraternis ceſſiſſe putatur
Moribus Amphion. *Epiſt.* 1, 18, 41.

De Zetho, Amphione, atque ipſorum matre Antiope, videndi Homerus *Odyſſ.* λ, v. 262, Pauſanias in *Corinthiacis* p.125 *Ed. Kuhn.* et *Bæoticis* p. 720, Horat. *Art. Poet.* v. 394, Plutarch. in *Lib. De Muſica*, p. 1129, Joan. Mallala in *Chronol.* L. 2, p. 53 &c. *Ed. Oxon.* Cedrenus *Hiſt. Compend.* p. 20 *Ed. Baſil.* et Suidas v. Ἀντιόπη.

l. 10. τοιαῦτ' ἄττα ἐπέρχεταί πρὸς σε λέγειν, οἷάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφόν·] τοιαῦτα *MS. Bodl.* ἀπέρχεται *Ald.* et *Baſileenſes*, mendoſe. πρὸς σὲ εἰπεῖν *MS. Bodl.* Ex *Antiope* Euripidis multa, ut ante dixi, ſed nonnihil tamen mutata, inter hæc verba a Platone deſumuntur. Concinnaverunt ea, atque in verſus redigerunt, ex noſtro aliiſque auctoribus Gul. Canterus *Nov. Lect.* 7, 27, Grotius *Excerptis* p. 373, Gatakerus *Adverſ. Miſcell. Poſthum.* c. 10, p. 510. In hunc modum a Valckenario *Diatriba in Eurip. Reliquias* c. 8, p. 74 et deinc. eduntur:

Ἀμφίον, ἀμελεῖς ὧν ἐπιμελεῖσθαί σε δεῖ,
Αἰσχρῶς τε, ψυχῆς ὧδε γενναία φύσις,
Γυναικομίμῳ διαπρέπεις μορφώματι;

Sed verſus poſteriores ita dedit cl. Pierſonus in *Præfat.* ad Mœrim p. 44; cujus diſputationem in nota proxime ſequenti habes:

Φθείρεις δὲ ψυχῆς ὧδε γενναίαν φύσιν
Γυναικομίμῳ διαπρεπὴς (vel διαπρέπων) μορφώματι.

Iterum, Οὐδ' ἐν δίκης βουλαῖσιν ὀρθῶς ἂν λόγον
Προθεῖο πιθανὸν, οὔτ' ἂν ἀσπίδος ποτὲ
Κύτει γ' ὁμιλήσειας, οὔτ' ἄλλων ὕπερ
Νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιό τι.

Deinde ex l. 11 p. ſequentis:

Καὶ πῶς σοφὸν τοῦτ' ἐστιν, εἴ τιν' εὐφυᾶ

Λαβοῦσα τέχνη φῶτ' ἔθηκε χείρονα;
Μήτ' αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενόν γ' ἐπαρκέσαι.

Conferas denique quæ ad l. 3 p. 195 ſequuntur, cum his verſibus partim a Stobæo *Serm.* 54 ſervatis:

———— ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ·
Παῦσαι δ' ἀοιδῶν, πολεμίων δ' εὐμουσίαν
Ἄσκει. τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν,
Σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίοις ἐπιστατῶν·
Ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα,
Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.

In linea ſecunda παῦσαι δ' ἀοιδῶν repoſuiſſe ſe ob ſenſum notat Grotius, cum παῦσαι δ' ἐλέγχων eſſet apud Platonem. Sed in margine *Regii Cod. Gorgiæ* ad vocem ἐλέγχων ſcribitur, ἐν ἄλλῳ εὑρίσκεται τὸ παῦσαι ματαΐζων. Poſſent ergo Euripidis fuiſſe verba, Παῦσαι ματάζων, &c. Sed de hac re viderint alii.

l. 12. καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι] Tentata ſunt iſta, prout modo oſtendi, a viro eruditiſſimo Joanne Pierſono in *Præfatione* ad Mœrim. Quibus autem argumentis nititur emendatio, tu ipſe nunc vide.
" Thomas Magiſter v. Διαπρέπω. Διαπρέπω τούτοις, inquit, ἀντὶ
" τοῦ κάλλιστα καὶ πρεπόντως διάγω. ὡς τὸ, διέπρεψη τῇ ἀρχῇ. καὶ
" διαπρέπω τὸν δεῖνα, ἤτοι καλλωπίζω. Πλάτων ἐν Γοργίᾳ· φύσιν ψυ-
" χῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι. — Sed
" tranſitivæ ſignificationis pro *decoro*, *orno*, καλλωπίζω, præter il-
" lud Platonis nullum reperitur exemplum. Hic quidem jure
" Thomas poterat a Trillero vapulare. Non ignoro, neutra
" quædam interdum tranſitive uſurpari, ſed διαπρέπειν his ad-
" numerandum eſſe, non facile mihi perſuaderi patiar. Plato-
" nis locus eſt *Gorg.* h.l. ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμε-
" λεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις
" μορφώματι. quo in loco Philoſophorum ſummus Euripidæ
" dictum παρῳδιάζει, quod conſervavit Philoſtratus *Vit. Apollo-*
" *nii* L. 4. C. 21. κόρων μὲν οὐδεμίαν φέρων, γυναικομίμῳ δὲ μορ-
" φώματι, κατὰ τὸν Εὐριπίδην αἰσχρῷ, διαπρέπων. Ubi Olearius
" male φέρειν et διαπρέπειν in textum invexit, et ad Eurip.
" *Bacchas*

" *Bacchas* v. 853. 978. reſpici putat. Illuſtris Grotius in *Ex-*
" *cerpt. e Trag. et Com.* p. 373, dedit:

" ———— ψυχῆς ὧδε γενναίαν φύσιν
" Γυναικομίμῳ διατρέπεις μορφώματι.

" Et ita interpretatur:

" ——— *Animi ſicne generoſi indolem*
" *In morem et habitum feminarum emaſculas?*

" Sed διατρέπειν omnino vitio laborat, cui et Plato et Phi-
" loſtratus adverſantur, et ſimilis Sophoclis locus apud Cle-
" ment. Alexandr. *Pæd.* L. 3. p. 286. ἁβροδίαιτον ἐπονειδίζων νεα-
" νίαν ὁ Σοφοκλῆς λέγει· Γυναικομίμοις ἐμπρεπεῖς ἐσθήμασιν. Peſſime
" interpres, *Quæ feminarum ſunt amictæ veſtibus.* Accentu mu-
" tato lege ἐμπρέπεις vel ἐμπρεπής. *femineo amictu decorus.* Er-
" ravit Thomas, cum in æque vitioſos, ac nos hodie verſamus,
" Platonis Codices incidiſſet, e quibus vox quæpiam librario-
" rum incuria periit: quod e Libanio Op. T. 2. p. 494 C.
" *pro ſaltatoribus* liquide adparet: εἰ μὲν ὅσα γυναικεῖα σχήματα,
" ταῦτα ἡ ὄρχησις ἀπολαβοῦσα, καὶ τὰ τοῖς ἀνδράσι προσήκοντα φυγοῦσα
" καθάπαξ, ἐπὶ τούτων ἐποιεῖτο τὴν διατριβὴν, καὶ τοῦτο ἦν ἡ τέχνη,
" γυναικῶν μίμησις, οὐδ' οὕτω μὲν ἂν διέφθειρε γενναίαν φύσιν. Vides
" Sophiſtam in ultimis Platonis locum reſpicere, in quo vel
" φθείρεις vel διαφθείρεις reponendum eſt, et διαπρεπής. Euri-
" pidæ autem verſus ſic conſtituendi:

" Φθείρεις δὲ ψυχῆς ὧδε γενναίαν φύσιν
" Γυναικομίμῳ διαπρεπὴς μορφώματι.

" vel διαπρέπων. quod pluribus nunc non licet confirmare."
p. 42. Sed jam vidiſti ad p 435, quomodo Tragicum refingi
maluerit Valckenaer. Non abſimiles ſunt Platonis loco aut
dictione aut ſententia Comici verſus in *Nubibus*, v. 510:

——— τῆς ἀνδρείας
Εἵνεκα ταύτης,
Εὐτυχία γένοιτ' ἀν-
θρώπῳ, ὅτι προήκων
Ἐς βαθὺ τῆς ἡλικίας
ΝΕΩΤΕΡΟΙΣ ΤΗΝ ΦΥΣΙΝ ΑΥΤΟΥ

ΠΡΑΓΜΑΣΙ

ΠΡΑΓΜΑΣΙ ΧΡΩΤΙΖΕΤΑΙ

Καὶ σοφίαν ἐπασκεῖ.

l. 13. καὶ οὔτ' ἂν δίκης βουλαῖσι προσθεῖο ἂν ὀρθῶς λόγον] καὶ οὔτ' ἂν δ. β. προσθεῖ ἂν ὀρθῶσαι λόγον *Baſ.* 2. καὶ οὔτ' ἂν δ. βουλαῖς προσθεῖο ἂν ὀρθὸν λόγον *MS. Bodl.* προσθέης pro προσθεῖ legendum ait Cornarius. Sed bona eſt recepta lectio. προσθεῖ ἂν per ſynalœpham *Ald.* et *Baſ.* 1.

l. 14. οὔτ' εἰκὸς καὶ πιθανὸν ἂν λάβοις] οὔτ' εἰκὸς ἂν καὶ πιθανὸν λάβοις *MS. Bodl.*

P. 194, l. 1. ἄλλων] ἄλλου *MS. Bodl.*

l. 4. οἶμαι] οἴομαι *Baſ.* 2. minus Attice.

l. 5. νῦν γὰρ] νυνὶ γὰρ *Baſ.* 2.

ibid. ἢ ἄλλου ὁτουοῦν] ἢ ἄλλου ὁτουοῦν τῶν τοιούτων *Baſ.* 2 et *MS. Bodl.* qui codex mendoſe habet ουτουοῦν. τῶν τοιούτων legiſſe etiam in *MS.* ſuo Cornarius videtur, qui notat, vulgo deeſſe has voces. Magis vero ex interpretamento, quod a re tamen abludit, profectæ eſſe videntur; quum ſophiſta velit, Socratem non poſſe aut ſe ipſum defendere, aut *alium quenquam* in jus vocatum. Vide etiam quæ ſtatim poſt ſequuntur ad l. ult. hujuſce paginæ. Ficinus vertit, *aut alium quempiam veſtrum.*

l. 6. ἀπάγοι] ἀπάγει *MS. Bodl.* ſed ἀπάγοι eadem manu ſuperſcribitur.

l. 7. οἶσθ'] ἴσθ'. Sic *MS. Bodl.* male.

ibid. ὅ,τι] ὅτι *Ald. Baſileenſes* et *MS. Bodl.* male.

l. 9. πάνυ φαύλου καὶ μοχθηροῦ] Ad verba, εἰσαχθεὶς εἰς δικαστήριον ὑπὸ πάνυ ἴσως μοχθηροῦ ἀνθρώπου καὶ φαύλου, p. 284 l. 5, notavit hæc Olympiodorus *Commentario MS.* in hunc dialogum: Φαύλου, ἀντὶ τοῦ, εὐτελοῦς. νῦν γὰρ οὐ σημαίνει τοῦ κακοῦ· ἤδη γὰρ εἶπε μοχθηροῦ. Olympiodori verba citavit Ruhnkenius ad Timæum v. Φαῦλον. Etymol. M. in v. Φαῦλος. —— τάττεται καὶ ἐπὶ τοῦ ταπεινοῦ καὶ πένητος καὶ ἀδόξου καὶ ἀνοήτου.

l. 12. εὐφυᾶ] εὐφυῆ *Baſ.* 2 et *MS. Reg.* minus Attice.

P. 195, l. 1. ἄτιμον] ἔτιμον *Ald.* et *Baſ.* 1. mendoſe.

l. 3. ἐπὶ κόρρης τύπτοντα] Euſtathius ad Il. ν, p. 923 *Ed. Baſil.* —— κατὰ κόρρης καὶ ἐπὶ κόρρης δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, πληγὴ τυχὸν

ἡ

ἢ ῥάπισμα λέγεται τὸ εἰς σιαγόνα καὶ κρόταφον. κόῤῥην δέ, φησι, καὶ κόρσην Ἀττικοὶ τὴν ὅλην κεφαλὴν σὺν τῷ αὐχένι λέγουσι. διὸ καὶ προπηλακισμὸς ἰσχυρός φασι τὸ ἐπὶ κόῤῥης, καὶ μείζων τοῦ κονδύλου. Videtur τὸ ἐπὶ κόῤῥης τύπτειν cum ex hoc Platonis loco, qui ſæpe dehinc a Socrate reſpicitur, tum ex Demoſthenis *Orat. Contra Midiam* contumelioſum prorſus fuiſſe habitum, et percutientis injuriam maxime augiſſe. Πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν, inquit Orator, ὁ τύπτων, ὧν ὁ παθὼν ἔνια οὐδ᾽ ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιθ᾽ ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόῤῥης· ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὑτῶν, ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι. p. 513 *Ed. Taylor*. De τῷ ἐπὶ κόῤῥης τύπτειν omnes fere agunt, quotquot grammaticorum veterum ſuperſunt, idque plerique de ea pulſatione, quæ lata manu fit, exponunt.

l. 4. παῦσαι δ᾽ ἐλέγχων] In margine *Cod. Regii* ſcribitur, ἐν ἄλλῳ πρόσκειται τὸ παῦσαι ματαίζων. Vide me ſupra p. 436.

l. 8. ζηλῶν οὐκ ἐλέγχοντας ἄνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα] Callidus et argutus homo ſpecioſis ſatis argumentis philoſophiam inter hæc aggreditur, dum in ea medium quiddam, ſicut Ennianus ille Neoptolemus, affectat, qui *philoſophandum ſibi eſſe* aiebat *paucis, nam omnino haud placere*. Vid. Cic. *Tuſc. Diſp.* 2, 1, et alibi. Sed ut ad Gellium pergam, qui in *Noctibus Atticis* nonnulla ſuper iſtius orationis propoſito annotavit: *Plato* (inquit) *veritatis homo amiciſſimus, ejuſque omnibus exhibendæ promtiſſimus, quæ omnino dici poſſint in deſides iſtos ignavoſque, qui obtento philoſophiæ nomine inutile otium et linguæ vitæque tenebras ſequuntur, ex perſona quidem non gravi, neque idonea, vere tamen ingenueque dixit. Nam etſi Callicles, quem dicere hæc facit, veræ philoſophiæ ignarus, inhoneſta indignaque in philoſophos confert: proinde tamen accipienda ſunt quæ dicuntur, ut nos ſenſim moveri intelligamus, ne ipſi quoque culpationes hujuſcemodi mereamur; neve inerti inanique deſidia cultum et ſtudium philoſophiæ mentiamur. Verba ipſa ſuper hac re Platonis ex libro, qui appellatur Gorgias, ſcripſi: quoniam vertere ea conſilium non fuit, quum ad proprietates eorum nequaquam poſſit Latina oratio adſpirare, ac multo minus etiam mea.* (Deinde verba Calliclis ab illis,

illis, Φιλοσοφία γάρ τοι ἐὰν &c. p. 190, l. 3, uſque ad orationis finem deſcribuntur) *Hæc Plato* (addit Gellius) *ſub perſona quidem, ſicuti dixi, non proba, ſed cum ſenſu tamen intelligentiæque communis fide, et cum quadam indiſſimulabili veritate diſſeruit; non de illa ſcilicet philoſophia, quæ virtutum omnium diſciplina eſt, quæque in publicis ſimul et privatis officiis excellit, civitateſque et rempublicam, ſi nihil prohibeat, conſtanter et fortiter et perite adminiſtrat; ſed de iſta futili atque puerili meditatione argutiarum, nihil ad vitam neque tuendam neque ordinandam promovente: in qua id genus homines conſeneſcunt male feriati; quos philoſophos eſſe et vulgus putat, et is putabat, ex cujus perſona hæc dicta ſunt. Noct. Att.* 10, 22. Eandem de verbis Calliclis fert ſententiam Ficinus, etſi fateatur, ſicut Gellius, "nonnulla in ipſa Calliclis invec-" "tiva falſa dici, quæ in ſequentibus refelluntur" *Argumento in Gorg.* Idem quoque ſentiebat Georgius Acanthius *De Philoſophia Platon.* p. 278 et deinc. Nihilominus tamen dubito, an revera adverſus pſeudo-philoſophos dici hæc voluerit Plato, quippe cum omnia, quæ huc congeſſit dicteria Callicles, in veros ſapientiæ cultores a vulgo olim effutita fuerint; id quod ex pluribus noſtri auctoris libris demonſtrari poteſt. Ita in L. 6 *De Republica* præclare oſtenditur, philoſophos omnes, veræ licet politicæ peritiſſimos, ignaris imperitiſque hominibus ignavos atque inutiles videri; ejuſque rei cauſæ diſertiſſime atque copioſiſſime eodem dialogo afferuntur. Confer a p. 487 ad p. 496. In *Theæteto* quoque ſtatuit Plato, neceſſe eſſe philoſophum, qui in rebus divinis verſatur, omnia alia præ illis parva et levia exiſtimare; atque ipſum contra ob rerum civilium imperitiam cæteris hominibus deridiculo haberi. Vide p. 173—175. In hac etiam cum Gorgia diſputatione ad accuſationem Calliclis in eum, qui rhetoricæ κολακευτικῆς ſit imperitus, Socrates poſtea reſpondet, atque philoſophi τοῦ αὑτοῦ πράξαντος καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντος ἐν τῷ βίῳ dignitatem tuetur. In *Euthydemo* unus de illis, quos politico-ſophiſtas nominare eſt, medium quiddam in philoſophia præ ſe ipſe ferens, gravi errore in philoſophos, tanquam ſi λογομάχοι homunculi

munculi fuerint, convitia fundit. §. 34. Denique in *Hippiæ Majoris* fine contra Hippiam, qui, perinde ut hic Callicles, σμικρολογίας Socrati objectat, defendit ſe philoſophus. Quæ cum ita ſint, dubium mihi prorſus videtur, an, ut hactenus creditum eſt, per hanc Calliclis orationem ignavos ullos deſideſque homines petere voluerit Plato; etſi alibi in illos ſæpe invehitur, qui obtento philoſophiæ nomine, ad eam minime naturâ comparati, nugas tantum agunt, atque adeo malam ipſi philoſophiæ exiſtimationem conciliant; idque vulgo hominum magna extitiſſe cauſa invidiæ in philoſophos apud locum illum *Politicorum* ſtatuitur, qui a me modo citatus eſt.

Nec interim Plato contemplativæ vitæ nimium tribuere videtur. Quum autem tota philoſophia ab eo in partes duas diſtribuatur, quarum altera in contemplatione rerum et in vero exquirendo conſiſtit, altera in actione, hæc ab eo ſemper illi poſtponitur, quoniam etiam vitæ communis inſtitutio ex contemplatione conſiderationeque pendeat. Idem tamen in decretis ſuis poſuit, *nos non nobis ſolum natos eſſe, ortus autem noſtri partem patriam vindicare, partem amicos.* Cic. *Off.* 1, 7. Paſſimque in ſermonibus ſuis, cum a ſtudiis ſophiſta ſolum dignis omnes avocat, tum ad officia vitæ, reſque humanas capeſſendas, philoſophiæ ſectatores ſtudioſe mittit. Vide inter loca alia huc ſpectantia pulchram illam τῆς ἀλληγορικῆς ſpeluncæ deſcriptionem initio L. 7 *De Rep.* ubi ii, qui ex antro in ſolis ſplendorem reſque ſuperas detracti fuerunt, poſtea tamen ad ſocios ſuos obſcuro illo carcere incluſos, juſtitia ita jubente, deſcendunt. Confer pagg. 519—521. Vide item quæ Callicli in fine dialogi monentur. p. 300. In libro quoque 6to *De Rep.* ſapienti homini talis exoptatur reipublicæ ſtatus, qualis ei ſit conveniens et aptus, ut altius ipſe virtute evehatur, aliorumque res conſervet atque defendat. p. 497 A. Judicabat enim Noſter (id quod omnibus fere notum eſt) tum denique fore beatos homines, cum aut philoſophi regnarent, aut reges philoſopharentur. Ἐὰν μὴ, inquit Socrates, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυ-

νάςαι φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταυτὸν ξυμπέσῃ δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα, ὦ φίλε Γλαύκων, ταῖς πόλεσιν· δοκῶ δὲ οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει. L. 5 *De Rep.* p. 473 C. Quando, et qua ratione, ſtudia ſua ac contemplativæ vitæ ſcientiam ad res civiles tranferet philoſophus, breviter docebit Alcinous *De Doctr. Plat.* c. 2.

Cum vero ita res habet, quomodo excuſant ſeſe Socrates atque Plato, qui ſe rebus civilibus vix unquam admiſcebant? Ne rempublicam capeſſeret Socrates, ipſi repugnabat ὁ Δαίμων, qualiſcunque is fuerit, fidus tamen et perpetuus ipſius monitor. Conſ. *Apol. Socr.* §. 19, et L. 6 *De Rep.* p.496 C. Quamobrem vero? Perſpicue priori loco dicitur, civitatem iis temporibus tam corruptam ac perditam fuiſſe, ut ei nullus rerum adminiſter prodeſſe poſſet, imo vero neceſſe eſſe, τῷ ὄντι μαχούμενον ὑπὲρ τοῦ δικαίου, καὶ εἰ μέλλει ὀλίγον χρόνον σωθήσεσθαι, ἰδιωτεύειν, ἀλλὰ μὴ δημοσιεύειν. Similia etiam noſter dialogus ad §. 59, et Ariſtides in *Communi Apologia* p. 264. Platoni autem, (quod et de Socrate tradit Ælianus *V. H.* 3, 7) cur abſtinuerit a publicis negotiis, cauſa fuit, τὸ ἤδη τὸν δῆμον τοῖς ἄλλοις πολιτεύμασιν ἐνεθίσθαι, uti ſcribit Laertius in *Vit.* ejus, L. 3, Segm. 23. Vide etiam Plat. *Epiſt.* 7, p. 324 &c. et 5, p. 322. In *Politico* quoque innuitur, eum, qui in republica male conſtituta ſponte ac libenter verſetur, merito mala quævis paſſurum. 299 A. Neque vero ſubduxit ſe Plato communi hominum utilitate, philoſophiæ ſtudio detentus, ſed in omni vita ſua, quandocunque occaſio tulerit, ſe πρακτικὸν oſtendit.

l. 11. τούτων τινὰ τῶν λίθων ᾗ βασανίζουσι τὸν χρυσὸν] Heſychius: βασανιστής. λίθος οὕτω λέγεται, Λυδικοῦ λίθου γένος. καὶ (ἡ Kuſter.) λίθος βάσανος, ᾧ παρατρίβοντες τὸ χρυσίον ἐδοκίμαζον. Similia Harpocratio, Etym. M. Suidas. Lapis Lydius ad eos accommodari ſolitus, qui acri exactoque judicio præditi in aliorum mores atque ſcientiam inquirere apti atque idonei ſunt. Vide Parœmiographos. Ii interim, qui aurum et argentum probabant, ἀργυρογνώμονες appellati, uti ex Æſchinis *Dialogo*, cui tit.

An

An Virtus doceri poſſit, apparet. §. 10 *Ed. Clerici*, in *Ed. Steph.* autem p. 378 E.

P. 196, l. 1. τοῦτ' ἐρωτᾷς] τοῦτο ἐ. *MS. Bodl.*

l. 4. ἄν μοι σὺ ὁμολογήσῃς] Ficinus videtur legiſſe ἃ ἄν μοι, vel ἅ μοι. ſed minus bene.

l. 6. ἱκανῶς] ἀληθῶς *MS. Bodl.* minus bene.

l. 7. τρία ἄρα δεῖ ἔχειν] δεῖν *Ald.* et *Baſileenſes.* male. τρία ἔχειν δεῖ ἄρα *MS. Bodl.*

l. 8. εὔνοιαν] δόξαν *Baſ.* 2 *MSS. Reg.* et *Bodl.* Videtur Ficinus quoque in codicibus Græcis idem inveniſſe, qui vertit: *ſcientiam primo*; *deinde* opinionem prudentis ſcilicet atque benevoli. *Tertio audaciam.* Verba illa, prudentis ſcilicet atque benevoli, e gloſſa marginali deſumpſit, nam ſcribitur in margine *Cod. Regii:* τρία ἐστὶν οἷς κρίνεται ἡ ψυχή· ἐπιστήμη, δόξα ὡς φρονίμου καὶ εὔνου, παῤῥησία. Sed δόξα locum hic habere nequit; et forte primum librariorum errori debebatur, quum viderent ſæpe apud philoſophum noſtrum de ἐπιστήμη et δόξα ſimul diſſeri. Εὐδοκίαν, quæ ut lectio varians a Stephano in marg. affertur, benevolentiam vix apud Platonem aut cæteros Atticos ſignificat. Stabilitur porro εὔνοιαν, quòd bis ſtatim poſt vox εὔνους ſequatur, nempe ad l. 5 et 15 pag. ſequentis.

l. 10. ἕτεροι δὲ —— ὥσπερ σύ] Omiſſa hæc ſunt in *MS. Bodl.* propter voces repetitas ὥσπερ σύ.

l. 11. οὐκ ἐθέλουσι δέ μοι λέγειν τὴν ἀλήθειαν] Εἰρωνικῶς dicitur. Nam ſæpe in ſermonibus Socrates, poſtquam glorioſum aliquem ſophiſtam ſibiipſi repugnantem oſtenderit, unde iratum eum et amplius quid reſpondere recuſantem habet, apud auditores queritur, eruditionem ſuam virum doctiſſimum exponere dedignari, et veritatem apertius explicare.

l. 12. τῷ δὲ ξένῳ τῳδὶ] τῷ δὲ ξένῳ Sic *MS. Bodl.* mendoſe.

l. 14. μᾶλλον τοῦ δέοντος.] μᾶλλον τοῦ δέοντος πράγματος *MS. Bodl.*

P. 197, l. 7. τὸν Ἀφιδναῖον —— τὸν Χολαργέα] Ἀφίδναι et Χολαργεῖς duo Atticæ pagi. Potteri *Archæol. Græc.* L. 1, c. 9.

ibid. Ἄνδρωνα τὸν Ἀνδροτίωνος] Hic quoque, juxta ac duo alteri viri, Athenienſis fuit, ut ex *Protagora* conſtat, p. 315 C.

 ἄνδρω-

ἀνθρωπίων☉ *MS. Bodl.* mendoſe.

l. 9. ὑπήκουσα] ἐπήκουσα *MS. Bodl.*

l. 12. παρεκε εὐεῶθε] παρακελεύεσθαι *MS. Bodl.* ſed ε ſuper poſterius α in παρα eadem manu ſcribitur.

l. 13. λήπτε] λήσητε *MS. Bodl.*

l. 14. ταῦτα ἐμοὶ συμβουλεύοντος, ἅπερ τοῖς σαυτοῦ] *Idem te mihi conſilium dantem, quod* &c. Ficinus. quaſi fuerit ταυτὰ, non ταῦτα. Sed ferendum eſt ταῦτα. Etiam paulo infra habes ἅπερ ad ταῦτα relatum. p. 199, l. 4. σαυτοῦ *MS. Bodl.*

P. 198, l. 2. ὀλίγον] ὀλίγω *MS. Bodl.* ſed ον ead. manu ſuperſcr.

l. 4. ὁμολογήσης] ὡμολογήτης *MS. Bodl.*

l. 5. ἐπ' ἄλλην] ὑπ' ἄλλω *Baſileenſes.* mendoſe.

l. 6. αὐτὸ] αὐτῷ *MS. Bodl.*

l. 7. οὔτ' αἰσχύνης περιουσίᾳ] In *pr. ed.* παρουσία: ſed rectius leg. περιουσίᾳ, quod opponitur præcedenti ἐνδείᾳ. STEPH. παρουσίᾳ *Ald. Baſ.* 1 *MSS. Reg.* et *Bodl.* et vetus Ficini *Verſio*, quæ habet, *vel verecundia adductus.* Sed περιουσίᾳ *Baſ.* 2. quam lectionem cum propter vocem ἐνδείᾳ, ut notavit Stephanus, tum per ſe magis probandam puto. Convenit porro cum antecedentibus, ad p. 196, l. 13—15. οὔτε *MS. Bodl.*

l. 8. φίλος γαρ μοι εἶ ὡς καὶ αὐτὸς φῄς] φίλος γάρ μοι εἶς ὡς αὐτὸς εἶ. Confuſe *MS. Bodl.*

l. 9. ἤδη] Abeſt *MS. Bodl.*

l. 11. ποιόν τινα χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα] ποῖόν τινά ποτε χρὴ εἶναι τ. ἀ. *Baſ.* 2. bene. A Stephano etiam in marg. affertur.

l. 12. μέχρι τοῦ] του ſine circumflexo *Baſ.* 2. Sed hoc loco τοῦ pro τίνος paroxytono, non τινὸς indefinito, ponitur.

l. 14. ἐξαμαρτάνω] ἁμαρτάνω *MS. Bodl.*

P. 199, l. 2. καὶ τίνα τρόπον ἐργασαίμην ἂν αὐτὸ] κτησαίμην *MSS. Reg.* et *Bodl.* Ficinus vertit: *et qua via conſequi valeam.* Affertur a Steph. quoque in marg. Malo lectionem receptam, dum loci ſententia eſt, *quæſo mihi oſtendas, quid et quomodo agendum.*

l. 4. πάνυ με ἡγοῦ βλᾶκα εἶναι] πάνυγε ἡ. β. εἶναι *MS. Bodl.* mendoſe. Βλάξ. ὁ διὰ νωθρίαν ἁμαρτητικῶς. Timæi Λέξ. Πλατ.

l. 8. καὶ Πίνδαρος] Videſis quæ de hac re notavi p. 430.

P. 200,

P. 200, l. 2. τὰς σμικρὰς] τὰς μικρὰς *MS. Bodl.*

l. 4. ταυτὸ ὂν] ταυτὸν ὂν *MS. Bodl.*

P. 201, l. 2. Ἆρ᾽ ἂν ἐχ᾽ οἱ πολλοὶ] Male abeſt ἐχ᾽ *MS. Reg.*

ibid. νομίζουσιν (ὡς ἄρτι αὖ σὺ ἔλεγες)] νομίζουσιν οὕτως ὡς ἄρτι αὖ σ. ἔ. *MS. Bodl.*

l. 6. ἀλλ᾽ ἐχὶ τὸ πλέον] ἀλλ᾽ ὃ τὸ πλέον *MS. Reg.*

ibid. τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι] τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι *Ald.* In *vulgatis* redundare voces τοῦ ἀδικεῖν notat Cornarius.

l. 8. βεβαιώσωμαι] βεβαιάσομαι *MS. Bodl.* ſed ω eadem manu ſuperſcribitur.

l. 11. τὸ ἴσον ἔχειν] τὸ μὴ ἴσον ἔχειν *MS. Bodl.* male.

l. 12. ἀλλὰ καὶ φύσει] ἀλλὰ καὶ τῇ φύσει *MS. Bodl.*

P. 202, l. 3. Οὑτοσὶ ἀνὴρ] οὗτοσὶν ἀνὴρ Sic *MS. Bodl.*

l. 5. ἁμάρτῃ] ἁμάρτοι *Ald.* et *Baſileenſes.* Stephanus repoſuit ἁμάρτῃ, quod confirmat *MS. Bodl.*

l. 11. οὕτω λέγεις] οὕτως λ. *MS. Bodl.*

l. 13. τοιοῦτόν τι σὲ] τοιοῦτό τι σε *MS. Bodl.*

P. 203, l. 1. ὅτι ἰσχυρότεροί εἰσιν ἢ σύ.] ὅτι ἰσχ. σοῦ εἰσιν *Baſ.* 2.

l. 2. τί ποτε λέγεις τοὺς βελτίστους] Lego, etſi aliter Græci libri, τίνας ποτὲ λέγεις τοὺς βελτίους. Vetus Ficini *verſio: quos tandem ais meliores eſſe.* Statim poſt habes τίνας λέγεις τοὺς βελτίους εἶναι l. 7, et ad p. 207 l. 8, ἀλλ᾽, ὦ 'γαθέ, εἰπὼν ἀπαλλάγηθι τίνας ποτὲ λέγεις τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους. In *Codice Bodl.* facili errore βελτίους et βελτίστους ſæpe inter ſe mutuo corrumpuntur. Ita hoc loco, et ſtatim poſt ad l. 7. Forte hunc locum reſpicit Cornarius, ubi ait in *Eclogis* ſuis τοὺς βελτίους legendum eſſe, non τοὺς βελτίστους.

l. 3. προδιδάσκε] De hac voce ſupra ad p. 349.

l. 7. βελτίους] βελτίστους *MS. Bodl.* male.

l. 15. καὶ οὐ ῥήματα θηρεύω] ῥήματ. *Ald.* et *MSS. Reg.* et *Bodl.* Primi emendabant, qui *ed. Baſ.* 1*mam* curabant. *neque verba aucupor:* Vetus Ficini *verſio.* Ita ὀνόματα θηρεύων habebas ante ad p 202 l. 4.

P. 204, l. 1. εἰ ὁ εἷς] καὶ ὁ εἷς *MS. Bodl.* male.

l. 5. Ἔχε δὴ αὐτοῦ] Exponit Margo *Cod. Regii:* μέμνησο τῶν ῥηθέντων. Animi attentio videtur requiri, tanquam ſi ad concluſionem deduci jam futurum ſit argumentum. Grammaticorum

corum autem gloſſas vide ſupra ad p. 379.

l. 6. ἀθρόοι] ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ. Margo *Cod. Regii.*

l. 8. οἱ δὲ, ἀσθενεῖς] οἱ δ' ἀσθενεῖς *MS. Bodl.*

ibid. εἷς δὲ ἡμῶν ἢ φρονιμώτερος] εἷς δ' ἐξ ἡμῶν ἢ φ. *MS. Bodl.* ἢ φρόνιμος *Baſ.* 2 male. Ficinus vertit, quaſi legiſſet φρονιμώτατος.

l. 10. φρονιμώτερερος] φρονιμώτατος *Baſ.* 2. minus bene.

l. 12. Ἦ οὖν] ἢ οὖν *MS. Bodl.* male.

l. 13. ὅτι βελτίων ἐστὶν] ὅ,τι *MS. Bodl.* male. βελτίον *Ald.* et *Baſileenſes.* βελτίων, quod repoſuit Stephanus, habent *Codex Bodl.* et Ficini *verſio.*

l. 14. ἐκεῖνον] ἐκείνῳ *MS. Bodl.* minus bene.

P. 205, l. 1. μέλλει] μέλλοι *MS. Bodl.*

l. 2. ἐκτέον] ἰκτέον *Ald.* et *Baſ.* 1. mendoſe.

l. 4. Περὶ σιτία σὺ λέξεις] τί δὲ σ. *MS. Bodl.* Abeſt σὺ *MS. Reg.*

ibid. καὶ ἰατροὺς] καὶ ἰατρείας *MS. Bodl.*

l. 6. βελτίω λέγεις], καὶ βελτίω λ. *MS. Bodl.* minus bene.

ibid. Ἔγωγε.] ναί. *MS. Bodl.*

l. 7. δεῖν] δεῖ *MS. Bodl.* Sic et Ficinus vertit.

l. 10. Ποίων ἱματίων;] ποίων δὲ ἱματίων; *Baſ.* 2.

l. 12. τὸν φρονιμώτερον εἰς ταῦτα καὶ βέλτιστον] φρονιμώτατον *Baſ.* 2. Vertit Ficinus, quaſi βελτίω pro βέλτιστον legiſſet; ſed ferri poteſt recepta lectio, quia ſuperlativa ſtatim ante et poſt occurrunt; nec vero neceſſarium eſt cum *Baſ.* 2 φρονιμώτατον pro φρονιμώτερον reſcribere.

P. 206, l. 2. δὴ] δὲ *MS. Bodl.* male.

l. 3. αὑτοῦ] αὐτοῦ *Ald. Baſſ.* et *MS. Bodl.* minus emendate.

l. 4. ταυτὰ] ταῦτα *MS. Bodl.* male.

l. 6. ἀτεχνῶς γε ἀεὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας &c.] Ὄνους κανθηλίους λέγει, ait de philoſopho noſtro Alcibiades, καὶ χαλκέας τινὰς, καὶ σκυτοτόμους, καὶ βυρσοδέψας, καὶ ἀεὶ διὰ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ φαίνεται λέγειν· ὥστε ἄπειρος καὶ ἀνόητος ἄνθρωπος πᾶς ἂν τῶν λόγων καταγελάσειε, διοιγομένους δὲ ἰδὼν ἄν τις, καὶ ἐντὸς αὐτῶν γιγνόμενος, πρῶτον μὲν νοῦν ἔχοντας ἔνδον μόνους εὑρήσει τῶν λόγων, ἔπειτα θειοτάτους, καὶ πλεῖστα ἀγάλματα ἀρετῆς ἐν αὐτοῖς ἔχοντας, καὶ ἐπὶ πλεῖστον τείνοντας, μᾶλλον δ' ἐπὶ πᾶν ὅσον προσήκει σκοπεῖν τῷ μέλλοντι καλῷ κἀγαθῷ ἔσεσθαι.

ἴσεσθαι. *Sympoſio* p. 221 E, ſub finem dial. Ibi reſpicitur ad ſimulachra quædam, quæ parte exteriore Silenorum et Satyrorum formas exprimebant, intus autem habebant Deorum imagines. Conſ. p. 215 A. " Adhibuerat Socrates (notat " Serranus ad marg. *Ed. Steph.*) exempla ad rem illuſtrandam " e rebus levibus, et quæ in communi vitæ uſu verſantur: " ſed docendi rationem παραδειγματώδη inepte irridet Sophiſta, " quum aptiſſima ſit ad res graviores commonſtrandas." Hac igitur differendi ratione plurimum uſus eſt in ſermonibus Socrates. Ita divinæ ſapientiæ auctor Chriſtus in ſanctis literis ubique fere ſimilitudines, eaſque interdum humiles et e vita communi ſumptas, uſurpare ſolet. Adde quòd Socrati dicendi ratio ſimplex fuit atque inornata, quippe qui magis, ut ante dixi, συζητητὴς τῆς ἀληθείας, quam exquiſita et eleganti eruditione præditus, doctorve aliorum, haberi voluit.

l. 8. κρείττων τε καὶ] Abeſt τε *MS. Bodl.*

l. 15. καὶ μὴ ἀποκάμωσι διὰ μαλακίαν τῆς ψυχῆς] ἀποκάμωσι et deeſt τῆς in *MS. Bodl.*

P. 207, l. 3. σοῦ] σὲ *MS. Bodl.* male.

l. 4. ποτὲ] τοτὲ Sic *Baſ.* 2. τότε *MS. Bodl.* τοτε, et π eadem manu ſuperſcriptum in *Cod. Regio*, quæ duplex lectio, ſed melior ποτέ.

ibid. βελτίους] βέλτιςους *MS. Bodl.* et ὀργίζου pro ὠργίζου. mendoſe.

l. 9. ὅ,τι] ὅτι *Ald.* et *Baſileenſes.* male.

ibid. Ἀλλ' εἴρηκά γε] ἄλλοτ' εἴρηκά γε *Baſ.* 2.

l. 10. φρονίμους] *Al.* φρονιμωτέρους. Sequi autem deberet et ἀνδρειοτέρους. STEPH. φρονιμωτέρους *Ald. Baſ.* 1 et *MS. Bodl.* Sed φρονίμους, quæ melior lectio, exhibent *Baſ.* 2 et Ficiniana *verſio.*

l. 11. τούτοις γὰρ προσήκει τῶν πόλεων ἄρχειν·] τούτους *Ald. Baſileenſes* et *MS. Reg.* Ficinus vertit, *Hos enim decet* &c. Stephanus repoſuit τούτοις, quod confirmat *MS. Bodl.*

l. 13. Τί δὲ αὑτῶν, ὦ ἑταῖρε; ἢ τί ἄρχοντας, ἢ ἀρχομένους;] Ficinus (ſic et Cornarius et Serranus) αὑτῶν jungit cum ſequentibus. Potius tamen cum his, τί δὲ αὑτῶν, videtur ſubaudiendum ex præcedentibus πλέον ἔχειν προσήκει. STEPH. Poſt αὑτῶν ſubaudiri

ſubaudiri mavult ἄρχοντας Waldgravius in *Adnott. MSS.* Cum Stephano autem magis facio, et Ficini *verſionem* ſecutus αὐτῶν pro αὑτῶν lego. *Edd. Vett.* ante Stephanum impreſſæ habent τί ἢ τὶ ἄρχοντας, ἢ ἀρχομένους; *MS. Bodl.* τί ἦ. ἢ τί ἀρχ. Ficinus vertit, *ſibi ne ipſis ulla ratione dominari ſive parcere decet?* Sed recte, opinor, Stephanus locum ſic emendavit, ἢ τί ἄρχοντας, &c. Et fruſtra margo *Cod. Regii* (cujus lectio eſt, ὦ ἑταῖρε τί, ἢ τί ἀρχ.) defendens illa τί ἢ τί hæc notat: (nimis autem reſecta margo erat, ut nullum ſupereſſet viro docto dubium, qui codicem mihi contulit, in verbis deſcribendis) ὁ Καλλικλῆς συνιεὶς τούτων οὐδὲν ὑπολαβει καὶ διαιρεῖ τινὰ περὶ τὴν ἐρώτησιν τοῦ Σωκράτους, (καὶ) ἀξιοῖ σαφῶς αὐτῷ εἰπεῖν τί τοῦτ' ἔστιν ἑκάτερον ὧν ἀντιδιαιρεῖν βούλεται. διόπερ φησὶ τί, ἢ τί. Illa igitur, τί ἢ τί, Callicli non Socrati attribuit margo. Ita quoque *MS. Bodl.* uſque dum veneris ad Ἕνα ἕκαστον.

l. 15. τοῦτο] τοῦτον *MS. Bodl.* male.

P. 208, l. 2. Οὐδὲν ποικίλον· ἀλλ' ὥσπερ οἱ πολλοὶ,] Ποικίλον. ἁπλοῦν, ΠΥΚΝΟΝ, ΣΥΝΕΤΟΝ. Heſych. ἀλλὰ ὥσπερ *MS. Bodl.*

l. 5. Πῶς γὰρ οὔ; οὐδεὶς ὅστις &c.] πῶς γὰρ οὔ; cum antecedentibus conjungunt *Edd.* ante Steph. et Cornarius. Aliter *Ed. Steph.* illud tamen fieri neceſſe fuerit, ſi vera ſcriptura. Sed ſcribendum mihi videtur, refragantibus licet *Libris editis* atque *MSS. Bodl.* et *Regio*, Πῶς γάρ; οὐδεὶς ὅστις &c. quum vocula οὐ ex ſequenti οὐδεὶς irrepſerit. Ficinus vertit, *Quid ais? nemo eſt quin* &c.—"Jam nunc Calliclem conatur Socrates ultra "*prudentiam fortitudinemque* ad *temperantiam* quoque perducere" (Coegerat fateri ſophiſtam βελτίω καὶ κρείττω eſſe eum, qui *prudentior fortiorque* ſit ad rempublicam ordinandam) "At Callicles, quemadmodum ſupra Thraſymachum imitatus circa "juſtitiam potentiamque erraverat, ita nunc ſecutus Ariſtippum circa *temperantiam* ſimiliter errat, eam appellans ſtupidam ingenii ſervilis ignaviam, atque in ſovendis explendiſque ſenſuum libidinibus virtutem aſſerens felicitatemque "conſiſtere" Ficini *Argument. in Gorg.*

l. 6. Πάνυ γε σφόδρα, ὦ Σώκρατες· ἐπεὶ] πάνυ γε τοῦτο ὦ Σώκρατες τοινῦν σφόδρα. ἐπεὶ Sic *Baſ.* 2. Stephanus in marg. ut lectionem

tionem variantem affert, Πάνυ γε τοῦτο, ὦ Σώκρατες, σφόδρα. ἑ.

l. 12. δι' ἀνδρείαν καὶ φρόνησιν] δι' ἀνδρείαν φρόνησιν *Ald.* et *Baſileenſes.* Habent καὶ *MS. Bodl.* et Ficini *verſio*; ſcribitur et ἀνδρείαν in *MS. Bodl.* quæ verba repoſuit Stephanus.

l. 13. τοῦτ'] ταῦτ' *MS. Bodl.* male.

l. 14. ψέγουσι τοὺς] ψέγουσιν τοὺς *MS. Bodl.*

l. 15. αὐτῶν] αὑτῶν *Ald. Baſileenſes* et *MS. Bodl.* minus bene.

P. 209, l. 1. ἔμπροσθεν] πρόσθεν *MS. Bodl.*

l. 4. αὐτῶν] αὑτῶν *Ald. Baſileenſes* et *MS. Bodl.* minus bene.

l. 5. ἐπίγε οἷς ἐξ ἀρχῆς] ἐπὶ ὅσοις ἐξ ἀρχῆς Lectio a Stephano in marg. allata. In *Codice Regio* ἐπὶ θεοῖς ἐξ ἀρχ. ubi γ in θ corruptum fuit. In margine ejuſdem libri ἐπὶ τοῖς θεοῖς ἐξ ἀρχ.

l. 6. ἐκπερίεσθαι] περίεσθαι *Baſ.* 2.

l. 7. κάκιον] κάκιστον *Ald.* et *Baſ.* 1. mendoſe.

l. 9. μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος] καὶ δικαιοσύνης καὶ μηδενὸς ἐ. ὄ. *Baſ.* 2. Forte olim in margine alicujus libri poſita erant verba καὶ δικαιοσύνης καὶ, ut ante σωφροσύνης in linea ſuperiori legerentur. ἐκ ποδὼν *Ald.* et *Baſ.* 1. mendoſe pro ἐμποδών.

l. 10. ἐπαγάγοιντο] ἐπάγοιντο *MS. Bodl.* minus Attice.

ibid. νόμον τε καὶ] Deeſt τὲ in *MS. Bodl.*

l. 15. ἔχει] ἔχειν *MS. Bodl.* male.

P. 210, l. 1. ἀρετή τε καὶ εὐδαιμονία] εὐδαιμονία καὶ ἀρετὴ *MS. Bodl.*

l. 7. ἵνα τῷ ὄντι καταδήλον γένηται] ἵνα τῶ ὄντι καταδήλα γ. Sic *MS. Bodl.* ſed ον ſupra literam finalem α manus eadem ſcripſit.

l. 12. φημὶ] λέγω *Baſ.* 2.

l. 15. Οἱ λίθοι γὰρ ἂν — εἶεν.] Attribuit hæc Socrati vetus Ficini *verſio.* Sed recta eſt altera verborum partitio. Mox Callicles ait, τοῦτ' ἐστιν ὃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, τὸ ὥσπερ λίθον ζῆν. p. 214 l. 4. Male εἰσὶν pro εἶεν *MS. Reg.*

l. 15. Ἀλλὰ μὲν δὴ &c.] Citata ſunt philoſophi verba a Stobæo in *Sententiis* Serm. 120, uſque ad illa ταῦτ' ἐπιεικῶς p. 212 l. 8. Item ab Iamblicho in *Protrept. Orat.* c. 17, ſed mutatis mutandis, uſque ad verba ἀλλ' οὐ νεκρὸς p. 214 l. 10.

P. 211, l. 3. Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν &c.] Verſus iſti Euripidis

L l l a pluri-

a pluribus auctoribus citantur. Notat Margo *Cod. Regii* eos e *Phryxo* eſſe deſumptos. Cum ea facit Scholiaſta Ariſtoph. ad *Ranas*, v. 1114, ubi ipſi citantur verſus. Sed poſtea ad v. 1522 ad *Hippolytum* iidem referuntur, atque huic Scholio aſſenſus eſt Gatakerus *Adverſ. Miſcell. Poſthum.* c. 10, *Hippolytum obtectum* fabulam Euripidis deperditam intelligens. *Phryxi* verſus, qui a Stobæo laudantur, Serm. 119, non iiſdem verbis concipiuntur:

Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν τοῦθ' ὃ κέκληται θανεῖν,
Τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί;

Nec vero alteros verſus ad *Hippolytum*, ſed, uti monuerat Bentleius *Epiſt. ad Millium* p. 31, ad *Polyidum* pertinere, ex Euripidis ipſius Schol. ad *Hippolytum Coronat.* v. 192 notavit Barneſius, p. 490. In margine *Regii Cod. Gorgiæ* poſt κατθανεῖν δὲ ζῆν adduntur verba κάτω νομίζεται. Ita Sextus quoque Empiricus Euripidem citat in *Pyrrh. Hypot.* p. 157. Sed alii aliter verſum hunc ſupplent. Conſ. Gatakerum libro laudato, p. 523.

l. 5. καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τέθναμεν] καὶ ἡμεῖς δὲ τῷ ὄντι ἴσως τέθναμεν male Stobæus. Abeſt ἴσως *MS. Bodl.* et Jamblicho. "Argumentum adverſus humanæ illius intemperantiæ furorem: Horribilem confuſionem ita importari in vitam humanam, quæ certe cum morte confunderetur, id eſt, omnia miſere permiſcerentur" Serrani nota ad marg. *Ed. Steph.* affixa.

ibid. ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν] ἤδη γάρ του &c. *Baſ.* 2 et Stobæus. Affertur a Stephano quoque hæc lectio. Abeſt ὅπερ a *Codice Reg.* nec legiſſe illud Ficinus videtur, qui vertit, *Audivi jam equidem a ſapiente quodam* &c. Deeſt καὶ ante ἤκουσα in *MS. Bodl.* Apud Jamblichum verba non exſtant, propter vocem τέθναμεν repetitam. Bene ad hæc notavit margo *Cod. Reg.* ἐκ τῶν Πυθαγορείων.

l. 6. τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῶν σῆμα] ἡμῖν *MS. Bodl.* et Stobæus. Hoc vocis σῶμα etymon poſteris ſophiæ temporibus Platonici afferre ſolebant, ut ex Macrobio diſcendum, *In Somn. Scip.* 1, 11. Ejuſdem etymi meminit in *Cratylo* quoque Plato, p. 400 B. Addenda varia ſcriptorum antiquorum loca, quæ congeſſit cl. Gottleber.

Gottleber. *Animadv. in Phædon.* §. 9.

l. 7. *τὸ δὲ ψυχῆς τοῦτο ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσὶ,*] Deeſt *αἱ* in *Baſ.* 2 et *MS. Bodl.* Triplicem finxit animum Plato. Vide L. 4 *De Rep.* p. 439—441, et L. 9, p. 580 D, alibique. *Animi principatum* (Ciceronis verbis utor in *Tuſc. Diſp.* 1, 10) *id eſt, rationem,* (*λόγον*), *in capite ſicut in arce poſuit: ei duas partes parere voluit, iram* (*θυμὸν*) *et cupiditatem* (*ἐπιθυμίαν*), *quas locis diſcluſas, iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locavit.* Reſpicit hic Cicero Platonis *Timæum* ad p. 69 et 70, ubi, ut notavit Longinus *De Sublim.* §. 32, *τὴν μὲν τῶν ἐπιθυμιῶν οἴκησιν προσεῖπεν* (*ὁ Πλάτων*) *ὡς γυναικωνῖτιν, τὴν τοῦ θυμοῦ δὲ ὥσπερ ἀνδρωνῖτιν.* De hac animi partitione agit Alcinous *De Doctr. Plat.* c. 23 et 24. Vidend. etiam Laertius in *Vit. Plat.* L. 3, Segm. 67, aliique auctores. Sed Platoni aliquando placuit, uti oſtendit ex auctoribus Daviſius ad *Tuſc. Diſp.* 2, 20, animi in duas partes diſtributio; alteram rationalem, alteram irrationalem; rurſus autem *μέρος ἄλογον* in *θυμικὸν* et *ἐπιθυμητικὸν* diſtinguitur.

l. 8. *ἄνω καὶ κάτω*] *ἄνω κάτω* *MS. Bodl.* et Stobæi *MS. Coll. Nov.*

l. 9. *καὶ τοῦτο ἄρα τις μυθολογῶν κομψὸς ἀνὴρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικὸς*] Conjiciebam hoc loco *μυθολόγων* genitivum pro *μυθολογῶν* participio, ſed ſine idonea cauſa. De Empedocle Agrigentino, qui Pythagoreus erat, Platonis hæc dici notat Margo *Cod. Regii* ad vocem *Σικελικὸς*, ſic enim pro *Σικελὸς* legit is codex ſcriptus, uti etiam *Ed. Baſ.* 2, Jamblichus et Stobæus. Ficinus in *Argumento:* "Intemperantiæ ſummam "moleſtiam Socrates Pythagoreorum, præſertim Philolai et "Empedoclis ſententiis explicat. Duplici præcipue via, ſci-"licet per fabulam et exemplum" Vide deinceps. Socrati ævo æqualis, ſed annis major fuit Empedocles; cumque Pythagoreo Philolao verſatum eſſe Platonem in Italia, atque ex ipſius operibus multa mutuaſſe, ferunt. Quod ad vocem *κομψὸς*, notandum, frequenter illam a Noſtro adhiberi in *Cratylo,* ubi *περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος* agitur, dum *elegantem quendam emunctæque naris hominem in verborum etymis inveſtigandis* deſignat. Optime

time autem notavit ad Timæum, v. Κομψὸς λόγος, Rhunkenius, plerumque hoc verbum apud Platonem habere aliquid ironiæ Socraticæ, ut magis de *nimia et adſcititia venuſtate* capiendum ſit, quam de *vera et naturali.*

l. 11. διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πειστικὸν] πιστικὸν pro πειστικὸν *MS. Bodl.* et Stobæus. Ficinus quoque, ut videtur, qui vertit, *credulitatemque lubricam.* In codice ſcripto, ex quo Jamblichum exhibuit Arcerius, non erant verba τε καὶ πειστικόν.

ibid. τοὺς δὲ ἀνοήτους, ἀμυήτους] " ἀμυήτους, *rimoſos, im imo de-* "*hiſcentes.* ab a privitiva et μύω *claudo*" Waldgravius in *Adnott. MSS.* Duplicem eſſe vocis iſtius ſenſum verba ſequentia docent, nec deſignari tantum eos, qui *ſacris non initiati ſunt.* Simile verbi μύεω affert etymon Stephanus in *Theſ. Ling. Gr.* T 2 p. 1654 A. ex Euſtathio ad *Il.* ω. p. 1492 *Ed. Baſ.* ubi factum dicitur ex μύω, quoniam τοῖς μύσταις ἀνάγκη ΜΥΕΙΝ τὸ στόμα, καὶ μὴ ἐκφαίνειν ἃ μεμύηνται.

l. 12. τῶν δ' ἀμυήτων] τῶν δ' ἀνοήτων *Baſ.* 2 et *MS. Bodl.* Attulit quoque Stephanus lectionem iſtam in ed. ſuæ margine. Sic et Iamblichus et Stobæus τῶν δὲ ἀνοήτων legunt. Lectionem tamen receptam malo. Non liquet, utram invenerit Ficinus, qui vertit, *horum autem* &c.

l. 13. οὗ ἐπιθυμίαι εἰσὶ] οὗ αἱ ἐπιθυμίαι ε. *MS. Bodl.* Jamblichus et Stobæus.

l. 14. ἀπληστίαν] ἀποπληστίαν *Ald. Baſ.* 1 et Jamblichus editus. Sed in codice MS, quo uſus eſt Arcerius, vox erat ἀπληστίαν.

P. 212, l. 1. τοὐναντίον δὴ οὗτος] δὲ Stobæi *MS. Coll. Nov.* οὕτως *MS. Bodl.* male.

l. 2. ἐν ᾅδου (τὸ ἀειδὲς δὴ λέγων)] Τὸ ἀειδὲς ad τὸ ὁρατὸν hic opponitur, nec *tenebroſum quid,* ſed *inviſibile* ſignificat, quod contra interpretes adnotat Waldgravius. Recte; ipſe enim Plato in *Phædone,* §. 29 et 30, τὸ ἀειδὲς et ᾅδου ad τὸ ὁρατὸν opponit. Aliter vero Etymologus, etſi ἀειδὲς vocis ᾅδης etymon eſſe ſtatuit: "Αδης, χωρίον ἀφεγγὲς, σκότους αἰωνίου καὶ ζόφου πεπληρωμένον. παρὰ τὸ εἴδω τὸ βλέπω, εἴδης· καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α, ἀείδης, ἐν ᾧ οὐδὲν βλέπομεν. ᾅδης γάρ ἐστιν ἡ σκοτεινὴ οἰκία. Καὶ κράσει

τοῦ

τοῦ ἄλφα καὶ ι, εἰς ἄλφα μακρὸν, ᾅδης· καὶ μέρει τὸ ι προσγεγραμμένον. p. 17. Heſychius quoque: Ἐν ᾄδῃ. ἐν τῷ σκότῳ. Et hanc fuiſſe vulgi notionem de ᾅδου loco ex Noſtri *Cratylo* colligendum, ubi in vocis etymo ludit Socrates, p. 403 et 404. Duplex quidem apud veteres fingebatur ᾅδης, alter quidem φωτεινὸς, qui piorum erat poſt mortem locus, alter vero σκοτεινὸς et ζοφερὸς, impiorum ſedes. Vide cl. Gottleber. in *Animadv. ad Phædon.* §. 2, auctoreſque ab eodem allatos.

ibid. οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν, οἱ ἀμύητοι] ὅτι ἀθλιώτατοι εἰσὶ, οἱ ἀμ. *Baſ.* 2. εἰσὶν pro ἂν εἶεν legit quoque Jamblichus. Deeſt ἂν apud Stobæum. Οἱ ἀμύητοι, ſive, *ii qui non initiati ſunt*, mythologo ſunt *intemperantes* atque *incontinentes*, nam in voce ἀμύητοι, ut ſupra dictum eſt, ἐτυμολογεῖται. De felici autem eorum qui myſteriis initiati erant, miſeraque τῶν ἀμυήτων apud inferos conditione nonnulli egerunt, quos memorat cl. Forſter. ad *Phædon.* §. 13, p. 371. Vide etiam cl. Gottleber. ad eund. loc.

l. 3. φοροῖεν εἰς τὸ τετρημένον πίθον ὕδωρ &c.] οἶνον Stobæi *MS. Coll. Nov.* ſed ὕδωρ recte ſuperſcribitur. Reſpicitur enim fabula Danaidum, quas ferunt apud inferos hoc ſupplicii genus pendere, quòd indeſinenter aquam in dolium pertuſum vaſis item pertuſis infundant. Πάσχουσι δὲ περὶ τοῦτον τὸν πίθον αἱ τῶν ἀμυήτων ψυχαὶ, ſcribunt Zenobius et Suidas ad *Proverb.* ἄπληστος πίθος. Eandem pœnam in impios atque injuſtos a poetis conſtitui, refert Plato in L. 2 *De Rep.* p. 363 D; vide et *Proverb. Vatic. Append.* Cent. 1, 97.

l. 5. τὸ δὲ κόσκινον ἄρα λέγει (ὡς ἔφη ὁ πρὸς ἐμὲ λέγων) &c.] τὸ δὲ κόσκινον ἄρα ἔφη ὁ πρὸς ἐμὲ λέγων &c. *MS. Bodl.*

l. 7. ταῦτ᾽ ἐπιεικῶς μέν ἐστιν ὑπό τι ἄτοπα] ταῦτα Jamblichus. ταῦτ᾽ ἐπιεικῶς ἐστιν ἄτοπα ὑπό τι *MS. Bodl.* "Hæc verba" (notat Stephanus) "ὑπό τι ἄτοπα ſuſpecta ſint: nec ὑπάτοπα pro illis "ſatis convenire videtur, quum præcedat ἐπιεικῶς" Vide, annon verti poſſit, *Hæc, ut candide loquar, ſubabſurda ſunt.*

l. 8. δηλοῖ μὴν ὃ ἐγὼ βούλομαί σοι ἐνδείξασθαι] δὲ pro μὴν *MS. Bodl.* ἐνδειξάμενος *MSS. Bodl.* et *Reg.* Participium pro infinitivo eleganter. Non vertit duo poſtrema verba Ficinus.

l. 12.

l. 12. καὶ μετατίθεσαι] καὶ μεταθέσθαι *Baſ.* 2. καὶ μετατίθεσθαι *MS. Bodl.* Malo lectionem receptam. συγκατατίθεσθαι, idque evidenter malum, idem codex MS. pro συγκατατίθεσαι ad p.233 l.7.

P. 213, l. 2. Φέρε δὴ ἄλλην σοι εἰκόνα λέγω] φέρε δὴ οὖν καὶ ἄλλην εἰκόνα εἴπω. Sic Jamblichus, ſed ex induſtria omiſit σοι. *ſimilitudinem aliquam*, Ficinus vertit, quaſi legiſſet τινὰ pro ἄλλην.

l. 3. λέγεις] δοκεῖ habet Jamblichus.

l. 6. καὶ ἄλλοι πολλοὶ πολλῶν.] καὶ ἄλλοι ἄλλων, πολλῶν. Sic *MS. Bodl.* Ficinus habet: *aliaque ſimiliter aliorum.* quaſi legiſſet καὶ ἄλλοι ἄλλων.

l. 9. μήτ' ἐποχετεύοι μήτε τι φροντίζοι] μὴ ποτε ἐποχετεύοι μηδέ τι φροντίζοι Jamblichus. μή τι pro μήτε mendoſe *MS. Bodl.*

l. 10. τῷ δ' ἑτέρῳ] τῷ τὸ ἑτ. *Ald.* et *Baſ.* 1. mendoſe.

l. 11. πορίζεσθαι.] πορίζεσθαι εἴη. Jamblichus.

l. 12. καὶ ἀναγκάζοιντο] ἀναγκάζοιτο δὲ Jamblichus.

l. 13. νύκτα καὶ ἡμέραν] καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν *MS. Bodl.* et Jambl.

l. 14. ἆρα τοιούτου ἑκατέρου ὄντος τοῦ βίου] ἆρα τοιούτου ὄ. τ. β. Jamblichus male.

P. 214, l. 4. ἐγὼ] Abeſt *MS. Bodl.*

l. 5. πληρώσηται] πληρώσῃ *Baſ.* 2 et *MS. Reg.* Affertur hæc lectio a Stephano quoque in marg.

l. 7. ἀνάγκη — πολὺ καὶ τὸ ἀπιὸν εἶναι] πολλὴ ἀνάγκη καὶ τὸ ἄβιον εἶναι Jamblichi *Cod. MS.* quo uſus eſt Arcerius. Corrupte.

l. 9. Χαραδριοῦ τινα αὖ σὺ βίον λέγεις] Eraſmus in *Chiliad.* p. 658 *Ed. Francofurt.* "Marſilius (Ficinus) vertit *avem*: "quum Socrates videatur ſentire de *voragine*, in quam quum "perpetuo decurrat aqua, nunquam tamen expletur. Niſi "forte Charadrius avis eſt de numero voracium, quemadmo-"dum et Larus, ut hinc nomen invenerit a Charadra duc-"tum" Ficinus vertit, *Charadrii avis, id eſt, voraginis cujuſdam tu rurſus vitam dicis.* De *voragine* vocem adhiberi putabant Cornarius et Serranus. Olympiodorus *Commentario MSto* in hunc dialogum, indice Rhunkenio ad Timæum v. Χαραδριός, hæc notavit: Ἢ ζῷον λέγει, ὃ ἐσθίει καὶ εὐθέως ἐκκρίνει, ἢ αὐτὰ τὰ κοῖλα τῶν πετρῶν, ἃ δέχεται τὸ ὕδωρ καὶ ἀποβάλλει. Timæi gloſſa eſt:

eſt: Χαραδριός. ὃς ἐπεὶ δ' ἄν τι φύγῃ, ταχέως ἀνακλίνει ὑπὸ θερμότητος. ἔνιοι δὲ τοῦτο καλοῦσιν αἴθυιαν. Ad marg. *Gorgiæ Cod. MS. Bodl.* hæc ead. manu notantur: ὄρνις τις ἐστιν. ὃς ἅμα τῷ ἐσθίειν ἐκκρίνει. (ἐκκαίνει male *MS.*) εἰς ὃν ἀπὸ ἐψαντες, ὡς λόγος, οἱ ἰκτεριῶντες ῥᾷον ἀπαλλάττονται. Hæc et plura ad Olympiodori quoque marginem notata erant, ſed eadem fere legas, uti monet Rhunken. apud Suidam v. Χαραδριός. Alia quædam Schol. Ariſtoph. ad *Aves* v. 267. Waldgravius in *Adnott. MSS.* ſicut viri docti, quos nominavi, Eraſmus, Cornarius, et Serranus, de *chaſmate* ſive *voragine* vocem adhiberi ſentit, eamque diminutivum eſſe in ιον ſtatuit. Ubi vero χαραδριόν, vel χαράδριον, pro χαράδρα *voragine* ſive *torrente* adhibeatur, neſcio. Χαραδριὸς *avis*, ſive, quæ tamen rarior ſcriptura eſt, χαράδριος, apud auctores ſæpe memoratur. Ita apud Ariſtophanem in *Avibus* v. 267 et 1141, Hipponactem Iambicum apud Suidam v. Χαραδριὸς, Ariſtotelem *Hiſt. Animal.* 9, 11, Ælian. *De Nat. Animal.* 6, 46, et 17, 13, Plutarch. *Sympoſ.* 5, 7, p. 581 C, nec ſemel tantum in Pentateucho juxta 70. In Metricis Proverbiis τὸ ζῆν χαραδριοῦ βίον recenſetur, v. 1066, *Ed. Schotti*, ſed forte ex hoc Platonis loco deſumptum. Ariſtoph. in *Pluto*:

Ἐκεῖνο δ' οὐ βούλοι' ἄν, ἡσυχίαν ἔχων
Ζῆν ἀργός; ΣΥΚΟΦΑΝΤ. Ἀλλὰ προβατίου βίον λέγεις. v. 922:

l. 13. ἀπάσας] Abeſt *MS. Bodl.*

l. 14. πληροῦν] πληροῦνται Libri omnes ante Steph. editi et *Codd. MSS. Reg.* et *Bodl.* Sed bene correxit Stephanus. Ficinus vertit, *explereque eas poſſe.*

P. 215, l. 2. πρῶτον μὲν] πρῶτον τὸν μὲν *MS. Bodl.* mendoſe.

l. 3. κνῆσθαι] κνᾶσθαι *MS. Bodl.*

l. 8. ἀνδρεῖος] ἀντὶ τοῦ ἀναιδὴς κατ' εὐφημίαν. Margo *Cod. Regii.*

l. 11. Πότερον εἰ τὴν κεφαλὴν μόνον κνησιοῖ, ἢ ἔτι τι, σε ἐρωτῶ.] Vel cum interrogatione poſt κνησιοῖ, et poſt ἐρωτῶ. et ſcribendo τί, hoc ſenſu, *An te rogem qua præterea parte?* At Ficinus alteram lectionem ſequitur. Steph. Nihil mutandum. Interrogant quidem Ficinus, *Baſileenſes*, et *MS. Reg.* poſt κνησιοῖ, ſed nulli libri poſt ἐρωτῶ. κνησιᾷ *MS. Bodl.*

l. 14.

l. 14. οὐ δεινὸς] ὁ δεινὸς *MS. Bodl.* male. Recte ἐρωτηματικῶς poſuit hæc Stephanus.

P. 216, l. 3. ὃς ἂν φῇ ἀναίδην οὕτω] ἀνέδην *Ald. Baſileenſes* et *MS. Reg. adeo impudenter:* Vet. Interp. Ficinus. Unde forſan ἀναίδην Stephanus, quod exhibet *MS. Bodl.* Hoc codice abeſt ἄν.

" eſt proportionis æqualitas. Quod ſi merita æqualitatis *ra-* " *tionem* haberent, etiam præmia non ſolum *ratione*, ſed *mag-* " *nitudine* deberent eſſe æqualia. *Arithmetica proportio* eſt, " quando ita comparantur quatuor numeri vel magnitudines, " ut idem exceſſus vel defectus ſit binorum priorum unius ad " alterum qui unius binorum poſteriorum ad alterum eſt, hoc " eſt, ut ſit utrobique exceſſûs vel defectûs æqualitas. Ut in " 5, 7, 9, 11. Quæ ſpectat ad *Juſtitiam Correctivam.*" Hæc ſumpſit vir præſtantiſſimus ex Andronici Rhodii *Paraphr. in Ariſtot. Eth. Nicom.* L. 5, c. 4 et 5. Similia etiam Ficinus in *Argumento.* Audi autem ipſum Platonem in L. 6 *De Legg.* Ἡ μὲν αἵρεσις (de magiſtratuum conſtitutione loquitur) οὕτω γιγνομένη μέσον ἂν ἔχοι μοναρχικῆς καὶ δημοκρατικῆς πολιτείας, ἧς ἀεὶ δεῖ μεσεύειν τὴν πολιτείαν. δοῦλοι γὰρ ἂν καὶ δεσπόται οὐκ ἄν ποτε γένοιντο φίλοι, οὐδὲ ἐν ἴσαις τιμαῖς διαγορευόμενοι, φαῦλοι καὶ σπουδαῖοι. τοῖς γὰρ ἀνίσοις τὰ ἴσα ἄνισα γίγνοιτ᾽ ἄν, εἰ μὴ τυγχάνοι τοῦ μέτρου. διὰ γὰρ ἀμφότερα ταῦτα στάσεων αἱ πολιτεῖαι πληροῦνται. παλαιὸς γὰρ λόγος ἀληθὴς ὤν, ὡς ἰσότης φιλότητα ἀπεργάζεται, μάλα μὲν ὀρθῶς εἴρηται καὶ ἐμμελῶς· ἥτις δ᾽ ἐστί ποτε ἰσότης ἡ τοῦτο αὐτὸ δυναμένη, διὰ τὸ μὴ σφόδρα σαφὴς εἶναι, σφόδρα ἡμᾶς διαταράττει. δυοῖν γὰρ ἰσοτήτοιν οὔσαιν, ὁμωνύμοιν μέν, ἔργῳ δὲ εἰς πολλὰ σχεδὸν ἐναντίαιν, τὴν μὲν ἑτέραν εἰς τὰς τιμὰς πᾶσα πόλις ἱκανὴ παραγαγεῖν, καὶ πᾶς νομοθέτης, τὴν μέτρῳ ἴσην καὶ σταθμῷ καὶ ἀριθμῷ, κλήρῳ ἀπευθύνων εἰς τὰς διανομὰς αὐτήν· τὴν δὲ ἀληθεστάτην καὶ ἀρίστην ἰσότητα οὐκέτι ῥᾴδιον παντὶ ἰδεῖν. Διὸς γὰρ δὴ κρίσις ἐστί· καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀεὶ σμικρὰ μὲν ἐπαρκεῖ· πᾶν δὲ ὅσον ἂν ἐπαρκέσῃ πόλεσιν ἢ καὶ ἰδιώταις, πάντ᾽ ἀγαθὰ ἀπεργάζεται. τῷ μὲν γὰρ μείζονι πλείω, τῷ δὲ ἐλάττονι σμικρότερα νέμει, μέτρια διδοῦσα πρὸς τὴν αὐτῶν φύσιν ἑκατέρῳ. p. 756 E. Alia ſequuntur præclare dicta, ſed longiora ſunt, quàm ut hic deſcribantur.

l. 13. σκεπτέον τίνα τὰ συμβαίνοντα] τί pro τίνα *MSS. Reg.* et *Bodl.* Bene. Sic *Ald. Baſſ.* et *MS. Bodl.* ad l. 8 pag. ſequentis.

P. 251, l. 3. ἐπὶ τοῦτο] ἐπὶ τούτῳ *MS. Bodl.*

ibid. καὶ ἃ Πῶλον αἰσχύνῃ ᾤου συγχωρεῖν] Reſpice ad Sect. 25, p. 185. συγχωρεῖ *MS. Bodl.* mendoſe.

l. 4. τὸ εἶναι τὸ ἀδικεῖν] Deerant verba τὸ εἶναι in *Cod. Reg.* ubi

ubi recentiori manu addita fuerunt. Abeſt τὸ ante ἀδικεῖν *Ald.* et *Baſ.* 1.

l. 6. δίκαιον ἄρα δεῖν εἶναι] εἶναι δεῖ *MS. Bodl.* δεῖ *Ald.* quoque et *Baſileenſes.* Reponebat δεῖν Stephanus, forte ex Ficini *verſione,* quæ ita legit. Recte, opinor. Sed δίκαιον ἐδεῖ εἶναι *MS. Reg.* Et Quinctilianus verba Platonis hoc modo citat. *Tum Callicles adhuc concitatior, qui tamen ad hanc perducitur clauſulam,* τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων. *Inſt. Orat.* 2, 15, p. 105 *Ed. Gibſon.*

l. 7. ὁ αὖ Γοργίαν ἔφη Πῶλος &c.] Reſpice ad Sect. 11 et 13. αὖ *Ed. Steph.* ex qua in meam idem irrepſit mendum.

ibid. τίνα ποτ' ἐστὶν ἃ] τί pro τίνα *Ald. Baſileenſes* et *MS. Bodl.* Vide ſupra l. 13 pag. antecedentis.

l. 11. οὐδ' ἐκστῶσιν] οὐδὲ ἐκ. *MS. Bodl.*

l. 12. εἰμὶ δὲ ἐπὶ τῷ βουλομένῳ τοῦ ἐθέλοντος] δ' ἐπὶ *MS. Bodl.* Loquendi formula inſolentior. Participium interim pro ſubſtantivo adhibetur, hoc eſt, pro τῷ βουλήματι.

ibid. ὥσπερ οἱ ἄτιμοι] Triplex erat ἀτιμία apud Atticos. Deſignatur hoc loco ſeveriſſima ſpecies, quæ reum ipſum ejuſque poſteros omnibus civium juribus, tam ſacris quam civilibus, in perpetuum privabat. Noviſſimâ iſtâ ſolos in homines, qui maximis flagitiis implicabantur, animadverti ſolitum eſt. Conſ. Potteri *Archæol. Græc.* L. 1, c. 25.

l. 13. τὸ νεανικὸν δὴ τοῦτο τοῦ σοῦ λόγου] *Alii* τὸ νεανικὸν δὴ τοῦτο τὸ τοῦ σοῦ λόγου. perinde eſt autem ac ſi dixiſſet, ὡς σὺ νεανιευόμενος ἔλεγες: ſupra videlicet, p. 195, l. 3. Steph. Videſis quæ ad eundem locum de τῷ ἐπὶ κόρρης τύπτειν adnotavi. Adhibetur autem vox νεανικὸν, quia Socratem accuſaverat Callicles, quòd ἐνεανιεύσατο in ſermonibus. p. 185 l. 5.

P. 252, l. 2. ἔσχατον] αἴσχατον *MS. Bodl.* mendoſe.

l. 6. αἴσχιστον τ' εἶναι] Rectius abeſſe τε *Codicibus Bodl.* et *Reg.* opinor. Neque legiſſe illud Ficinus videtur. Conjiciebat autem Stephanus αἴσχιστόν τι εἶναι. αἴσχιστόν ἐστι *MS. Reg.* male.

l. 7. βαλλάντιον] βαλάντιον *MS. Bodl.* Utroque modo ſcribi hanc vocem notat Pierſonus ad Mœrim p. 96.

l. 9. ἀνδραποδίζεσθαι] Schol. Ariſtoph. in *Plut.* v. 521. Ἀνδραποδιςὴς ἐ μόνον τὲς ἐλευθέρες δι' ἀπάτης ἀπάγων εἰς δελείαν, ἀλλὰ καὶ ὁ τὲς δέλες ἀπὸ τῶ δεσποτῶν ἀποσπῶν εἰς ἑαυτὸν, ἐπὶ τῷ ἀπαγαγεῖν ἀλλαχῦ καὶ διαπωλῆσαι. Vidend. etiam Suidas in Ἀνδραποδίζω, et Ἀνδραποδοκάπηλος. Morte plagiarii puniebantur, ut ex Lycurgo apud Harpocrat. conſtat, v. Ἀνδραποδιςής. Eoſque inter alios nefarios homines, qui legi obnoxii ſunt, recenſuit Divus Paulus *Epiſt.* 1*ma ad Timoth.* cap. 1, comm. 10.

l. 11. καὶ κάκιον καὶ αἴσχιον] Ordo mutatur in *Codice Bodl.*

l. 12. ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις] πρόσθεν pro ἔμπροσθεν *MS. Bodl.*

l. 14. ὡς γῦν ἂν δόξειεν ὑτωσί. ὁ.] ὑτωσὶν. ὁ. *MS. Bodl.* Vertas, *prout utique hoc modo videretur.* Εἶεν, ἦν δ' ἐγὼ, τὰ μὲν τρία ἡμῖν ἐν τῇ πόλει κατῶπται, ὥςγε οὑτωσὶ δόξαι. L. 4 *De Rep.* p. 432 B.

P. 253, l. 1. ἄλλως] ἄλλος *Ald.* et *Baſ.* 1. mendoſe.

l. 3. ὐκ οἶδα ὅπως ἔχει] Vide not. ad p. 245, l. 3.

ibid. ἐντετύχηκα] τετύχηκα *MS. Bodl.*

l. 9. τὸ ἀδικῦντα μὴ διδόναι δίκην] τὸν ἀδ. *Baſ.* 2 et *MS. Bodl.*

l. 11. ἆρα] ἄρα *Ald.* et *Baſileenſes.* male.

l. 12. ἀλλὰ πολλὴ ἀνάγκη ταύτην εἶναι τὴν αἰσχίςην βοήθειαν] πολὺ pro πολλὴ mendoſe *MS. Bodl.* atque ibidem ἔχειν pro εἶναι legitur. Singularis hujus loci conſtructio eſt, ubi ſcribitur ἀνάγκη ταύτην εἶναι τὴν αἰσχίςην βοήθειαν μὴ δύνασθαι βοηθεῖν μήτε ἑαυτῷ, &c. pro, ἀνάγκη αἴσχιςον εἶναι μὴ δύνασθαι ταύτην τὴν βοήθειαν βοηθεῖν μήτε ἑαυτῷ, &c. quemadmodum ego poſt Ficinum verti. Anglice dicimus, *This is the moſt ſhameful thing to be without,* (*Iſthæc res turpiſſima eſt omnium, quibus carere poſſumus*), pro, *It is moſt ſhameful to be without this thing.* (*Turpiſſimum eſt, hac re carere.*)

l. 14. αὐτῦ] ἑαυτῦ *MS. Bodl.*

l. 15. τὴν τῦ τρίτυ] Deeſt τὴν *MS. Bodl.* propter ſyllab. antec.

P. 254, l. 2. τῦ μή] ἑτοίμη *MS. Reg.* vitioſe. recenter τῦ μή.

l. 3. ἆρα ἄλλως ἢ ὕτως ἔχει;] ἄρα ὕτως ἢ ἄλλως ἔχει; *MS. Bodl.*

l. 4. γε] τε *MS. Bodl.* minus bene.

l. 7. αὐτῷ] αὑτῷ *Ald.* et *Baſileenſes.* male.

l. 8. καὶ τὴν ἀπὸ τῦ μὴ ἀδικεῖσθαι] Male abſunt voces τὴν ἀπὸ *MS. Bodl.*

l. 14. τοῦτ' ἐστὶν] τοῦτο ἐστιν *MS. Bodl.*

P. 255, l. 1. ἐπὶ τοῦτο] τούτου *MS. Bodl.* ſed το ead. manu ſuperſcribitur. Tum deficit poſt vocem αὐτὰ Codex Bodleianus, nec redit multo ante, quam finiatur dialogus, nempe ad p. 292, l. 14. Deperdita ſunt octo folia.

ibid. καὶ ἀσκήσῃ] καὶ μὴ ἀσκήσῃ *Baſ.* 2.

l. 4. ὁμολογεῖν ἐγώ τε] ὁμολογεῖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐγώ τε *Baſ.* 2 et Steph. *Marg.* In Marg. quoque *Codicis MS. Regii* recenter ſcribitur hæc lectio. Ficinus videtur legiſſe τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις, qui vertit, *ſuperioribus coacti rationibus.*

l. 5. ἡνίκα ὡμολογήσαμεν μηδένα βουλόμενον ἀδικεῖν] Ad Sect. 23 confitebatur Polus, neminem hominum malle injuriam facere, quam pati, quia majus ſit malum. Cum præterea initio diſputationis ſtatutum ſit, omnes omnia boni cauſâ agere, malum autem injuſtitia apparuerit, neceſſario eſt conſequens, ut nemo ſponte injuſtitiam colat, ſed omnes, qui injuſte agunt, inviti id faciant; quod ſibi collegit pluribus in dialogis Plato.

l. 9. ὅπως μὴ ἀδικήσωμεν] Scribendum puto ἀδικηθῶμεν, quæ lectio cum proxime ſequentibus convenit. Retinet tamen alteram Ficinus. Steph. Quum vero pertinere verba, καὶ ἐπὶ τοῦτο ἄρα, ad antecedentia videntur, nequaquam ſollicitanda eſt lectio præſens.

l. 13. δεῖ] δεῖν *MS. Reg. oportere:* Ficinus.

l. 15. ἑταῖρον] ἕτερον *MS. Reg.* mendoſe.

P. 256, l. 1. ἂν] ἐάν *Baſ.* 2.

l. 2. δοκῶ] δοκεῖ *Baſileenſes.* mendoſe.

l. 3. φίλος —— ὅνπερ οἱ παλαιοί τε καὶ σοφοὶ λέγουσιν, ὁ ὅμοιος τῷ ὁμοίῳ] Appellatur iſtud in *Sympoſio* quoque παλαιὸς λόγος, p. 195 B. . Scribitque Plato in *Lyſide,* Οὐκοῦν καὶ (poetas ſtatim ante hâc ipſâ de re conteſtatus erat) τοῖς τῶν ΣΟΦΩΤΑΤΩΝ συγγράμμασιν ἐντετύχηκας, ταῦτα αὐτὰ ἃ λέγουσιν, ὅτι τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ἀνάγκη ἀεὶ φίλον εἶναι; εἰσὶ δέ που οὗτοι οἱ περὶ φύσεώς τε καὶ τοῦ ὅλου διαλεγόμενοι καὶ γράφοντες. p. 214 B. In *Protagora* quoque Hippiæ ſophiſtæ placet, τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ΦΥΣΕΙ συγγενὲς εἶναι. p. 337 D. Vide et L. 6 *De Legg.* p. 773 B. Denique ex Homeri

meri *Odyſſ.* ρ, v. 218, docet Plato, *Deum ipſum* amicitiæ auctorem eſſe adducendo τὸν ὅμοιον εἰς τὸν ὅμοιον. *Lyſide*, loc. jam citato. Δι' ὁμοιότητα fit, ut ἧλιξ, quod aiunt, τέρπει ἥλικα. Vide *Phædr.* p. 240 C. Aliaque multa proverbia cognata ſunt.

l. 10. οὐδ' ἂν ὅπως.] οὐδαμοῦ ὅπως *Baſ.* 2. Sed mihi placet altera lectio, ut ſubaudiatur, φίλος τοῦ τυράννου, vel τῷ τυράννῳ, γένοιτο. Nihil vertit ad verba, οὐδ' ἂν ὅπως, Ficinus.

P. 257, l. 2. Εἰ ἄρα τις ἐννοήσειεν] ἄρ' οὖν εἴ τις ἐνν. *Baſ.* 2 et *Steph. Marg.* Docet hîc Noſter in tyranni mores abeundum eſſe, apud quem gratioſus eſſe velis; et Plinius in *Panegyrico* ſimile quid habet. Flexibiles (inquit) quamcunque in partem ducimur a principe, atque, ut ita dicam, ſequaces ſumus. Huic enim cari, huic probati eſſe cupimus, *quod fruſtra ſperaverint diſſimiles.* c. 45.

l. 5. αὐτὸν] αὑτὸν *Ald.* et *Baſileenſes.* male.

l. 6. ὁτιμάλιστα] ὅτι μάλιστα diviſim *Edd.* ante Stephanum.

l. 8. ὡς ὁ ὑμέτερος λόγος] Id eſſe τὸ μέγα δύνασθαι, quod ſophiſtæ prædicabant, negaverat Socrates, nempe τὸ ποιεῖν ἐν τῇ πόλει ἃ δοκεῖ. Vide Sectiones 16 et 17. Ficinus vertit: *ut præſens ſermo ſignificat.* Forte legebat ἡμέτερος. quod tamen minus probandum eſſet.

l. 13. ἀδικοῦντα] ἀδικοῦντι *Baſ.* 2. minus bene.

P. 258, l. 3. ὅποι στρέφεις] ὅποι στρέφοις *Ald.* et *Baſileenſes.* Mutabat Stephanus in στρέφεις.

l. 4. οὐκ οἶσθα — βούληται] Laudat hæc verba Thom. Mag. v. Μιμοῦμαι, unde excidit particula μὴ ante vocem μιμούμενον.

l. 9. ἂν βούληται] ἂν βούλεται *Ald.* et *Baſileenſes.*

l. 11. ὡς ὁ λόγος σημαίνει] ὡς ὁ σὸς λόγος σ. *Baſ.* 2 et Ficini *Verſio.* Notatur etiam ad margg. *Cod. MS. Regii* et *Edit. Steph.* Sed melior lectio recepta.

P. 259, l. 1. συμβουλεύω] In *Cod. Reg.* ſuperſcribitur recenti manu κελεύω.

l. 2. ἢ καὶ ἡ τοῦ νεῖν] Abeſt articulus ἡ *Cod. Reg.* ſed recenter in marg. ſcribitur.

l. 10. ὡς ὑπερήφανόν τι διαπραττομένη] Ὑπερήφανον, ἀντὶ τοῦ καλὸν πάνυ.

πάνυ. Πλάτων Γοργίᾳ. Lexicon ineditum; cujus affert ſpecimen in Bibliothecæ Coiſlinianæ Catalogo Montfauconius, p. 484.

l. 11. ἐὰν μὲν ἐξ Αἰγίνης δεῦρο σώσῃ, οἶμαι δύ᾽ ὀβολοὺς ἐπράξατο] Nonnulla ex hac Sect. uſque ad l. 2 p. 261 citavit Ariſtides in *Orat. Platon. 2nda* p. 92 *Edit. Jebb.* Sex oboli, qui numuli Græcorum ænei vel argentei erant, drachmam Atticam valore æquabant, quæ pro 7 d. 3 q. monetæ noſtratium æſtimabatur. Itaque unus obolus 1 d. 1 q. $\frac{1}{6}$ valoris erit. Vide cl. Arbuthnoti Librum Anglice ſcriptum *De Veteribus Numis, Ponderibus* &c. c. 4, p. 25 &c. et Tabulam 21. Inſula eſt Ægina haud longe ab Athenis diſtans.

l. 12. ἐὰν δὲ ἐξ Αἰγύπτου, ἢ ἐκ τοῦ Πόντου] Meminiſſe videtur harum regionum Plato, quia olim has inter et Græciam inſigne fuerit commercium.

l. 13. ἐὰν πάμπολυ, ταύτης τῆς μεγάλης εὐεργεσίας] Non vertit hæc verba Ficinus, et in textu *Codicis Regii* punctis notantur, atque parentheſi clauduntur, dein recenti manu ſcribitur τύχῃ σώσασα. Ita Ficinus quoque habet, *ſalva reduxerit.* Sed omnino ſervanda eſt elliptica hæc locutio, nec ſolum apud Platonem tum editum tum manu exaratum vox πάμπολυ extat, verum etiam apud Ariſtidem Platonem citantem.

l. 14. καὶ παῖδας καὶ χρήματα καὶ γυναῖκας] Ante καὶ γυναῖκας (καὶ χρήματα voluit dicere Stephanus) Ficinus ponit καὶ χρήματα (καὶ γυναῖκας). STEPH. Ficinum ſecutus eſt Serranus.

l. 15. ἀποβιβάσασα εἰς τὸν λιμένα] Non vertit Ficinus. ἀποβιβάσας *MS. Reg.* ſed recenter recte ſcribitur = σασα.

P. 260, l. 1. δύο δραχμὰς ἐπράξατο] Drachma Attica cum auro tum argento cudebatur. Hæc, ut modo dictum eſt, ſimiliter ac denarius Romanus, ſecundum computationem uſitatiorem pro 7 d. 3 q. æſtimabatur.

l. 3. ἐν μετρίῳ σχήματι] ἐν μετρίῳ τῷ σχ. Ariſtidis *Edd. Florent.* et *P. Steph.* Sed τῷ non agnoſcunt *MSS. Barocc.* et *Coll. Nov.*

l. 4. οὕστινάς τε ἀφ.] ὅς τινάς τε ἀφ. *Ald.* et *Baſileenſes.* mendoſe. οὓς ἀφ. Ariſtidis *MSS. Barocc. Coiſl.* et *Coll. Nov.* et ſtatim poſt, ὃς pro ὅστινας *MS. Coiſl.*

l. 6.

l. 6. οἷοι] οἱ *MS. Reg.* ſed recenter ibi οἷοι recte ſcribitur.

l. 13. ὀνήσειεν] νοήσειεν *Baſileenſes.* mendoſe.

l. 14. σώζῃ] σώσῃ *MS. Reg.* ſed ſupra ſcribitur σώζῃ. Male poſt hoc verbum in *Baſ. utroque* et *Steph.* interrogandi nota ponitur. Eadem a Ficino quoque, ut et illa, τούτῳ δὲ βιωτέον ἐστὶ, juxta ac apud *Baſileenſes*, ἐρωτηματικῶς leguntur, et in *Codice Regio* ſuper δὲ ſcribitur μὴ interrogative. Quod ex male intellecta orationis ſtructura ortum opinor, nam verba, εἰ δέ τις ἄρα &c. l. 11, pendent illis, λογίζεται οὖν ὅτι οὐκ, l. 7; ubi voculam οὐκ neglexit Ficinus. In *Ed. Aldina* periodus eſt poſt τούτῳ δὲ βιωτέον ἐστὶ, et poſt σώζῃ. Ita Cornarius quoque optime vertit. Serranus Ficinum et *Baſileenſes* ſecutus eſt.

P. 261, l. 1. οὐ] Omittitur in Ariſtidis *MS. Coll. Nov.* atque olim exarabatur ὁ in ejuſdem *Cod. Barocc.* mendoſe.

l. 2. καίπερ σώζοντα ἡμᾶς] καὶ περὶ *Baſ.* 2 mendoſe. σώζωντα *Ald.* mendoſe. ζῶντα Ariſtidis *MS. Coiſl.* mendoſe.

ibid. ὦ θαυμάσιε] ὦ θαυμασιώτατε *Baſ.* 2.

l. 5. μή σοι δοκεῖ κατὰ τὸν δικανικὸν εἶναι] Fortaſſe δοκῇ. Alioqui interrogativè legenda hæc ſunt. STEPH. Interrogativè legunt *Codex MS. Reg.* et Ficinus, quem ſecutus ſum cum Cornario et Serrano. *Adeone cauſidicum huic poſſis æquiparare?* Ficinus vertit. Confuderunt hæc cum antecedentibus *Edd. Ald.* et *Baſileenſes.*

l. 7. καταχώσειεν ἂν ὑμᾶς τοῖς λόγοις] Feſtive ad τοῦ μηχανοποιοῦ artificium in voce καταχώσειεν alluditur.

l. 10. καταφρονεῖς] Ita *Ald. Baſileenſes* et *MS. Reg.* καταφρονοῖς *Ed. Steph*, Ficinus quidem verterat, *contemneres*, ſed particula ἂν requiri videtur, ſi cum Stephano καταφρονοῖς legas.

ibid. καὶ ὡς ἐν ὀνείδει ἀποκαλέσαις ἂν μηχανοποιόν] Lex interim Attica violata eſſet, qua cautum eſt, ut nemini artificium ſuum aut quæſtus quaſi probrum objectaretur. Vide cl. Potteri *Archæol. Græc.* L. 1, c. 8. ἀποκαλέσας *Ald.* et *Baſ.* 1. male.

l. 12. οὔτ' ἂν αὐτὸς λαβεῖν τὴν ἐκείνου] Nempe, ut *filio tuo* fiat uxor. Qui ſi verborum ſenſus eſt, priori membro ſententiæ apte reſpondebit poſterius. Ad hunc modum lege Moſaica

nuptiæ

nuptiæ cum cæteris gentibus Hebræo populo vetantur: τὴν θυγατέρα σου οὐ δώσεις τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ οὐ ΛΗΨΗΙ υἱῷ σου. *Deuteron.* cap. 7, comm. 3.

P. 262, l. 3. αὐτὸν] ἑαυτὸν *Baſ.* 2.

l. 4. σοι ὁ ψόγος] Super σοι in *Cod. Reg.* ſcribitur τι recenter.

l. 8. ὁπόσονδή] ὁπόσον δὴ diviſim, *Ald.* et *Baſ.* 1. δεῖ pro δὴ mendoſe *MS. Reg.* ſed ſupra recenter δὴ ſcriptum eſt.

ibid. εὐκτέον] ἐκτέον habent *Ald. Baſileenſes* et *Codex Reg.* Ficinus autem, qui vertit *optandum*, inveniſſe videtur εὐκτέον. quod Cornarius legendum monuit, atque ita edidit Stephanus.

l. 9. ἀλλὰ ἐπιτρέψαντα περὶ τούτων τῷ θεῷ, καὶ πιστεύσαντα ταῖς γυναιξὶν, ὅτι τὴν εἱμαρμένην οὐδ' ἂν εἷς ἐκφύγοι] *Quanti hæc philoſophia æſtimanda eſt,* (ait de Stoicorum diſciplina Velleius Epicureus) *cui, tanquam aniculis, et his quidem indoctis, fato fieri videntur omnia?* Cic. *De Nat. Deor.* 1, 20. Sed de Stoicorum fato multa diſputatio eſt. Platonici loci ſenſus eſt; Vitæ exitum Deo committendum, quippe credendum, pro ejus arbitrio hunc eventurum, ſi quis timide vel fortiter ſe geſſerit. Plato enim vaniſſimam muliercularum de fato notionem ad veram piamque ſententiam accomodat. Vulgi etiamnum eſt opinio, *eſſe cuique ſua fata.* Quid autem Plato de fato ſtatuerit, breviter docebit Alcinous *De Doctr. Plat.* c. 26.

l. 12. μέλλει] μέλλοι *MS. Reg.*

l. 13. αὐτὸν] ἑαυτὸν *Baſ.* 2. αὐτὸν male *Ald.* et *Baſ.* 1.

ibid. καὶ νῦν δὲ ἄρα δεῖ &c.] Super δὲ ἄρα ſcribitur recenter in *Cod. MS. Reg.* δὲ ἂν ἄρα. Ficinus quoque vertit: *et nunquid oporteat* &c. ſed male. Suſtuli interrogandi notam poſt πόλει.

l. 14. ὡςομοιότατον] ὡς ὁμοιότατον diviſim *Edd.* ante Stephanum.

P. 263, l. 1. ὅπως μὴ — πεισόμεθα ὅπερ φασὶ τὰς τὴν σελήνην καθαιρούσας τὰς Θετταλικάς.] Θετταλίδας *Baſ.* 2. Hæc verba a ſequentibus ſejungenda putabam. Dicit enim per interpoſitionem, opinor, Socrates, videndum eſſe, an ſibi et Callicli expediat, ut magnam potentiam in civitate affectent, ne ambitioſis nimis illud accidat infortunium, quod Theſſalicis ſagis deducentibus lunam. Tum ad propoſitum rediens ait, fore ut

ut capeſſent rempublicam cum amiciſſimis, quoniam horum quam ſimillimi futuri ſint. Ita hæc intelligo; quæ tamen inter ſe invicem in prioribus *Edd.* atque *Interpretationibus* confunduntur. Vertunt quoque interpretes, quaſi ἡμῖν ἔστω pro ἡμῖν ἔσται legerint. Ibidem interim vox αἵρεσις Theſſalarum καθαίρεσιν reſpicere videtur. Denique de iſtis veneficis accipe verba Plinii in *Nat. Hiſt.* L. 30, c. 1: *Miror equidem Achillis populis* (Theſſalis) *famam ejus* (magiæ ſcil.) *in tantum adhæſiſſe, ut Menander quoque litterarum ſubtilitati ſine æmulo genitus Theſſalam cognominaret fabulam, complexam ambages feminarum detrahentium lunam.* Suidas in *Proverbio*, Ἐπὶ σαυτοῦ τὴν σελήνην καθέλκεις. Αἱ τὴν σελήνην καθέλκουσαι Θετταλίδες, λέγονται τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῶν ποδῶν (παίδων Zenobius olim, *Proverb. Cent*, 4, 1; confer et *Proverb. Vatic.* 1, 71) στερίσκεσθαι. εἴρηται οὖν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς κακὰ ἐπισπωμένων. Θετταλὴ γυνὴ aliud eſt proverbium huc reſpiciens Paſſimque obvia ſunt auctorum loca, ubi memorantur ſagæ Theſſalæ lunam cœlo detrahentes.

l. 4. σὺ] σοι *MS. Reg.* ſed ſupra recenter ſcribitur σύ.

l. 8. βουλεύῃ] βουλεύει, et mox δὴ pro δεῖ, *Baſileenſes.* mendoſe.

l. 11. τοῦ Πυριλάμπους γε πρός.] Pyrilampis Demo. De quo Pyrilampis filio vide quæ ſupra adnotata fuerunt p. 423.

l. 13. αὐτῶν] αὑτῶν *Ald.* et *Baſileenſes.* male.

l. 14. ἀλλοτρίῳ] In *Cod. Reg.* ſupra ſcribitur recenti manu ἀλλοτρίων. minus bene.

P. 264, l. 1. τι] τοι ſupra ſcribitur recenter in *Cod. Reg.*

ibid. Οὐκ οἶδ᾽ ὅντινα μοὶ — πείθομαι] Citantur hæc ab Ariſtide initio *Orat.* ὑπὲρ τῶν τεσσ. p. 117 *Edit. Jebb.* ſine ulla variatione. Apud Hieroclem quoque in *Aurea Carm.* Sect. 8, verſus ex *Medea* Euripidis ſumptos ſequuntur, atque a Merico Caſaubono eidem poetæ aſſeruntur. Neſcio, an vere. Laudantur ibi hoc modo: Εὖ μὲν μοὶ δοκεῖς λέγειν· πέπονθα δὲ τῶν πολλῶν πάθος· οὐ πάνυ πείθομαι. σοὶ πείθομαι in *Cod. Hieroclis Medicæo* extat. Varium ac ſibi inconſtans vulgi hominum ingenium ſic notatur in *Menone*; Οὐκ ἔχω λέγειν, ὦ Σώκρατες, καὶ γὰρ αὐτὸς ὅπερ οἱ πολλοὶ πέπονθα· τοτὲ μὲν μοὶ δοκοῦσι, τοτὲ δὲ οὔ. p. 95 C.

l. 4.

l. 4. Ὁ δῆμος γὰρ ἴσως ἐννὼν] In duplicem ſenſum vox δῆμος hîc accipi videtur, ſicuti ſupra ad l. 10 pag. antecedentis. ἐννὼν *Ald*: ἐννῶν *Baſ.* 1. mendoſæ ambo.

l. 5. ἴσως] In *Cod. Reg.* ἴσοι ſupra ſcribitur recenter. male.

l. 6. διασκοπώμεθα] διασκεπτώμεθα recenter ſupra in *Cod. Reg.*

l. 7. Ἀναμνήσθητι δ' οὖν ὅτι &c.] Vide Sectiones 11 et 44. Nonnulla ex verbis ſequentibus uſque ad finem hujus paginæ in uſus ſuos mutavit Ariſtides ὑπὲρ τῶν τεσσ. p. 116 *Ed. Jebb.*

l. 8. ἑκάστοι] Ita *Ald. Baſileenſes* et *MS. Reg.* Stephanus edidit ἑκάστου, ſine cauſa.

l. 13. Ἔστω, εἰ βούλει, ὅτι οὕτως] Ita *Ald. Baſ.* 1 et *MS. Reg.* ἔστω σοι ταῦτα εἰ βούλει οὕτως *Baſ.* 2. Stephanus edidit Ἔστω, εἰ βούλει σύ, οὕτως. Ficinus quidem verterat; *Eſto quidem ſi tibi placet.* Sed bona eſt lectio vetus. Habuiſti ſupra ad p. 255, l. 7, Ἔστω σοι τοῦτο, ὦ Σώκρατες, οὕτως.

P. 265, l. 1. Ἆρ' οὖν οὕτως ἡμῖν ἐπιχειρητέον ἐστὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς πολίταις θεραπεύειν] Ita *Ald. Baſileenſes*, *MS. Reg.* et Ariſtides verba hæc citans initio *Orat.* ὑπὲρ τῶν τεσσ. p. 117 *Edit. Jebb.* Stephanus edidit τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας. Ferenda autem mihi videtur altera conſtructio, licet ſit inſolentior.

l. 9. πράξοντες] πράξαντες *MS. Reg.* ſed recenter ſupra πράξοντες. Et malo lectionem vulgatam. κἂν εἰ ἐπιχειρήσαντες δημοσιεύειν habes infra ad l. 13 pag. ſequentis.

P. 266, l. 2. οἰκοδόμημα] *machina* habet Vet. Interp. Ficinus, quaſi legiſſet μηχάνημα.

l. 5. πολλὰ δὲ καὶ ἰδία ἡμῶν] Ita *Aldina* et *MS. Reg.* ἰδίᾳ cum ι ſubſcripta *Edd. Baſileenſes* et *Steph.* ſed recte, opinor, ἰδία caſum quartum revocavi.

l. 9. οὕτω δὴ] οὕτω δὲ *Baſ.* 2.

l. 14. ὡς ἱκανοὶ ἰατροὶ ὄντες] Notavi ſupra ex Caſaubono in Strabonem L. 4, p. 181, medicos olim publicè fuiſſe conductos.

l. 15. ἐπεσκεψάμεθα] Pro ἐπισκεψόμεθα, quod extat in *Ald.* et *Baſ.* 1, edidit ἐπισκεψώμεθα Stephanus; qui notat, legi etiam poſſe ἐπεσκεπτόμεθα, vel ἐπισκεψαίμεθα. Sed vera eſt lectio ἐπεσκεψάμεθα, quod e *Baſ.* 2 recepi, confirmante *Codice*

MS. Reg. Locus in *Theæteto* gemellus extat, p. 144 E: ἀτὰρ εἰ τοῖν ἐχόντοιν ἑκατέρου λύραν, ἔφη αὐτὰς ἡρμόσθαι ὁμοίως, πότερον εὐθὺς ἂν ἐπιστεύομεν, ἢ ἐπισκεψάμεθ' ἂν εἰ μουσικὸς ὢν λέγει; Ἐπισκεψάμεθ' ἄν.

P. 267, l. 2. ἢ εἰ δή τις ἄλλος] Ficinus vertit, *vel quiſnam alius*, quaſi legiſſet τίς interrogativum. Sed minus bene.

l. 10. ἐν τῷ πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν] Zenobius in Proverbio, Ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνω: Παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μαθήσεις ὑπερβαινόντων, ἁπτομένων δὲ εὐθέως τῶν μειζόνων. ὡς εἴτις μανθάνων κεραμεύειν, πρὶν μαθεῖν πίνακας ἢ ἄλλο τι τῶν μικρῶν πλάττειν, πίθῳ ἐγχειροίη. Δικαίαρχος δὲ φησὶν ἕτερόν τι δηλοῦν τὴν παροιμίαν, οἱονεὶ τὴν μελέτην ἐν τοῖς ὁμοίοις (οἰκείοις Heſychius) ποιεῖσθαι. ὡς κυβερνήτης ἐπὶ τῆς νηὸς, καὶ ἡνίοχος ἐπὶ τῶν ἵππων. Cent. 3, 65. Prioris ſenſus occurrit exemplum in *Lachete* quoque Platonis, uti notavit Eraſmus in *Chiliadd.* p. 227 *Ed. Francof.* Locus eſt ad p. 187 B. κεραμίαν *Gorgiæ MS. Reg.*

l. 13. δοκῇ ἂν] δοκεῖ ἂν *MS. Reg.* bene.

P. 268, l. 2. τίνα] Habet τινὰ indefinitum *Cod. Reg.*

l. 6. ἐάν τις σε ταῦτα ἐξετάζῃ] ἐξελέγχῃ Lectio allata in marg. *Steph.* τε mendoſe pro σε *Ald.* et *Baſileenſes*. *ſiquis id abs te exigat.* Ficini *Verſio.*

l. 8. ἐστὶ τοιόνδε τι ἔργον σὸν] Abeſt τοιόνδε *Cod. Reg.* ſed ad marg. ſcriptum eſt.

l. 14. ὁτιβέλτιστοι] ὅτι βέλτιστοι diviſim *Edd.* ante Steph.

P. 269, l. 5. ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἔλεγες] Scilicet ad p. 238.

l. 6. ἀγαθοὶ πολῖται] ἀγαθοὶ οἱ π. *Baſ.* 2. minus bene.

l. 9. Ἐποίει.] ναί. *Baſ.* 2.

l. 10. ὅτε] ὅτι male *Ald.* et *Baſileenſes*. *quando*, Ficini *Verſio.*

l. 12. Ἴσως. Οὐκ ἴσως δεῖ, ὦ βέλτιστε, ἀλλ' ἀνάγκη &c.] Simile quid in L. 12 *De Legg.* occurrit, p. 965 C. Ἴσως. Οὐκ ἴσως, ἀλλ' ὄντως, ὦ δαιμόνιε, ταύτης οὐκ ἔστι σαφεστέρα μέθοδος ἀνθρώπων οὐδενί.

l. 13. ἀγαθός γ'] ἀγαθός τ' *Baſ.* 2. male.

P. 270, l. 2. ταυτὶ γὰρ ἔγωγε ἀκούω Περικλέα πεποιηκέναι Ἀθηναίους, ἀργοὺς, &c.] Iis quidem temporibus valde corruptos fuiſſe Athenienſes hiſtoria teſtatur Græca. Tam in ſegnitiem torporemque ſolutos, ut nil niſi dies feſtos, apparatuſque ludorum,

dorum, curarent. Tam loquaces ipſos, verboſæque loquelæ in aliis amantes, *ὥστε εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον*. Unde conciones populares magnopere affectabant, in quibus, non tam veritatem, quam ſuaviloquentiam, probabant. Tam moribus degeneres, ut, priſtina ſua ſimplicitate relicta, inter ſcorta juvenes, cum alea majores natu, in comiſſatione omnes viverent, quod de iis retulit ex Theopompo hiſtorico Athenæus, L. 12, c. 8, p. 532 D. Et vereor profecto, ut ſatis excuſetur Pericles, cui iſtius tantæ corruptionis origo a multis tributa olim videtur. Πολλοὶ, ut perhibet Plutarchus in *vit.* ejus, *πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φασὶ τὸν δῆμον ἐπὶ κληρουχίας καὶ θεωρικὰ καὶ μισθῶν διανομὰς προαχθῆναι, κακῶς ἐθισθέντα, καὶ γενόμενον πολυτελῆ καὶ ἀκόλαστον ὑπὸ τῶν τότε πολιτευμάτων ἀντὶ σώφρονος καὶ αὐτουργοῦ* p 156 E *Ed. Rualdi.* Pergit quidem Plutarchus diluere crimen, atque oſtendere, Periclem initio quidem populo placere ſtuduiſſe, *καὶ πρὸς χάριν πολιτεύεσθαι*, ut adverſariorum ſuorum potentiam opprimeret, poſtquam autem hos ſuperaverat, ſe prorſus contrarium præſtitiſſe, *πρὸς τὸ βέλτιστον* rempublicam dirigentem. Ita factum non pernegat Plutarchus, ſed excuſat. Rem vero ulterius proſequitur Plato, colligitque, Periclem non bonum reipublicæ adminiſtrum fuiſſe, ſed veræ civilitatis ignarum, cujus opus eſt, cives quam optimos efficere, quia ipſo ſine adminiſtrationis ſuæ in ſeipſum ſævos atque injurios haberet Athenienſes. Extat quidem Ariſtidis Sophiſtæ non una tantum oratio, qua Periclem cæteroſque viros hic memoratos contra Platonem defendit, ſed de iiſdem orationibus mox infra.

l. 3. *εἰς μισθοφορὰν πρῶτον καταστήσαντα*] *μισθοφορίαν* *MS. Reg.* Πρῶτος ἐκεῖνος (verba Ulpiani ſunt de Pericle ad *Orat. Demoſth.* *περὶ συντάξεως*) *ἔταξε μισθοφορὰν, καὶ ἔδωκε τῷ δήμῳ στρατευομένῳ.* p. 50 A *Ed. Baſil.* *Ἰδίως τὸν μισθὸν τῶν στρατευομένων οἱ παλαιοὶ μισθοφορὰν ἐκάλουν.* Suidas in v. *μισθοφορά.* Sed hoc Platonis loco ſtipendium quodlibet de publico acceptum deſignari putem. Ariſtoteles in *Polit.* L. 2, c. ult. habet, Τὰ *δικαστήρια μισθοφόρα κατέστησε* Περικλῆς. p. 336 *Ed. Duval.* Ubi ad *τὸν δικαστικὸν μισθὸν*, quem ob jus dicendum accipere ſolebant cives, reſpicitur.

l. 4. Τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων ἀκούεις ταῦτα] Eraſmus in Adagio, *Fractis Auribus :* "Uſus eſt hoc adagio Plato in *Gorgia*, "nec ſatis liquet quo ſenſu. Sentit, opinor, de athletis et "barbaris, quibus ignavi videntur a militari ferocia alieni." Pugiles enim, ut notat ibidem Eraſmus, "ſolent habere lace-"ras aures more ſuum, oculos ſugillatos, totam faciem tube-"ribus notatam, ex arte quam exercent" *Chiliadd.* p. 595 *Ed. Francof.* Olympiodorus *Commentario in Gorgiam* fractos auribus dici ſcribit, ἢ ὅτι ἐν ταῖς παλαίστραις ὑπέτριβον τὰ ὦτα, ἢ τοῦτο λέγει πρὸς τοὺς μὴ δυναμένους ὑπεῖναι τὰ ὦτα, καὶ ἀκούσαι τῶν λεγομένων. Citavit hæc Olympiodori Hadrianus Junius in *Chiliadd.* p. 464, ubi ad Adag. *Fracti* (Græce κατεαγότες, hoc eſt, *effæminati, elumbes*) Olympiodori explicatione minime contentus, iſta attulit : "*Quibus fractæ ſunt aures,* hoc eſt, qui in otio et "deliciis vivunt. Loquitur Plato de otioſis hominibus, qui "in ſedentaria ſocordia propterea enervatos garrulos et formi-"doloſos evaſiſſe Athenienſes diſputabant, quòd Pericles ex-"ternum militem ſtipendiariâ militiâ primus autoraſſet, cor-"ruptis inde civitatis moribus et in mollitiem ſolutis." Idem de ſimili apud Galenum loco ſentire videtur. Quid autem inter varia iſta et diſcrepantia ſtatuendum ? Locus eſt in *Protagora*, p. 342 B, qui, ſi recte judico, ad verba illuſtranda nonnihil faciet. Refertur ibi, quoſdam homines in cæteris Græcorum urbibus vixiſſe, qui Spartanorum mores ac inſtituta imitabantur ; ὦτά τε, inquit Socrates, κατάγνυνται, μιμούμενοι αὐτούς. Videndum ergo, annon ad Λακωνίζοντας iſtos ac ſeveros homines, quorum meminit Schol. quoque Ariſtoph. ad *Plut.* v. 85, hic apud *Gorgiam* reſpiciatur. Adſtipulatur huic, ut poſtea videbam, ſententiæ Waldgravius V. D. in *Adnott. MSS.* ſed nullum excitans auctorem.

l. 9. ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου Περικλέους, κλοπὴν αὐτοῦ κατεψηφίσαντο] Poſt hanc vero peculatûs damnationem in gratiam rediit cum Athenienſibus Pericles, cujus rei nos obliviſci haud ſinit Ariſtides in *Communi Apol.* T. 2, p. 244 *Edit. Jebb.*

l. 12. Οἵων γοῦν ἂν ἐπιμελητὴς &c.] Hæc uſque ad vocem ἀγριότητος,

ἀγριότητα, l. 1 pag. ſequentis, exſcripſit Ariſtides ibid. p. 239.

l. 14. μὴ λακτίζοντας] μὴ λακτίζοντας αὐτοὺς *MS. Reg.* αὐτὸν exhibet Ariſtides.

l. 15. μηδὲ κυρίττοντας] Non habet textus Ariſtidis *Cod. MS. Barocc.* ſed ad marg. ſcribitur.

ibid. ἀπέδειξε ταῦτα ἅπαντα ποιοῦντας] ἐπέδειξε ταῦτα ποιοῦντας Ariſtides. Reiſkius reponit ibi ἀπέδειξε, quod alibi habet Ariſtides Platonem reſpiciens, nempe ad pagg. 240 et 247.

P. 271, l. 2. ζώου] Notavit ad hanc vocem cl. Joannes Lefebvre, qui in gratiam meam Codicem Regium cum exémplo Stephaniano contulit, ſemper in eo ζώιου, (a ζώιον) ſcribi, et ita ex aliis vetuſtiſſimis quoque libris eſſe ſcribendum. ζῷα cum ι ſubſcripta habent *Edd. Ald.* et *Baſſ.* ad *Euthyd.* p. 83, l. 3. et deinc.

l. 11. Οὐκοῦν οἵγε δίκαιοι, ἥμεροι, ὡς ἔφη Ὅμηρος] Ad ſecundum iſtorum verſuum reſpicitur, quos ſæpe repetit Homerus:

> Ὤ μοι ἐγὼ, τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω;
> Ἤ ῥ' οἵγ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι;
> Ἠε φιλόξεινοι καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής; *Odyſſ.* ζ, v. 120.

Atque hinc pluribus in locis ἡμερότητα cum δικαιοσύνῃ, et ἀγριότητα cum ἀδικίᾳ, conjunxit Plato.

l. 13. μὲν] μὴν *Baſ.* 1. mendoſe.

l. 14. καὶ ταῦτ' εἰς αὐτόν· ὃ ἥκιστ' ἂν ἐβούλετο.] ὃν non ὃ habent *Ald.* et *Baſſ.* Ita quoque Ariſtides legit in *Communi Apol.* p. 284. καὶ ταῦτα εἰς αὐτὸν ὃν ἥκιστα ἐβούλετο. Sed recte, opinor, repoſuit ὃ Stephanus. Habet *quod* vetus Ficini *Verſio.*

P. 272, l. 5. ὡμολογεῖς] ὡμολογεῖς et ὁμολογεῖς in *Cod. MS. Reg.* eâdem manu. Lectio duplex. Invenit alteram Ficinus.

ibid. οὐκ ἐξωστράκισαν αὐτόν; — ἵνα αὐτοῦ δέκα ἐτῶν μὴ ἀκούσειαν τῆς φωνῆς] Refert Plutarchus, Cimoni infenſos Athenienſes propter ſtudium ejus erga Lacedæmonios et optimatium factionem μικρᾶς ἐπιλαβομένους προφάσεως decem annorum exilio hunc multaſſe. Vide ejuſdem *Cimon.* p. 489, et *Periclem,* p. 157. Viro doctiſſimo Rutgerſio in *Var. Lect.* L. 1, c. 9, p. 43, videtur innuiſſe Plato, damnatum eum ob tyrannidis affectatæ ſuſpicio-

ſuſpicionem; metuentibus Athenienſibus, ne eos facundia ſua, qua eum excelluiſſe conſtat, in ſervitutem pelliceret. Idem, ut refert Corn. Nepos, poſt annum quintum, quo expulſus erat, in patriam revocatus eſt. *Cimone*, c. 3. Vide et Plutarchum locis jam laudatis. Nec omittit memorare iſtud Ariſtides, ὑπὲρ τῶν τεσσ. p. 158, ubi hæc Platonis citavit. Multa quoque ex hac Sectione ſumpſit Sopatrus *Prolegg. in Ariſtid.* p. 7.

l. 7. *καὶ Θεμιστοκλέα ταυτὰ ταῦτα ἐποίησαν*, &c.] Themiſtoclem quoque oſtraciſmo patria pellerunt Athenienſes, illuc nunquam rediturum, quia abſens proditionis damnatus fuerit. Conſ. inter alios Plutarchum in *vit.* ejus, p. 123, et Nepotem, c. 8.

l. 8. *Μιλτιάδην δὲ, τὸν ἐν Μαραθῶνι, εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο· καὶ εἰ μὴ διὰ τὸν Πρύτανιν, ἐνέπεσεν ἄν.*] Rei hujuſce fides penes noſtrum auctorem eſt. Nepos in *Miltiade: Cauſâ cognitâ*, (poſtquam Pari obſidione diſceſſerat) *capitis abſolutus pecunia multatus eſt. Eaque lis quinquaginta talentis æſtimata eſt, quantus in claſſem ſumptus factus erat. Hanc pecuniam quòd ſolvere non poterat, in vincula publica conjectus eſt, ibique diem obiit ſupremam.* c. 7. Eadem prorſus Plutarchus in *Cimone*, p. 480 D, et Herodotus L. 6, c. 136, p. 501: Ubi cl. Weſſeling. "Venerat Miltiades in barathri periculum ex Platonis narratione in *Gorg.* cui adſtipulatur Ariſtides T. 2. p. 224. *Ed. Jeb.* "Alii id reticent, ſollemni in talibus variatione." Quod ad Ariſtidem vero attinet, res plane diverſa eſt, qui diſerte negat, quæ aſſerit hîc Plato; argumentaturque ex eo, quòd populus cum Pericle in gratiam redierit, eos cum Miltiade quoque, niſi mors ejus antevertiſſet, eodem fuiſſe modo acturos. Vide præcipue *Communem Apol.* p. 244, ubi hæc ſunt (nihil enim ad p. 224 hac de re occurrit): *Μιλτιάδης δ᾽ ἔφθη τελευτήσας, οὐ τῶν δικαστῶν θάνατον καταγνόντων αὐτοῦ, οὐδ᾽, ὡς σὺ φῇς,* (Platonem compellat) *κἂν εἰς τὸ βάραθρον ἐμπεσὼν, εἰ μὴ διὰ τὸν Πρύτανιν, ἀλλὰ τοῦ τραύματος αὐτῷ σφακελίσαντος. καὶ τούτων πολλοὶ, μᾶλλον δ᾽ ἅπαντες, μάρτυρες.* Eſt autem veriſimile, ita rem geſtam fuiſſe, quomodo narravit Plato, quoniam vix credendum ſit, in talis tantique viri caſu errari potuiſſe; atque porro hiſtoricorum narrationi conciliare licet philoſophum.

l. 9.

l. 9. τὸ βάραθρον] Ut alios omittam, en tibi Timæum in *Lex. Platonico.* Βάραθρον. ὄρυγμα φρέατι ὅμοιον, ἔνθα οἱ καταδικασθέντες ἐβάλλοντο.

ibid. εἰ μὴ διὰ τὸν Πρύτανιν] In *Codice Reg.* ſupra recentius ſcribitur δι' αὐτὸν τὸν Πρύτανιν. Ὁ Πρύτανις hoc loco prytanum epiſtatam deſignat, cujus munus erat populum in ſuffragia mittere. Vide, ſi lubet, notam ad p. 415. Similiter prorſus ὁ ἱερεὺς pro ὁ ἀρχιερεὺς in *Actis Apoſt.* κατ' ἐξοχὴν adhibetur, 5, 24.

l. 12. οὔκουν εἰγε ἀγαθοὶ ἡνίοχοι &c.] Hæc uſque ad vocem ἐκπίπτουσιν, l. 14, citantur ab Ariſtide in *Communi Apol.* p. 239 *Edit. Jebb.* ubi οὐκοῦν περιπιπτομένως in illa ed. et P. Steph. male legitur.

ibid. κατ' ἀρχὰς] καταρχὰς conjunctim *Ald.* et *Baſileenſes.* Ita ut edidit Stephanus, ſcribitur in Ariſtidis *Cod. Barocc.*

l. 13. ἐκ τῶν ζεύγων] Abeſt ἐκ Ariſtide. σκευῶν pro ζεύγων Ariſtidis *MSS. Barocc.* et *Coll. Nov.* Sed in marg. *Cod. Barocc.* ζεύγων ut lectio varians affertur.

P. 273, l. 1. Ἀληθεῖς ἄρα — πόλει.] Citantur hæc ab Ariſtide in eadem *Orat.* ad p. 301.

l. 3. ἐν τῇδε τῇ πόλει] ἐν δὲ τῇ π. Ariſtidis *MS. Barocc.* ſed τῇ poſtea ibi inſertum eſt.

l. 7. οὔτε τῇ κολακικῇ] Quæ nimirum ἐκ τῶν κινδύνων σώζει. Vide ſupra p. 258, l. 13. Exclamat hîc Ariſtides rhetor, Platonem ſibimet contraria loqui; quos enim cum adulatoriis oratoribus nunc conjungit, eos nunc adulatoria rhetorica uſos fuiſſe negat. *Communi Apol.* p. 270. Vere autem concludit Plato ex eventis rerum a quatuor illis viris geſtarum, eos, nec bene regiſſe civitatem, nec, quod volebant, ipſam permulcere valuiſſe. Non excipit eos illorum numero, qui adblandiri populo ſtudebant; quippe quum magis adverterint, ut ſtatim poſt queſtus eſt, ad externam rerum amplitudinem, quam ad licentiam reprimendam, virtutiſque culturam; quod tamen, ut ait ibidem, eſt artis politicæ munus. "Deridet eos," (Ficini verba ſunt in *Argumento*) "qui, cum diu reipublicæ tenuerint "gubernacula, ſemper quidem civitatem externis bonis auxe-"rint, animos vero civium temperantia et juſtitia formare

"neglexerint;

" neglexerint. Quod quidem ſolum ſit legitimi gubernatoris " officium. Concluditque non modo non prodeſſe ſed obeſſe " plurimum civitati gubernatores, qui fortunæ potius quam " animi bonis proſpiciant." Itaque Plato, qui ex veritate, non ſpecie tenus, res æſtimare ſolebat, celeberrimos illos rerum publicarum adminiſtros, quos ante omnes alios tanquam in rebus civilibus peritiſſimos patria ſuſpiciebat, ſummæ in arte ſua inſcitiæ haud dubitat accerſere, qui nimirum τὰ τῆς πόλεως, πρὶν αὐτῆς τῆς πόλεως, curabant, veræque politicæ ignari leges inefficaces præſcribere ſolebant, non, quod oportebat, virtute civium animos imbuere. Vide L. 4 *De Rep.* p. 426. Celebres quidem ſunt Ariſtidis pro Quatuor-Viris orationes, in quibus calumniam Platoni noſtro ob viros hoc dialogo culpatos acerrime objicit, eorundemque præconia copioſiſſime proſequitur. Sed ſophiſta (ut ait Sopatrus Apameenſis) τῷ πιθανῷ πρὸς τὴν τῶν ἀναγκαίων λύσιν χρησάμενος, τὸν λόγον συνέθηκε· προσποιούμενος παρατρέπειν εἰς τοὐναντίον ἃ Πλάτων μετ' ἀποδείξεων εἴρηκεν. *Prolegom. in Ariſtid.* p. 6, quæ ut legantur, omnino digna ſunt.

l. 9. ἐργάσηται] ἐργάζηται *Baſ.* 2.

l. 10. ψέγω] ψέγων *Ald.* et *Baſ.* 1. male.

l. 12. οἷοί τε] νοεροίτε Sopatri *MS. Bodl.* atque *Ed. Jebb. Prolegomenis in Ariſtid.* p. 9. ſed οἷοι τε *Ed. Florent.*

P. 274, l. 2. τούτων διέφερον] οὕτω διάφερον Sopatri *Ed. Florent.* διάφορον ejuſdem *MS. Bodl.* atque *Ed. Jebb.*

ibid. μόνον] Non agnoſcit Sopatri *Ed. Florent.*

l. 9. ὅ,τι] ὅτι male *Ald.* et *Baſileenſes. quid:* Ficini *Verſio.*

ibid. ἐγὼ οὖν] ἐγώ γε οὖν *Baſ.* 2. ἐγὼ γὰρ in *Cod. Reg.* ſupra ſcribitur recentius. quam lectionem Ficinum inveniſſe conſtat.

l. 14. ῥιγῷ] ῥιγῇ *Baſileenſes.* male.

ibid. ἄλλα ὧν] ἄλλων ὧν *Ald.* et *Baſ.* 1. male.

l. 15. καὶ ἐξεπίτηδές σοι] Ita *Baſ.* 2 et *MS. Reg.* καὶ ἐξεπίτη δέ σοι *Ald.* et *Baſ.* 1. mendoſe. Ficinus vertit, *Et profecto dedita opera — tibi.* Edidit καὶ ἐξεπίτηδες δέ σοι Stephanus. Sed, ſi legenda ulla particula poſt ἐξεπίτηδες, melius eſt δὴ quam δὲ, quum habeat Ficinus *profecto,* niſi alicujus libri auctoritatem ſecutus ſit Stephanus.

P. 275.

P. 275, l. 5. δέξαι καὶ αὐτῷ] Ita *Edd. Vett.* et *MS. Reg.* Stephanus inſeruit τε poſt δόξαι. ſine cauſa. αὐτῷ male *Ald.* et *Baſileenſes.*

l. 9. τοῖς τούτων ἔργοις] τοῖς τοιούτοις ἔ. *MS. Reg.* Sed τούτων in marg. ſcribitur eadem manu.

l. 10. ὅ,τι] ὅτι *Ald.* et *Baſileenſes.* male.

P. 276, l. 1. ὅτι λέγω] Non vertit hæc verba Ficinus.

ibid. ὁμολογεῖς] ὡμολογεῖς et ὁμολογεῖς in *Cod. Reg.* Duplex lectio, ead. manu.

l. 2. ὅ,τι] ὅτι *Ald.* et *Baſileenſes.* male. *quid:* Ficini *Verſio.*

l. 7. Θεαρίων] Hujus meminerunt olim Antiphanes Comicus in *Omphale*, Ariſtophaneſque in *Gerytade Æoloſiconeque*, ut tradit Athenæus, L. 3, c. 29, p. 112. In Ariſtidis *Codd. MSS. Barocc.* et *Coll. Nov.* legitur, Μίθαικον τὸν ἀρτοποιὸν, καὶ Θεαρίωνα τὸν ὀψοποιὸν, *Orat. Plat. 2nda*, p. 86 *Ed. Jebb.* Sed minus bene. Etiamſi horum utrumque συγγράμματι μαγειρικῷ ſcripſiſſe referat ejuſdem Scholiaſta in *Orat.* ὑπὲρ τῶν τεττ. p. 122.

l. 8. ὁ ἀρτοκόπος] Ita *Ald.* et *Baſ.* 1. ὁ ἀρτοποιὸς *Baſ.* 2, et forte *MS. Reg.* ſilet enim, quæ mihi tranſmiſſa eſt collatio codicis cum Stephani exemplo, ubi hoc editur, notante quoque Stephano: " In *præc. edit.* ἀρτοκόπος. Sed alteram illam lectionem " confirmat et quod ſequitur, ἄρτους παρασκευάζων." Ariſtides quidem, ut ex loco ſtatim ante citato apparet, ἀρτοποιὸν habet, Platonis ibi verba reſpiciens; contra vero ἀρτοκόπος exhibet Athenæus, p. 112, auctorem noſtrum repetens a verbis οἵτινες ἀγαθοὶ l. 6 —— uſque ad οἶνον l. 11. Ubi notata hæc ſunt a Caſaubono *Animadv.* p. 216: " Hodie apud Platonem " ſcribitur ἀρτοποιὸς, non ἀρτοκόπος, ex nupera viri docti (ſcil. " Stephani) emendatione: imo ut vides, corruptione. Etiam " Xenophon uſus eo vocabulo, ut obſervat Pollux." *Onomaſt.* L. 7, c. 5, Segm. 21. Locus Xenophontis eſt in *Hiſt. Gr.* L. ult. p 627 E *Ed. Leunclav.* Phrynicus quidem vocem ἀρτοκόπος improbat, ſed videndus ad eum eruditiſſimus Nunneſius, aliique viri docti ad Thomam, v. Ἀρτοπόπος.

ibid. Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιΐαν συγγεγραφὼς τὴν Σικελικὴν] συγκαταγεγραφὼς

πιγιγραφὼς Athenæus; ſed συγγεγραφὼς, ut Platonis libri, Ariſtides, verbis utens T. 2, p. 192. Coquus Syracuſanus Mithæcus, et apud Græcos ob artem ſuam celeberrimus. Vide Max. Tyr. principio *Diſſert.* 23, vulgo 7, p. 273 *Ed. Daviſ.* ubi a Lacedæmoniis tamen, ad quos ſeſe contulerat, eum urbe pulſum fuiſſe refertur. A Suida in *voce* grammaticus appellatur, eumque ſcripſiſſe dicit ὀψαρτυτικὰ, κυνηγετικὰ, καὶ ἄλλα. De arte coquinaria notata ſunt quædam ad p. 385. Gentis Siculæ luxuria olim in proverbium ceſſit; unde illa adagia Σικελικὴ et Συρακουσία τράπεζα.

l. 9. Σάραμβος ὁ κάπηλος] Σάραμβος ὁ Κάραβος ὁ κάπηλος Athenæus. Legit ibi Caſaubonus (qui cenſet illa ὁ Κάραβος non eſſe Platonis, ſed Athenæi variam ſcripturam codicum Platonis obiter indicantis) Σάραμβος ἢ Σάραβος ὁ κάπ. iſtamque firmat conjecturam ex nonnullis aliorum auctorum locis, ubi vir iſte, quem tamen plerique Σάραμβος nominant, Σάραβων et Σάραβος appellatur. Inter quos Pollux ita ſcribit, Σαράβωνα ὁ Πλάτων κάπηλον ὠνόμασεν, ἐπαινῶν αὐτὸν ἐπ' οἰνουργίᾳ. L. 7, c. 33, Segm. 193. Ea autem loca corrigit omnia Daviſius ad Max. Tyr. *Diſſert.* 4, vulgo 34, ubi hic vir cum Mithæco memoratur, et Σάραμβος reponit, voceſque ὁ Κάραβος apud Athenæum Platonem citantem ex officina librariorum prodiiſſe putat. Atque ita Pollucem ſuum corrigere geſtiiſſe video Jungermannum. Certe Ariſtides Platonem citans Σάραμβος ὁ κάπηλος habet. T. 2, p. 192, et alibi.

P. 277, l. 2. οὐδ' οὖν] οὐδ' αὖ *Baſ.* 2, et αὖ pro οὖν habet *Regius* quoque *Codex.* Edidit οἱ δ' pro οὐδ' Stephanus.

l. 3. ἀπάσονται] Ficinus vertit, quaſi iſtud cæteraque verba uſque ad ἐγκωμιάσουσι, l. 9, in præſenti tempore inveniſſet. Ita quoque ad l. 3 et 4 pag. ſequ. Minus autem certum eſt, quid legerit, quia negligentius, quam ſolet, vertere videtur.

l. 8. καὶ κακόν τι ποιήσουσιν, ἂν οἷοί τ' ὦσι] Vera eſt in iſthac quoque re ſimilitudo; nam de tyrannis quibuſdam memoriæ proditum eſt, qui morbis inſanabilibus affecti, poſtquam nihil ars humana promovit, in medicorum filios ſævierunt.

l. 11.

l. 11. τοιούτους] Ficinus legebat τούτους.

l. 14. ἄνευ γὰρ σωφροσύνης — τὴν πόλιν.] Citavit hæc Sopatrus Apam. *Prolegg. in Ariſtid.* p. 9 *Ed. Jebb.*

P. 278, l. 1. ἡ καταβολὴ αὐτὴ τῆς ἀσθενείας] Timæus in *Lex. Plat.* Καταβολή. περιοδικὴ λῆψις πυρετοῦ. Videndi et alii grammatici, cum adnotationibus virorum doctorum, præſertim cl. Valckenarii in Ammonium, L. 2, c. 8, p. 116.

l. 5. Ἀλκιβιάδου] Quod revera Alcibiadi contigit, ut ſævientem in ſe populum haberet.

l. 14. προστάτης γὰρ πόλεως — προστατεῖ.] Citata hæc ſunt ab Ariſtide in *Communi Apol.* p. 271, ubi τῆς πόλεως ſcribitur in ejuſdem *Cod. MS. Coll. Nov.*

P. 279, l. 2. αὐτῆς τῆς πόλεως] αὐτῆς ταύτης τῆς π. Ariſtides.

l. 5. πολλάκις κατηγοροῦσι τῶν μαθητῶν, ὡς ἀδικοῦσι σφᾶς αὐτοὺς, &c.] Hujuſmodi litium de mercede per ſyngrapham ſophiſtis debita alii quoque ſcriptores meminerunt. Vide Parœmiographos in *Adag.* Κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν.

l. 10. σχόντας] σχόντες *Edd.* ante Steph. mendoſe. σχόντας *MS. Reg.* ſed ſupra recenti manu ſcribitur ἔχοντας.

l. 12. ὡς ἀληθῶς δημηγορεῖν με ἠνάγκασας] Reſpicit ad p. 185 l. 6.

l. 13. ἀποκρίνασθαι] ἀποκρίνεσθαι *MS. Reg.*

l. 15. νῦν γοῦν] νῦν γ' οὖν *MS. Reg.* atque ſic ſemper ſcribendum eſſe ait vir doctus, qui codicem contulit. Scribitur quoque νῦν δὲ eâdem manu.

P. 280, l. 1. οὐκ ἐθέλεις ἀποκρίνασθαι] ἐθέλοις *Baſileenſes.* mendoſe. ἀποκρίνεσθαι *MS. Reg.*

l. 2. πρὸς Φιλίου] Videſis not. ad p. 463.

l. 7. ἀλλὰ τί ἂν — ἀξίων;] Hæc verba æque ac illa Τί δ' ἂν &c. Socrati attribuunt *Ald.* et *Baſileenſes.* Male omnino. Aliter Vet. Interpres Ficinus, et Stephanus. — Gorgias quoque, perinde ac hoc loco Callicles, eos omnes, qui virtutis doctrinam in ſe recipiebant, irriſiſſe dicitur. Vide *Menon.* p. 96 C.

l. 11. ταυτὸν — ἐστὶ σοφιστὴς καὶ ῥήτωρ ἢ ἐγγύς τι καὶ παραπλήσιον· ὥσπερ ἐγὼ ἔλεγον πρὸς Πῶλον] Ad Sect. 15 p. 140; ubi ſtatuitur, peritiam ſophiſticam atque adulterinam rhetoricam geminas

 eſſe

eſſe τῆς κολακείας ſpecies. Utraque illarum fallax eſt et ἄτεχνος. Utraque porro, uti docet hîc Plato, contra ſuam ipſius profeſſionem agit; ſive docendi mercedem lite perſequitur ſophiſtica; ſive politica, ars illa, quæ a Noſtro definita eſt ἐπιστήμη ποιητικὴ δικαιοσύνης ἐν πόλει, de injuriis a civitate illatis queritur. Quamvis enim maximis querelis de feritate atque inconſtantia populi referti ſint veterum libri, hac de re tamen ipſos rerum publicarum adminiſtros culpare non dubitavit integerrimus orator, Platoniſque auditor, Demoſthenes in *Orat.* Περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσ. *Ed. Morelii* p. 58; aſſerit enim ab his ipſis Athenienſes φοβεροὺς καὶ χαλεποὺς fuiſſe reditos.

P. 281, l. 1. κάλλιόν ἐστι σοφιστικὴ ῥητορικῆς] Sopatrus Apam. *Prolegg. in Ariſtidem*, p. 6 *Ed. Jebb.* Γίγνεται, φησὶν (Plato), ὁ ῥήτωρ τῆς σοφιστικῆς διάκονος καὶ ὑπηρέτης, ὥσπερ ὁ δικαστὴς τοῦ νομοθέτου.

l. 2. ὅσωπερ νομοθετικὴ δικαστικῆς καὶ γυμναστικὴ ἰατρικῆς] Utrumque hoc refellere conatur Ariſtides, nempe κάλλιον εἶναι νομοθετικὴν δικαστικῆς, et γυμναστικὴν ἰατρικῆς. *Communi Apol.* p. 278—291. Ubi, ut ante dixi, p. 390, δικαιοσύνης, non δικαστικῆς, legens Ariſtides juſtitiam univerſalem a Platone intelligi fingit. Optime Sopatrus in *Prolegg.* Τοῦ μὲν σώματος θεραπείαν λέγει, (Plato) τήν τε γυμναστικὴν, τήν τε ἰατρικήν. ἡ μὲν γὰρ ὅλως οὐ συγχωρεῖ νοσεῖν τὴν ἀρχὴν, ἡ γυμναστική· ἡ δὲ ἰατρικὴ τὸ νοσοῦν θεραπεύει. καὶ ἀμφοτέρας μὲν ἐπαινεῖ τὰς παρασκευὰς, ἐπὶ πλέον δὲ τὴν γυμναστικὴν τῆς ἰατρικῆς. φησὶ γὰρ μὴ νοσοῦν ὅλως ἀρχὴν (Deeſt ἄμεινον εἶναι, vel εὐδαιμονέστερον εἶναι. Vide *Gorgiam* p. 175) ἢ νοσοῦντα θεραπεύεσθαι. ὁμοίως πάλιν καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς δύο μέρη δίδωσι, τὴν νομοθετικὴν, καὶ τὴν δικαστικήν. ἡ μὲν γὰρ, φησὶ, διδάσκει τά τε δίκαια καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ συμφέροντα· ἡ δὲ τοῦτα παραβαίνοντας κολάζει, καὶ βελτίους ἀπεργάζεται. καὶ γίνεται, φησὶν, ἰατρικὴ πονηρίας ἡ δίκη. p. 6. Quæ docet Plato, calculo ſuo comprobantem vide Joach. Camerarium, *Quæſt. Promiſc.* 2, 4, apud Gruteri *Facem Artium*, Tom. iv. p. 20.

l. 4. παιδεύουσιν ὡς] παιδεύουσι ὡς *Edd.* ante Steph.

P. 282, l. 1. ἀφαιροῖ] ἀφαιρεῖ *MS. Reg.*

l. 2. ἀλλ᾽ ᾧ μόνῳ ἀσφαλὲς &c.] ὁ pro ᾧ *MS. Reg.* male. ἀλλὰ

ὁ ſuper-

ὃ ſuperſcribitur. Adhibetur hoc loco ᾧ pro αὐτῷ, vel ἐκείνῳ. In nominandi caſu habet Plato frequenter ἦδ' ὅς, pro ἔφη δ' αὐτὸς, et ad p. 23, l. 4, καὶ ὃς ἐθαύμασεν, pro καὶ αὐτὸς ἐθαύμασεν. In *Sympoſio* quoque καὶ ἣ—ἔφη, pro καὶ αὐτὴ ἔφη, p. 208 C. Et in ipſo fine *Epiſt. Paulinæ ad Roman.* ᾧ pro αὐτῷ poni videtur. Iiſdem uſus eſt argumentis contra ſophiſtas Iſocrates, init. *Orat.* Κατὰ τῶν Σοφιστ. p. 328 &c. *Ed. Battie.* Xenophon porro teſtatur valde miratum fuiſſe Socratem, εἴ τις ἀρετὴν ἐπαγγελλόμενος—φοβοῖτο μὴ ὁ γενόμενος καλὸς κἀγαθὸς τῷ τὰ μέγιστα εὐεργετήσαντι μὴ τὴν μεγίστην χάριν ἔχῃ. *Mem. Socr.* 1, 2, 7. Si quis objecerit, ἀρετὴν ſophiſtis non probitatem fuiſſe, ſed virtutem illam, κατὰ ἣν ἄνθρωποι ἀγαθοὶ τὰ ἀνθρώπων ἔργα, (Maximi verbis utor in *Diſſert.* 38, vulgo 22,) οἶκόν τε οἰκονομεῖν δεξιῶς, καὶ ἐν πόλει πολιτεύεσθαι καλῶς, meminiſſe eum oportuerit, quomodo definiverit civilem virtutem Plato. Πολιτική, ἐπιστήμη καλῶν καὶ συμφερόντων. ἐπιστήμη ποιητικὴ δικαιοσύνης ἐν πόλει. *Definit.* p. 413 B.

l. 3. εἴπερ τῷ ὄντι δύναιτό τις ἀγαθοὺς ποιεῖν] Quod interim nequaquam putabat Socrates; aliter enim de virtutis acquiſitione ſtatuebat. Videſis notam ad p. 312.

l. 4. διὰ ταῦτ' ἄρα] διὰ ταῦτ' ἐστὶν ἄρα *MS. Reg.* bene.

l. 8. βέλτιστος] βέλτιστον ſed recte ος ſuperſcript. *MS. Reg.*

l. 9. αὐτοῦ] αὐτοῦ *Ald.* et *Baſileenſes*, *MS.* quoque *Reg.* ubi tamen ſupra ſcribitur recenter ἑαυτοῦ.

ibid. διοικοῖ] διοικεῖ ſupra recenter *MS. Reg.*

ibid. αἰσχρὸν νενόμισται μὴ φάναι συμβουλεύειν, ἐὰν μή τις αὐτῷ ἀργύριον διδῷ] Minus certe honeſta erat Socratis atque Platonis ævo mercedis ob inſtitutionem exactio. Si quis alium præter hunc locum requirat teſtem, adeat *Socratis Apol.* §. 4. In *Hippia* quoque *Majori* refertur, p. 282 C, neminem e veteribus philoſophis ad Anaxagoræ uſque tempus doctrinæ mercedem exegiſſe; et primum omnium Protagoram ſophiſtam hunc induxiſſe morem aſſerit Philoſtratus, L. 1 *Vitt. Sophiſt.* p. 498 *Ed. Morelli.* Medicis quoque doctrina ἄμισθος injungitur Hippocratis juramento, cujus religione obſtricti ſunt olim omnes, quicunque artem profitebantur. Vide Fœſium in Hippocratem,

tem, p. 29. Et, ſi criticos, ſive Homeri interpretes, excipias, quos æra meruiſſe ex Xenophontis *Sympoſ.* c. 3, apparet, ſophiſtis ſolis ex literatis aliquandiu mos ille fuiſſe videtur; quorum in docendo avaritiam nullibi non Plato, aliique plures, incuſarunt. Ita centum minas a diſcipulis exegiſſe Gorgiam ſupra notavi. p. 360. Primuſque Socraticorum Ariſtippus erat, qui ejuſmodi quid feciſſe refertur, improbante interim magiſtro ipſius Socrate. Vide Laertium, *Vit. Ariſtippi* principio, qui idem de Æſchine quoque Socratico in *Vita* ejus tradidit. Socratem vero ipſum nunquam a diſcipulis exegiſſe mercedem, ex plurimis patet teſtimoniis. Vide locum ex *Apologia* jam citatum, *Euthyph.* §. 3, *Hip. Maj.* p. 300 D, et Xenophontis *Apol. Socr.* §. 16. Imo ad §. 18 *Platonicæ Apologiæ* gloriatur ipſe, accuſatores ſuos, qui adeo impudenter cætera omnia objecerant, nequaquam auſos fuiſſe ejuſmodi quid afferre. Unde οὐ προσηκόντως ſcripſiſſe videtur Comicus in *Nubibus*, v. 98, ſi ibi vellet innuere, ſolitum eſſe exigere mercedem *Socratem*. Πῶς ἂν, bene interrogat ad locum Scholiaſta, μισθὸν ἐπράττετο παρὰ τῶν συνόντων, ὁ λέγων περὶ αὐτοῦ, ὅτι οὐδὲν οἶδα;

P. 283, l. 8. παγκαλεῖς] παγκαλεῖ *Ald.* et *Baſ.* 1. mendoſe.

ibid. Εἴ σοι Μυσὸν γε ἥδιον καλεῖν] Mendoſus eſt hic locus, et fortaſſe voces aliquot deſunt. STEPH. Emendaverat Cornarius, Εἰ μὴ σοὶ Μυσῶν γίνεσθαι ἥδιον λέαν, qui unâ voce, nempe Μυσῶν, in *Codice MSto* repertâ, reliqua ex ingenio mutabat. Caſaubonus quoque in *Notulis* ſuis *MStis*, de quibus primo mentionem feci ad p. 323, ita legendum monet, Εἰ μὴ σοὶ Μυσῶν γε ἥδιον εἶναι λέαν, ſcribitque, ſe poſtea ita reperiſſe emendatum in Verſione Ficini a Tremuleo, qui tamen apoſiopeſin in ſequentibus verbis (ὡς, εἰ μὴ ταῦτά γε ποιήσεις) non explicuit bene, nam ὡς valet hîc *nam*, et tollenda interrogatio poſt ποιήσεις. Caſaubonum in hac emendatione omnino ſequendum duco, niſi malueris pro λέαν λείᾳ dativum legere. Et felici ejus atque Cornarii conjecturæ nonnihil hoc quoque favet, quòd Timæus inter voces Platonicas vocem Λεία explicavit, quam in Platone ſe nuſquam reperiſſe teſtatur Timæi

mæi editor Rhunkenius. Proverbium, *Μυσῶν λεία*, ab aliis uſurpatum eſt auctoribus, quorum nomina videre eſt apud Parœmiographos. Ita explicat id Suidas: Μυσῶν λεία. *παροιμία ἐπὶ τῶν κακῶς διαπαρζομένων. οἱ γὰρ περίοικοι κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον (κατὰ τὴν Τελέφου τοῦ βασιλέως ἀποδημίαν) τοὺς Μυσοὺς ἐληίζοντο.* Porro aliud eſt proverbium gentis iſtius ſummum contemptum declarans, nempe Μυσῶν ὁ ἔσχατος, quod cum ab aliis, tum a Noſtro adhibetur in *Theæteto* p. 209 B. Lectio corrupta, Εἰ σοὶ Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν, in omnibus *Edd.* atque *MS. Regio* extat, nec diverſum quid a Ficino videtur eſſe inventum, qui vertit, *Si mavis o Socrates Myſiom vocari, vocaberis utique*; niſi quod *καλεῖσθαι* pro *καλεῖν* legerit, aut maluerit.

l. 13. *ἵνα μὴ αὖ καὶ ἐγὼ*] Abeſt *καὶ* *MS. Reg.*

P. 284, l. 1. *ὅ,τι*] *ὅτι* male *Ald.*

l. 3. *εἰ δὲ αἰσχρῶς, κακῶς*] *Quidam vet. εἰ δὲ αἰσχρῶς, καὶ κακῶς.* Steph. In verbis ſtatim hæc antecedentibus Ficinus videtur legiſſe *καὶ αἰσχρῶς.*

ibid. *Ὥς μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, πιστεύειν*] Ita edidit Stephanus; ſed veriſſimæ, ut mihi videtur, lectionis non indicavit fontem. Forte vero ita in *Codice MS. Regio* ſcribitur, cum nullam ad hæc verba notavit vir doctus varietatem, qui in meam gratiam librum illum cum exemplo Stephaniano contulit. *Ὡς μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, πιστεύεις* *Ald.* et *Baſileenſes.* De ſequenti participio *εἰσαχθεὶς* Cornario minime aſſentior, qui in *εἰσαχθέντ*s mutandum id vult.

l. 5. *ἐν τῇδε τῇ πόλει ὅντινουν ἂν ὅ,τι τύχοι, τοῦτο παθεῖν*] *ὅτι* male *Ald.* et *Baſileenſes.* Nemo fere ignorat, quantum in politia Athenienſi valuerit centiceps multitudo. Athenis porro omnis angulus, ut ita dicam, hominibus perditis repletus eſt, qui quæſtum accuſatorium exercebant. Teſtis ſit Xenophon, *Mem. Socr.* L. 3, c. penult. Monet Socratem apud *Menonem* Anytus cavere ſibi, *ὡς*, inquit, *ἴσως μὲν καὶ ἐν ἄλλῃ πόλει ῥᾴδιόν ἐστι κακῶς ποιεῖν ἀνθρώπους, ἢ εὖ, ἐν τῇδε δὲ καὶ πάνυ.* p. 94 E.

l. 9. *περὶ τούτων τινὸς κινδυνεύων*] *κινδύνων* edidit Stephanus. Sed veterem revocavi lectionem, quam exhibent *Edd. Vett. Cod. MS. Reg.* et Ficini *Verſio.*

l. 11. εἰσιέναι] εἰσαγάγοι *MS. Reg.* Attice.

P. 285, l. 4. νῦν] Abeſt *MS. Reg.*

ibid. ὅ,τι] ὅτι *Ald.* et *Baſileenſes.* male.

l. 9. εἰ αὐτοῦ κατηγοροῖ τις] Habet εἰ αὐτοῦ τις κατηγοροῖτο Thomas Magiſter, dum verba hæc affert ad v. Κατηγορῶ, ut oſtendat κατηγοροῦμαι paſſivum pro κατηγορῶ ſemel adhiberi. Sed vitioſo codice uſus eſſe cl. Oudendorpio videtur.

l. 11. ἰσχναίνων] Ita *Baſ.* 2 et *MS. Reg.* ἰχναίνων *Ald. Baſ.* 1 et *Steph.* Ubi Stephanus, "Rectius ἰσχναίνων: licet aliqua illius etiam ſcripturæ exempla afferantur." Sed dubito, an ſenſu *attenuandi corpus.*

l. 13. ὑμᾶς] ἡμᾶς *Baſ.* 2. male.

l. 14. τί ἂν οἴει] τί οὖν οἴει *Baſ.* 2. minus bene.

P. 286, l. 1. ἢ εἴποι &c.] Fortaſſe ἢ εἰ εἴποι, ut ante ὁπόσον ponatur tantum hypoſtigme. STEPH. Quidni legatur εἰ εἴποι? Periodus eſt ante ὁπόσον in *Ald.* et *Steph.* Interrogandi nota in Ficini *Verſione* et *Baſileenſibus.* Habet ἢ εἴποι *Codex* quoque *Reg.*

l. 4. ὅ,τι] ὅτι *Ald.* et *Baſileenſes.* male.

l. 8. ὠφελείας νομίζουσιν. ἐγὼ δὲ οὔτε τοὺς] Vertitur a Ficino, quaſi legeretur, ὠφελείας νομίζουσιν, ἐγὼ δὲ οὔ. οὔτε τούς. ὠφελίας *MS. Reg.* ſed recenter ὠφελείας aliâ manu.

l. 13. τὸ ὑμέτερον δὴ τοῦτο] *Hoc profecto veſtrum commodum eſt.* Ait Socrates ἀπολογούμενος §. 18, οὐ γὰρ ἀνθρωπίνῳ ἔοικε, τὸ ἐμὲ τῶν μὲν ἐμαυτοῦ ἁπάντων ἠμεληκέναι, καὶ ἀνέχεσθαι τῶν οἰκείων ἀμελουμένων τοσαῦτα ἤδη ἔτη, ΤΟ ΔΕ ΥΜΕΤΕΡΟΝ πράττειν ἀεὶ, ἰδίᾳ ἑκάστῳ προσιόντα, ὥσπερ πατέρα ἢ ἀδελφὸν πρεσβύτερον, πείθοντα ἐπιμελεῖσθαι ἀρετῆς. Nec in aliam ſententiam verba, το ὑμέτερον δὴ τοῦτο, interpretes acceperunt. Sed Waldgravius in *Adnott. MSS.* ſic explicat: *Hæc eſt quæſtio, quæ ſub judice eſt; res iſta ad vos pertinet, ſive juſta ſive injuſta.* Audioque Socratem in *Apologia* dicentem, ὑμῖν ἐπιτρέπω καὶ τῷ θεῷ κρῖναι περὶ ἐμοῦ ὅπῃ μέλλει ἐμοί τε ἄριστα εἶναι καὶ ὑμῖν. §. 24. Sed malo, quam prius attuli interpretationem. καὶ πράττω cum his verbis conjunxerunt *Edd.* ante Steph. et Ficini *Verſio.*

P. 287, l. 3. ὑπάρχει] ὑπάρχοι *MS. Reg.*

l. 4.

l. 4. *μήτε περὶ*] *καὶ μήτε περὶ* *Baſ.* 2. minus bene.

l. 6. *αὕτη γάρ τις βοήθεια* &c.] Vide ſupra p. 253.

l. 10. *καὶ εἰ διὰ ταύτην*] *καὶ ἰδίᾳ τ.* *MS. Reg.* mendoſe.

l. 12. *εὖ οἶδα ὅτι ῥαδίως ἴδοις ἄν με φέροντα τὸν θάνατον*] Mira cum *ἀκριβείᾳ* Socrates ſui judicii modum atque exitum prædicit. Unde Joannes Clericus in *Sylv. Philolog.* "Si hæc vere "dicta fuerint a Socrate, non ſcripta tantùm a Platone, ut "exprimeret conſtantiam Socratis, et quomodo adfectus eſſet, "oſtenderet, fuit profecto hoc vaticinium. Certe, ex re ipſa, "ita ſe habuiſſe animum Socratis liquet." c. 3, §. 8, p. 220. Mortem ei minime præter ſpem accidiſſe ex *Apol. Socr.* conſtat, §. 25; ſed tamen collegi ante ad p. 361 ex ipſa prædictione philoſophi, conditum fuiſſe dialogum poſt mortem ejus; quoniam venuſte atque convenienter ſcripſiſſe mihi videtur Plato, non revera vaticinatus eſſe Socrates.

l. 14. *ἄλογός τε*] *ἀλογιστός τε* *Baſ.* 2 et *MS. Reg.* Affertur quoque ad marg. *Ed. Steph.*

P. 288, l. 3. *Ἀλλ' ἐπειδήπερ καὶ*] *ἀλλ' ἐπί πέρ γε καὶ* *MS. Reg.*

l. 5. ΑΚΟΥΕ *δὴ* (*φασὶ*) *μάλα καλοῦ λόγου* &c.] Laudata hæc ſunt a Plutarcho *ad Apollonium*, p. 120 *Ed. Pariſ.* uſque ad vocem *ἀλλήλοιν* p. 291, l. 11. Ab Euſebio, uſque ad vocem *λέγειν* l. 3 hujuſce pag. nempe in L. 12 *Præp. Evang.* c. 6, p. 577 *Ed. Vigeri.* Ubi omnia fere, quæ reſtant dialogi, deſcripſit. A Theodoreto verba eadem citantur in *Græc. Affectuum Curatione*, Serm. XI, p. 649 *Ed. Sirmondi.* Apud Stobæum denique *Eclogg. Phyſicis*, L. 1, p. 142 *Ed. Antverp.* exſcribitur Plato uſque ad voces *τῶν ἀνθρώπων* incluſivè, l. 11 hujus pag. unde manci extitiſſe Stobæi codices videntur, reſumiturque citatio apud impreſſos cum voce *τοὺς*, p. 291, l. 3. Pro *φασὶ* male exhibent *φησὶ* Plutarchus et Stobæus. Theodoreto vox abeſt.

l. 6. *ὃν σὺ μὲν ἡγήσῃ μῦθον, ὡς ἐγὼ οἶμαι· ἐγὼ δὲ λόγον.*] *μῦθον* poſt *οἶμαι* Plutarchus. *ὡς ἐγᾦμαι* Euſebius. *ὁ ἐγᾦμαι* mendoſe Stobæus. Primitus vox *μῦθος* idem, quod *λόγος*, valebat; atque apud Platonem *vetuſtam quandam narrationem* frequenter deſignat, *quæ res divinas tradens, vera involucris tegit.* Quod

 non

non abhorrere a notione, quæ voci λόγος hîc ſubjecta eſt, opinor. Platonis autem ævo diſtingui verba hæc ſolebant, uti cum ex hoc loco conſtat, ubi eadem tanquam falſum et verum ſibi opponuntur, tum ex L. 9 *De Legg.* p. 872 D, et *Phædon*, §. 4.

l. 7. λέξω] λέγω Euſebii *MS. Coll. D. Joan. Baptiſtæ.* λέγεσθω Theodoretus.

ibid. ὥσπερ γὰρ Ὅμηρος λέγει, διενείμαντο &c.] *Il.* ο, v. 181, ubi hæc Neptunus:

> Τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου ἐσμὲν ἀδελφεοὶ, οὓς τέκε Ῥείη,
> Ζεὺς καὶ ἐγὼ, τρίτατος δ' Ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων.
> Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς. &c.

l. 9. παρέλαβον] ἔλαβον Stobæus.

l. 10. ἐπὶ Κρόνου] καὶ ἐπὶ Κρ. Plutarch. et ſtatim poſt, ἔτ' ἐστὶν Stob.

l. 11. τὸν μὲν δικαίως τὸν βίον διελθόντα] τὸν βίον poſt διελθόντα Plutarchus. Exſcribuntur verba hæc et ſequentia uſque ad vocem ἰέναι, l. 1 pag. proxime ſequent. ab Euſebio duobus locis *Præparationis Evang.* ſcil. ad L. 6, p. 577, et L. 13, p. 699, ſine ulla varietate lectionis. A Theodoreto, *Græc. Affect. Curat.* Serm. xi, p. 649. A Suida quoque v. Πλάτων, et Georgio Cedreno *Hiſt. Compend.* p. 132 *Ed. Baſil.* qui ambo, ut videtur, eodem uſi ſunt Platonis repetitore; aliquo forte eccleſiæ patre, nam apud Suidam ſubjungitur, Ταῦτα ἐκ τῶν Αἰγυπτίων μεμάθηκε, ſcil. Plato. Inſeruntur porro ſimilia ibidem poſt aliam ῥῆσιν ex hoc dialogo ſumptam. διεληλυθότα pro διελθόντα Theodoret. Suid. et Cedrenus.

l. 12. ἐπειδὰν τελευτήσῃ] ἐπειδ' ἂν τ. *MS. Reg.* atque ita ſæpe infra. Habebat Theodoretus quoque, ut ex Fulvii Urſini *Emendatt.* conſtat, p. 443 *Ed. Garnerii*, ἐπειδ' ἂν τελευτήσει. ἐπειδὰν ſcriptura eſt in Theodoreti *Cod. MS. Bodl.*

ibid. μακάρων νήσους] Inſulis quibuſdam omnium fere veterum ſcriptorum conſenſu beatorum poſt mortem ſedes aſſignabantur, etſi de illarum ſitu dubitetur. Conf. Plutarchum in *Sertorio*, p. 571 E et deinc. ubi inſulæ, quæ olim dictæ ſunt fortunatæ, deſcribuntur, Strabo. L. 3, p. 150 *Ed. Caſaub. Pariſ.* Heſiod. *Op. et Dies*, L. 1, v. 169, Pindar. *Olymp. Od.* 2, v. 127,

Horat.

Horat. *Od.* 4, 8, 27, atque *Epod.* 16, 41. Ex amœnis locis in Ægypto prope Memphim ſitis decantata illa de mortuorum habitationibus primitus tranſlata fuiſſe, aſſerere ſolebant Ægyptii. Vide Diod. Sic. L. 1, c. 96, p. 108 *Ed. Weſſeling.*

ibid. ἀπίοντα] Deeſt in Suida et Cedreno.

l. 13. ἐκτὸς κακῶν] κακῶν ἐκτὸς Suidas et Cedrenus.

l. 14. εἰς τὸ τῆς πίστεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον] εἰς τὸ τῆς δίκης τε καὶ τίσεως δ. Plutarchus. κρίσεως pro πίστεως Theodoretus, Suidas, et Cedrenus. πίστεως mendoſe Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* ſecundo loco. Hic eſt L. 13. Abeſt τῆς Suida.

P. 289, l. 1. ὃ δὴ Τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι] Poſt καλοῦσι Cedrenus addit καὶ εἰς τὸν Ἀχέροντα καὶ Κωκυτόν. Quæ recte neſciunt cæteri.

ibid. τούτων δὲ δικασταὶ ἐπὶ Κρόνου] τούτων δὲ οἱ δ. ἐ. Κ. Plutarchus. καὶ ἐπὶ Κ. habebat Plutarchi *Codex Turnebinus.*

l. 2. καὶ ἔτι νεωστὶ, τοῦ Διὸς τὴν ἀρχὴν ἔχοντος] Vertunt interpretes, quaſi ſenſus fuerit, *atque etiam ſub ipſo Jove regnare nuper incipiente.* Mihi autem hoc νεωστὶ antecedentibus, ἐπὶ Κρόνου, opponi videtur. Nam mos iſte, quanquam eſſet jam diu obſoletus, tamen *nuper* remanſiſſe dici poterat, ſi ad antiquiſſima Saturni tempora, quibus etiam is obtinuit, reſpiceretur, cujus nomen Græcum, Κρόνος, ſive Χρόνος, de rebus antiquiſſimis adhibetur. Atque voces iſtas, νεωστὶ, πάλαι, et ſimiles, eſſe τῶν πρός τι, et ad aliquid ſemper referri, ex Caſaubono alibi notavi. Vide ſupra p. 470. Neque neglexit Stephanus interpungere poſt νεωστί.

l. 3. ἐκείνῃ ἡμέρᾳ δικάζοντες ᾗ μέλλοιεν τελευτᾶν] ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ Plutarchus. τελευτήσειν pro τελευτᾶν ejuſdem *Ed. Baſil.* nec male. In Ægypto, referente Diodoro, L. 1, c. 92, p. 102, judicia de mortuis ad ſepulturæ diem haberi ſolita ſunt. Et multa Orpheus, ſi modo verum narraverint Ægyptii, ex hac regione tranſtulit in Græcorum fabulas. Vide p. 107. Hinc igitur originem ſuam traxiſſe poterat commentum iſtud. Nec inficete conjicit cl. Warburtonus in *Divina Legatione Moſis Demonſtrata,* L. 2, §. 4, p. 326 *Ed. 5tæ,* illam judicii ſupremi,

quæ

quæ mox narratur, immutationem ex eodem ductam fuiſſe fonte, eo quod veriſimile ſit, morem Ægyptium propter judicum atque teſtium iniquitatem ab Ægyptiis tandem ſublatum eſſe. Acute, ut ſolet, interpretatur Ficinus in *Argumento:* " Quod autem dicit, quondam erraviſſe judices in viventibus " judicandis, duo nobis ſignificat. Primum quidem, non di- " vinum ſed humanum circa virtutes et vitia decipi. Secun- " dum vero, divinam providentiam in ſeipſa prævidiſſe judi- " cia fore falſa, ſi a viventibus in hoc corpore vivi judica- " rentur. Ideoque non ex quodam tempore, ut verba ſonant, " ſed ab æterno judicium poſt hanc vitam fieri ſtatuiſſe." Poſterius iſtud quodammodo confirmari putem verbis illis Jovis, quæ paulo infra ſequuntur; ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἐγνωκὼς πρότερος ἢ ὑμεῖς, ἐποιησάμην δικαστὰς υἱεῖς ἐμαυτοῦ. l. 11 pag. ſequentis.

l. 4. κακῶς οὖν αἱ δίκαι ἐκρίνοντο] ἔπειτα αἱ δίκαι πως οὐ καλῶς ἐκρίνοντο Plutarchus.

l. 5. οἱ ἐπιμεληταὶ ἐκ μακάρων νήσων ἰόντες] οἱ ἐπιμεληταὶ οἱ ἐκ μ. ν. ἰ. Plutarchus. Nec aliter forte legerit Ficinus, qui vertit, *beatorum curatores inſularum.* Memorentur, nec ne, apud alium quemlibet auctorem procuratores iſti, ignoro.

l. 6. σφιν] σφίσιν Plutarchus.

l. 8. γιγνόμενον] γινόμενον Plutarchus. minus Attice.

l. 9. αἱ δίκαι] αἱ δ' δίκαι Plutarchi *Ed. Baſ.*

l. 10. πολλοὶ οὖν (ἦ δ' ὃς) ψυχὰς πονηρὰς ἔχοντες] πολλοὶ μὲν οὖν ἴσως, ἦ δ' ὅς, πονηρὰς ψυχὰς ἔ. Plutarchus.

l. 14. καὶ ἅμα] Abeſt καὶ Plutarcho.

l. 15. περὶ τῆς ψυχῆς τῆς αὐτῶν ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα] ἑαυτῶν Plutarchus. Poſt ὦτα addit *Baſ.* 2 καὶ ὀδόντας. In *Codice Reg.* ſupra ſcribitur recentiori manu. Ad marg. quoque *Ed. Steph.* affertur. Sed inepta mihi videtur lectio.

P. 290, l. 2. ἐπίπροσθεν γίγνεται] ἐπιπρόσθεσις γ. Plutarchus, uti Cornarius notavit, recipiendum id judicans. Ficinus vertit, *hæc enim omnia illis obſtacula ſunt*; nec tamen clarum eſt, legiſſe eum ἐπιπρόσθεσις, ſive ἐπιπρόσθησις, quum adverbium ἐπίπροσθεν, quod habent Platonis libri, ita reddi poſſit,

et

et debeat. γίνηται minus Attice Plutarchus.

ibid. τὰ αὑτῶν ἀμφιέσματα] Verba hæc, et quatuor illa proxime poſt ſequentia, citavit Thom. Magiſter, v. Ἀμφίεσμα, ubi αὐτῶν male legitur. τὰ ἑαυτῶν ἀμφιάσματα Plutarchus.

l. 3. πρῶτον μὲν οὖν, ἔφη, παυστέον ἐστὶ προειδότας αὐτοὺς τὸν θάνατον] Abeſt ἔφη Plutarcho. Hæc de hominibus ſuam ipſorum mortem præſentientibus, non de judicibus mortem aliorum, accipienda eſſe, ſatis, opînor, declarat cauſa ipſa adimendi hanc præſcientiam; ne videlicet teſtes aliaque adjumenta homines injudicati ſibi præpararent.

l. 4. νῦν γὰρ προΐσασι] νῦν μὲν γὰρ π. Plutarchus.

l. 5. τῷ Προμηθεῖ] Ei, qui primus homines finxiſſe dicitur.

l. 5. ὅπως ἂν παύσῃ αὐτὸ αὐτῶν] Abeſt αὐτὸ *Cod. MS. Reg.* et Plutarcho αὐτῶν.

l. 6. ἔπειτα γυμνοὺς κριτέον &c.] Citata hæc ſunt ab Euſebio et Theodoreto, locis ad p. 505 memoratis, uſque ad voces, κρίσις ᾖ, l. 11.

l. 7. δεῖ] δὴ mendoſe Euſebii *MS. Coll. D. Joan.* et Theodoreti *MS. Bodl.* Vide et F. Urſini *Emendatt.* p. 443; ubi etiam conſtat abſuiſſe interdum Theodoreto articulum ante κριτήν.

l. 8. αὐτῇ τῇ ψυχῇ] αὐτῇ δὲ τῇ ψ. Euſebii *Edd.* ſed rectius abeſt δὲ Ejuſd. *MS. Coll. D. Joan.*

l. 9. ἔρημον πάντων τῶν συγγενῶν· καταλιπόντα &c.] ἁπάντων Plutarchus. Abeſt τῶν Theodoreto. καὶ καταλιπόντα Plat. *Ed. Baſ.* 2, *MS. Reg.* et forte Ficinus. Euſebii quoque *MS. Coll. D. Joan.* καὶ καταλείποντα Euſebii *Edd.* Ubi adnotata hæc ſunt a Vigero, "Ficinus hæc de reo ipſo, aut judicium ſubeunte "accipit, non de Judice. Equidem id quoque mallem, ſi "verba paterentur. Paterentur autem, ſi pro καταλείποντα, "ſive καταλιπόντα, quod habet Plato, legeretur καταλιποῦσαν· "vel certè ἔρημον in ἐρήμου, et καταλιπόντα in καταλιπόντος mu-"taretur." Hæc de anima rea accipi debere, ſatis manifeſtum eſt; neque ullam tamen correctionem verba ipſa poſtulare putem, quippe quum propter illa interpoſita, ἐξαίφνης ἀποθανόντος ἑκάστου, generis fieri mutatio videatur.

l. 10.

l. 10. ἐπὶ τῆς γῆς] Abeſt articulus τῆς Euſebio et Theodoreto. ψυχῆς pro γῆς Plutarchi *Ed. Baſ.* male.

ibid. ἵνα δικαία ἡ κρίσις ᾖ] ἵνα δὴ δικαία ἡ κ. ᾖ Euſebius. ἵνα ἡ κρίσις δικαία ᾖ Plutarchus.

l. 11. ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἐγνωκὼς πρότερος ἢ ὑμεῖς] Vide finem notæ paulo ſupra exaratæ ad p. 508. Abeſt μὲν Plutarcho, qui et πρότερον legit.

l. 12. ἐκ τῆς Ἀσίας, Μίνω &c.] Cretæ regem, et βασιλεύτατον θνητῶν βασιλήων, ſcribente Heſiodo apud Platonem in *Minoe*, p. 320 D. Leges ab eo, atque fratre Rhadamantho, Cretenſibus poſitas omnium antiquiſſimas eſſe, quibus utebantur Græci, refert Plato in eodem dialogo, p. 318 D. Propter eaſdem, (a Platone alibi quoque maximis laudibus prædicatas,) atque juſtitiam ejus per terrarum orbem celebrem, tantus honos habitus illi poſt mortem, ut apud inferos jus dicere fingeretur. Sed duo Minoes fuere, qui ambo Cretæ præſidebant, quique ſæpe ſecum invicem confunduntur. Conſ. Meurſii *Opera Miſcell.* in tractat. *De Creta*, L. 2, c. 2, alibique. Quî fit interim, ut Minos cum Rhadamantho fratre Aſiæ hic aſcribantur, cum uterque inſulam Cretam incoluerit? Certe ortu materno Aſiani erant, qui matrem habebant Europam Cadmi *Phœnicis* ſororem. Vide Euſtath. in *Il.* ο, p. 982 *Ed. Baſil.* Et Cretæ non indigena, ſed advena fuiſſe, Minos a quibuſdam ferebatur, perhibente Strabone L. 10, p. 477 *Ed. Caſaub. Pariſ.*

l. 13. Ῥαδάμανθυν] Judicandi apud inferos officio hunc etiam heroem defungi, narrabat antiquitas, qui juſtiſſimus fuiſſe ab omnibus perhibentur. Conſ. Diod. Sic. L. 5, c. 79, p. 394 *Ed. Weſſeling.* Ariſtid. in *Orat.* ὑπὲρ τῶν τέσ. p. 147 *Ed. Jebb.* et Platonem in ipſo exordio *Legum*. Sub Minoe fratre jus dicebat, ab eo tamen in univerſa politica non inſtitutus fuit. Plato in *Minoe* p. 320 B. Tradit autem ex Ephoro Strabo, p. 476, duos vixiſſe viros, quibus Rhadamantho nomen erat; imitatoremque fuiſſe Minoem priſci cujuſdam Rhadamanthi, qui primus Cretenſibus præſcripſit leges, a Jove eas ſe accepiſſe fingens. Quod ipſum cum alii legum latores, tum Minos

quoque

quoque populo perſuaſit, uti ibidem tradit Strabo.

ibid. Αἰακὸν] Tertius hic ex inferorum judicibus ἐπόπτης omnium Græcorum putabatur. Vide Plutarchum in *Theſeo*, p. 5 A. Fuit Jovis ex Ægina filius, atque Æginæ inſulæ rex; Pelei et Telamonis pater, Achillis atque Ajacis avus. Vide laudes ejus iſtorumque Æacidarum apud Iſocratem in *Euagora*, ſub init.

l. 14. οὗτοι οὖν ἐπειδὰν τελευτήσωσι, δικάσουσιν] δὲ δὴ vulgo Plutarchus pro οὖν, verum aliter *Turnebi* et *Vulcobii Codices*. δικάζουσι male Plutarchi *Ed. Baſ.*

ibid. ἐν τῷ λειμῶνι, ἐν τῇ τριόδῳ, ἐξ ἧς φέρετον τὼ ὁδὼ, &c.] τὰ ὁδὼ Plutarchus. minus Attice. De hoc loco, ubi via in duas partes dividitur, ſic Virgilius, *Æn.* 6, v. 540:

Hic locus eſt, partes ubi ſe via findit in ambas:
Dextera, quæ Ditis magni ſub mœnia tendit:
Hâc iter Elyſium nobis: at læva malorum
Exercet pœnas, et ad impia Tartara mittit.

Memoratur etiam ὁ λειμὼν in L. 10 *De Rep.* p. 616 B. Et in Dialogo, qui inſcribitur *Axiochus*, campus veritatis appellatur, §. 9, p. 112 *Ed. Clerici*: Scilicet ibi ψεύσασθαι ἀμήχανον, uti ſtatim poſt ait Socrates, §. 10.

P. 291, l. 1. εἰς] ἐς Plutarchus. Attice.

l. 2. τοὺς μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας &c.] De judicum inferorum officiis ac ſedibus alia ferunt alii. Confer Pindar. *Olymp.* 2, 137, Virg. *Æn.* 6, v. 432 et v. 566, Horat. *Od.* 4, 18, Stat. *Theb.* 8, 28, et Lucian. *Dial. Mort.* 20, p. 413 *Ed. Amſt.* Quos omnes inter ſe conciliare certe difficile erit. Judicum numero inſerit Triptolemum Plato in *Apol. Socr.* §. penult. "ne ſcilicet (notante Hemſterhuſio in Lucian. l. c.) vetuſtiſſimus "Athenienſium legiſlator haud minus atque illi (tres alteri) "apud Orci incolas juri dicundo non præeſſet."

l. 3. τοὺς δὲ ἐκ] τοῦ mendoſe Stobæus, qui, ut ſupra notavi, cum hac voce citationem reſumit, *Eclogg. Phyſicis*, L. 1, p. 142 *Ed. Antverp.* τοὺς δ' ἐκ Plutarchus.

l. 4. ἐπιδιακρίνειν] ἐπιδιακρῖναι Plutarchus vulgo, ſed ἐπιδιακρί-

νειν

νειν *Turnebi*, *Vulcobii*, et *Bongarſii Codd.* ἐπιδιακρῖναι Plutarchi *Ed. Baſ.*

ibid. ἐὰν ᾖ ἀπόρρητόν τι] In *Codice Reg.* ſupra additur ᾖ, inter ἐὰν et ἀπόρρ. ἐὰν ἀπόρρητόν τι ᾖ Plutarchus. ἐὰν ἀπόρρητον ᾖ Stobæus.

l. 5. ἡ κρίσις ᾖ περὶ τῆς πορείας τοῖς ἀνθρώποις] ᾖ κρίσις περὶ τῆς πορείας τῆς ἀνθρωπίνης Stobæus. Frequenter vox πορεία de ultimo hominum itinere adhibetur in L. 10 *De Rep.* p. 615. et deinc. Vide et *Axioch.* §. 20, p. 116 *Ed. Cler.*

l. 7. Ταῦτ᾽ ἐστὶν, ὦ Καλλίκλεις, ἃ ἐγὼ ἀκηκοὼς, πιστεύω ἀληθῆ εἶναι] Ταῦτά ἐστιν Euſebius et Theodoretus; quorum hic verba citavit in *Græc. Affectuum Curat.* Serm. 1, p. 475 *Ed. Sirmondi*; ille autem in *Præp. Evang.* L. 12, p. 577 *Ed. Vigeri*, pergens uſque ad pag. penult. dialogi, l. 4. Quum optima et utiliſſima res animo juſtitia ipſa in priori diſputatione viſa eſſet, Platoni ſupererat, ut poſt tractatum iſtiuſmodi argumentum juſtitiæ confirmandæ cauſâ in vita etiam poſt hanc futura præmium ejus fructumque oſtenderet. *Ad hunc juſtitiæ affectum pectoribus inoculandum nihil æque patrocinaturum vidit* (Plato), *quam ſi fructus ejus non videretur cum vita hominis terminari.* Macrob. *In Somnium Scip.* 1, 1. Atque talem coronidem ſimilibus harum diſputationibus ſolitum eſſe imponere ipſum Socratem ex *Theæteto* conſtat, p. 177 A. Exemplum autem vide in L. 10 *De Rep.* p. 612 et deinc. ubi præter futuram mercedem, quod vivo etiam præmium juſto homini contingit, exponitur. Hîc autem in *Gorgia* de præmiis pœniſque homines manentibus poſt mortem diſſerit, quod quidem ex fonte altiſſimæ vetuſtatis in patriam derivatum erat religionem. Graviſſima ergo nonnulla de ſtatu mortuorum traditurus, vetuſtam fabulam, cujus incerta eſt origo, adhibuit, pro more antiquo res hujuſmodi docendi, et quoniam commodiſſime per tales mythos veritas animo inculcari poterat. In iis enim multa veſtigia veri comparebant; nihilque melius aut certius habebat philoſophus in rebus circumſtantibus pingendis. Nonnulla etiam ex Homero ad ornandum illuſtrandumque locum ſcite ac venuſte adſcivit. Atque ad hunc modum Platonem μυθικῶς φιλοσοφοῦντα alibi

quoque

quoque videmus. Videlicet in L. 10 *De Rep.* et *Phædon.*

Nihil interim ſerio, ſed populariter tantum, de futuris præmiis atque pœnis a Platone ſtatui, opinatur *Divinæ Legationis Moſis Demonſtr.* clariſſimus auctor, L. 2, Sect. 3, et alibi. Noſtri vero philoſophi in hac re ὀρθοδοξίαν propugnarunt cum alii, tum vir ingenioſiſſimus Jacobus Geddes in *Diſſert. De Vett. Scriptorum, et in primis Platonis, Stilo*, Sect. 9 et 11; ubi hoc conatus eſt oſtendere, ſerio locutum eſſe de re ipſa Platonem, etſi oblectationis gratiâ innoxiis uſus ſit allegoriis. Aliquando habes Socratem, contra quam nunc agit, de his rebus dubitanter loquentem; is tamen ab ipſo Warburtono iiſdem fidem adhibuiſſe cenſetur. Conſ. *Div. Leg.* L. 3, Sect. 3, p. 121 *ed. 5tæ*. Atque hæc Socratis hæſitatio mori ejus ἀπορητικῷ partim tribuenda, partim rei ipſius rationi, quæ ante patefactionem ejus divinam minus claritatis habuit. Certe minime inde apparet tantam fidem non adhibuiſſe futuræ mercedi atque pœnæ Socratem, quantam ſuadere poterant argumenta illa rationeſque, quæ ipſi ex philoſophia ſua ſuppetebant.

Dum autem hîc et alibi meras fabulas veras ſe credere profitetur idem philoſophus, vult ſolummodo eaſdem eſſe veras, *quatenus* ſtatum præmiorum atque pœnarum declarant. Ita intelligendus eſt Euſebius, dum hujuſmodi præfigit titulum ῥήσει hinc deſumptæ de mortuorum judicio: Ὅτι μὴ μόνῳ λόγῳ ἀπεδέχετο τὴν πίστιν ὁ Πλάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ ἀληθείσει τούτοις πιστεύειν τε καὶ πεπεῖσθαι ὡμολόγει, οἷς καὶ ἡμεῖς (ſcil. Chriſtiani) πιστεύομεν. p. 575. Quo vult Euſebius, Platonem futuro præmiorum atque pœnarum ſtatui ſine fuco aſſenſum eſſe, non iis figmentis, quæ ad commodius veritatem docendam attulit, et quoniam iis meliora non haberet. Igitur hæ omnes fidem adhibendi ſignificationes ſic intelligi debent, tanquam ad animi immortalitatem, futurumque ejus munus reſtrictæ, quoniam apud illiuſmodi mythos allegoricos non in verbis immorandum, ſed rei ſignificatæ mentem adhibendum. Vide omnino, quomodo his figmentis gemella in *Phædone* concluduntur, §. 63, Τὸ μὲν οὖν ταῦτα διϊσχυρίσασθαι, inquit Socrates, οὕτως ἔχειν, ὡς ἐγὼ διελήλυθα,

θυθα, οὐ πρέπει νοῦν ἔχοντι ἀνδρί. ὅτι μέντοι ἢ ταῦτ' ἐστιν, ἢ τοιαῦτα ἄττα, περὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν καὶ τὰς οἰκήσεις, ἐπείπερ ἀθάνατόν γε ἡ ψυχὴ φαίνεται οὖσα, τοῦτο καὶ πρέπειν ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἄξιον κινδυνεῦσαι οἰομένῳ οὕτως ἔχειν. &c. Vid. et *Axioch.* §. ult. Notatu quoque dignum eſt, hanc Platonis νεκύιαν ab Homero fabularum patre incipere, eodemque finiri. Confer pagg. 288 et 296. Macrobius libro illo, quem principio hujus notæ memoravi, contra Epicureos Platonem defendens, quòd fabulis ſit uſus, docet quæ fabulæ philoſophis ſint conceſſæ; ubi erudite hæc, quæ ſequuntur, ſcribit: *A philoſopho, cum veritas argumento ſubeſt, ſolaque ſit narratio fabuloſa,—ſacrarum rerum notio ſub pio figmentorum velamine, honeſtis et tecta rebus et veſtita nominibus, enuntiatur. Et hoc eſt ſolum figmenti genus, quod cautio de divinis rebus philoſophantis admittit. In Somnium Scip.* 1, 2.

l. 8. τοιόνδε] τοιόν. δέ τι *MS. Reg.* τοιοῦτό τι Plutarchus.

l. 9. ὁ θάνατος τυγχάνει ὤν &c.] ὅτι ὁ θ. τ. ὤ. Plutarch. ἀθάνατος τυγχάνει ſine ὤν Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* mendoſe. οὖν pro ὤν Ejuſd. *Ed. R. Steph.*—In *Phædone* quoque definitio hæc mortis extat. Vide Sect. 9, et 12. In aliis quoque ſcriptoribus; uti oſtendit ſummum eccleſiæ Anglicanæ decus Joan. Pearſonius, *Expoſ. Symboli,* Artic. *Mortuus,* p. 211.

ibid. ὡς ἐμοὶ δοκεῖ] ἐμοὶ δὲ δοκεῖ Euſebii *MS. Coll D. Joan.*

l. 11. ἐπειδὰν δὲ διαλυθῆτον ἄρα ἀπ' ἀλλήλοιν, οὐ πολὺ ἧττον ἑκάτερον αὐτοῖν ἔχει τὴν ἕξιν τὴν αὐτοῦ] ἐπειδὰν διαλυθῆτον· et cum anteced. Euſebii *MS. Coll. D. Joan.* οὐδὲν ἧττον pro ἄρα ἀ. ἀ. ὀ. π. ἧ. Euſebii *Edd.* et *MS.* ἔχειν idem *MS.* et in Platonis *Cod. Reg.* ſupra aliâ manu ſcribitur. αὐτοῦ Platonis *Edd. Ald.* et *Baſileenſes,* cum Euſebio.

l. 13. ἥνπερ] ὥσπερ Euſebii *Edd.* ſed ἥνπερ *MS. Coll. D. Joan.*

ibid. ὅτε] ὅταν Euſebii *MS. Coll. D. Joan.*

ibid. τὴν φύσιν τὴν αὐτοῦ] καὶ τ. φ. τ. α. Euſebii *Edd.* Verum abeſt illud καὶ et poſterius τὴν Euſebio ſcripto. αὐτοῦ Platonis *Edd. Ald.* et *Baſileenſes,* atque Euſebius.

l. 15. εἴπνος μέγα ἦν] οἴπνος Euſebii *MS. Coll. D. Joan.* mendoſe. ἦν μέγα Euſebius.

P. 292,

P. 292, l. 1. τȣτȣ, καὶ ἐπειδὰν] καὶ τȣτȣ ἐ. Euſebii *Edd.*

l. 2. παχὺς καὶ] Abeſt παχὺς Euſebii *MS. Coll. D. Joan.*

ibid. ȣτως. κ͂] ȣτω. κ͂ *Baſ.* 2 et Euſebii *MS. Coll. D. Joan.*

l. 3. μαστιγίας αὖ εἴτις ἦν] ἢ μαστιγίας εἴτις ἦν Euſebii *Edd.* ἢ μαστιγίας οὗτος ἦν Ejuſd. *MS. Coll. D. Joan.* mendoſe.

l. 6. κατεαγότα εἴτου ἦν μέρη] ἢ κατεαγότα εἴτου ἦν μέλη Euſebius. *Gorgiæ* quoque *Codex Regius* habet μέλη. Imo et *Baſ.* 2, uti mihi perſuadeo, nam ibi μέλη poſt τεθνεῶτος extat, quod tali modo accidiſſe puto. Cum videlicet hoc verbum ad marginem exempli typographo imitandi ab iſtius editionis curatore adſcriptum erat, ut pro μέρη textui infereretur, alieno loco vox ponebatur. Ni magis credideris irrepſiſſe antea hunc errorem in librum aliquem manu exaratum, qui adornandæ illi editioni ſerviebat. Geminus eſt error, quem ante ad p 449 indicavi. Ad marginem quoque *Edit. Steph.* affertur μέλη. Sed alteram inveniſſe lectionem videtur *Vet. Interp.* Nihilominus tamen videtur melius εἴτȣ ἦν μέλη, quam μέρη, etſi μέρη τȣ͂ σώματος frequenter occurrat.

l. 7. ταῦτα ἔνδηλα] ταυτὰ ἔνδηλα Lectio a Stephano ad marg. allata. *eadem hæc apparent:* Vetus Ficini *Interp.* Deſunt verba apud Euſebium.

l. 8. ἐνὶ δὲ λόγῳ οἷος εἶναι παρεσκεύαστο τὸ σῶμα &c.] καὶ ἐνὶ λ. Euſebius. Omnia hic dicta de vibicibus aliiſque notis, quæ a corpore nuper mortuo, nec propterea ſtatim diſſoluto, retineri ſolent, nonniſi ad παραδειγματικῶς explicandam futuram animi affectionem præmittuntur.

l. 10. ταυτὸν δὴ] Indicatur etiam τȣ͂τον in *Cod. Reg.* ſcribæ manu, quod evidenter falſum eſt. Abeſt δὴ Euſebii *Edd.* non autem *MSto Coll. D. Joan.*

l. 13. ἃ διὰ τὴν ἐπιτήδευσιν ἑκάςȣ πράγματος ἔχειν ἐν τῇ ψυχῇ ὁ ἄνθρωπος] τὰ pro ἃ Euſebii *Edd.* Abeſt ἃ Ejuſd. *MS. Coll. D. Joan.* ἣν ἔχει Euſebius. Apud hunc etiam deeſt articulus ὁ.

P. 293, l. 1. οἱ μὲν] οἶμαι Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* mendoſe.

l. 6. ἑκάςῳ] ἑκάςη Ita Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.*

l. 7. ἐξωμόρξατο] ἐξορμόξατο, ſed ἐξωμόρξατο eâd. manu ſuperſcrip-

perſcriptum, *Codex Bodleianus*, qui redibat cum verbis ὁ ἄνθρωπος ad lin. ult. pag. anteced. Phavorinus quoque habet in *Lexico* ἐξορμόξεται, Ariſtophanem et Scholiaſtam ejus exſcribens. Locus Comici eſt in *Acharn.* v. 843, verum ibi, ut et in ſcholio, rectius ſcribitur ἐξόμοξεται.

ibid. κ̀ πάντα σκολιὰ ὑπὸ] καὶ πάντα τὰ σκολιὰ ὑ. *Baſ.* 2. vitioſâ repetitione. καὶ πάντα σκολιὰ κ̀ ὑπὸ *MS. Bodl.*

l. 8. διὰ τὸ ἄνευ ἀληθείας τετράφθαι.] Hæc cum ſequentibus jungunt Stephanus et Serranus. Aliter Ficinus et Cornarius, quos et *MS. Bodl.* ſecutus ſum. Video item Vigerum apud Euſebium ſimiliter interpungentem, ab *Ed. R. Steph.* recedentem. Platonis *Edd. Ald.* et *Baſileenſes* neutram in partem propendent.

l. 10. ἀκρασίας] ἀκρατίας *MS. Bodl.* quæ lectio indicatur in *Cod. Reg.* ſcribæ manu. ἀκρατείας Euſebius.

l. 12. ταύτην] αὐτὴν Euſebius.

l. 13. ἀνατλῆναι] ἀναπλῆναι Euſebii *MS. Coll. D. Joan.* male.

l. 14. Προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι, &c.] Idem de pœnis ſumendis habet Noſter in *Protag.* p. 324 A, aliiſque libris: Scilicet minime irrogandas eſſe pœnas, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur. Hocque in hominibus quidem punientibus verum eſſe, ſtatuit vir ſummus Hugo Grotius, "cum homo "ita homini alteri ipſa conſanguinitate alligatur, ut nocere "ei non debeat, niſi boni alicujus conſequendi cauſâ." Sed in Deo (inquit) "alia res eſt, ad quem Plato in Gorgia dic-"tas ſententias male extendit, cujus ſcilicet actiones niti poſ-"ſunt ipſo ſummo dominii jure, præſertim ubi meritum ho-"minis ſpeciale accedit, etiamſi finem nullum ſibi proponant "extra ipſas." *De Jure Belli ac Pacis*, L. 2, c. 20, §. 4, p. 504 *Ed. Barbeyrac.* Quis interim inficias ibit, pœnas malorum hominum poſt judicium ſupremum pendendas ullis in rerum univerſitate exiſtentibus profuturas? Nobis certe, qui adhuc intra vitæ terminos conſiſtimus, pœnæ iſtæ φοβερώτατα παραδείγματα per fidei quandam prolepſin fieri poſſunt, et debent. Philoſophi autem cum alii, tum Taurus (uti refert Aulus Gellius *Noctibus Att.* 6, 14) in primo Commentariorum, quos olim

olim in *Gorgiam* compoſuit, tres eſſe puniendi cauſas ſtatuebat. Dicitur earum prima νουθεσία, vel κόλασις, vel παραίνεσις, altera τιμωρία, tertia παράδειγμα. Secundam, ſive τιμωρίαν, quæ cauſa animadvertendi eſt, cum dignitas auctoritaſque ejus, in quem eſt peccatum, tuenda eſt, ne prætermiſſa animadverſio contemptum ejus pariat, et honorem levet, Platonis verbis non contineri opinatur Gellius, et quamobrem eam omiſerit Plato, facit conjecturam. *In hiſce verbis* (deſcripſerat ea Gellius uſque ad voces βελτίους γίγνωνται l. 2 pag. ſequent.) *facile intelligas τιμωρίαν Platonem dixiſſe, non ut ſupra ſcripſi quoſdam dicere, ſed ita ut promiſcue dici ſolet, pro omni pœnitione. Anne autem quaſi omnino parvam et contemtu dignam prætererit pœnæ ſumendæ cauſam propter tuendam læſi hominis auctoritatem, an magis, quaſi ei, quam dicebat, rei non neceſſariam prætermiſerit, quum de pœnis, non in vita, neque inter homines, ſed poſt vitæ tempus capiendis ſcriberet, ego in medium relinquo.* Juſta autem omnino puniendi eſt cauſa ſecuritas ejus, cui injuria facta eſt. Hoc autem pertinet ad auctoritatem læſam tuendam, æque ac ad aliud quodvis jus vindicandum. Denique eo res recidit, ut certe inter homines reſpicienda ſit in puniendo, vel ejus utilitas, qui peccavit, vel aliorum.—Theodoretus verba Platonis citavit in *Græc. Affectuum Curat.* Serm. 6, p. 565 *Ed. Sirmondi*, uſque ad vocem ἀνηρτημένους l. 12 pag. ſequent. Sed excidit folium, quo continebatur hæc ῥῆσις e MSto Theodoreti Bodleiano. Eadem hæc extant apud Suidam v. Πλάτων, ex Theodoreto immediatè ſumpta, uti quæ poſt ſequuntur apud Suidam oſtendunt; ubi ſcriptoris nomine pro conſuetudine ſua celato ipſam Theodoreti commentationem mutuatus eſt lexicographus. Theodoreto quoque locum illum debuiſſe videtur Suidas, quem memoravi ſupra, p. 506, ubi non ipſa quidem ejuſdem patris adjecit verba, ſed tamen illorum ſenſum.

ibid. ὑπ᾽ ἄλλου] ὑπὸ ἄλλου Euſeb. et Theodoret.

l. 15. γίγνεσθαι καὶ ὀνίνασθαι] γενέσθαι καί τι τῷ ὄντι ὀ. Suidas.

P. 294, l. 1. ἢ παράδειγμά τι τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι] παραδείγματα pro παράδειγμά τι *Baſ.* 2, et forte Ficinus, qui vertit,

et

et cæteris exempla dare. Ad marg. quoque *Ed. Steph.* eadem lectio adſcripta eſt. παράδειγμα ſine τι Euſebius, Suidas, et, quantum ipſe vidi, Theodoretus. Legit Gellius cum Platonis libris. Sed vera eſt lectio παραδείγματι, uti obiter notarunt Daviſius alicubi ad Ciceronem, et Forſterus *Indice 2ndo Idiotiſm. Platon.* p. 2. Videturque idem inveniſſe apud Theodoretum F. Urſinus. Vid. *Emendatt.* ejus, p. 443. Similiter in *Cratylo*, p. 437 A, σημαίνοντι pro σημαῖνόν τι, quod vulgo legitur, a Stephano emendatum eſt, vet. Ficini verſionem ſecuto. Abeſt τοῖς Euſebii *Cod. MS. Coll. D. Joan.* Theodoreto, atque Suida.

ibid. ἵνα ἄλλοι ὁρῶντες πάσχοντα ἃ ἂν πάσχοι] ἵν᾽ ἐκεῖνοι ὁρῶντες πάσχοντα ἃ πάσχει Suid. ἵν᾽ ἐκεῖνοι Theodoretus quoque. πάσχῃ *Gorgiæ MSS. Reg.* et *Bodl.* atque Euſebii *Edd.* ſed πάσχοι Ejuſd. *MS.* et duo illi recentiores e Theodoreti *Codd. MSS. Auguſtanis* et *Palatinis* a Sylburgio ad Theodoret. memoratis.

l. 2. γίγνωνται] γίνωνται Euſebii *Edd.* minus Attice. γίγνονται Euſebii *MS. Coll. D. Joan.* mendoſe.

ibid. εἰσὶ δὲ οἱ μὲν ὠφελούμενοι τε] εἰσὶ δὲ οἱ ὠφελούμενοι μὲν Suid.

l. 3. ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων] ὑπὸ θεοῦ καὶ ἀ. Suid.

l. 4. οὗτοι οἳ ἂν ἰάσιμα ἁμαρτήματα ἁμάρτωσιν] οὗτοι, κἂν ἰ. *Baſ. 2.* ἁμαρτήσωσιν *MS. Bodl.* ἁμαρτάνωσιν Euſebii *MS. Coll. D. Joan.* Theodoret. et Suid.

l. 5. γίγνεται αὐτοῖς ἡ ὠφέλεια καὶ ἐνθάδε] γίνεται Euſebii *Edd.* et Suid. minus Attice. Abeſt ἡ Suida. ὠφέλια *Gorgiæ MS. Reg.* κἀνθένδε Suidas. minus bene.

l. 6. οὐ γὰρ οἷοντε ἄλλως] οὐδὲ γὰρ Euſebius et Theodoretus. ἄλλως ante οἷοντε Euſeb. *MS.*

l. 7. οἳ δ᾽ ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι &c.] Hæc Platonis uſque ad vocem νουθετήματα l. ult. hujuſce pag. alii quoque ſui operis parti inſeruit Euſebius, nempe L. 13, c. 16, p. 699 *Ed. Vigeri.*

ibid. διὰ τοιαῦτα] διὰ τὰ τοιαῦτα *Baſ. 2, MS. Bodl.* Euſeb. Theodoret. et Suid.

l. 8. γένωνται] πάμπαν γίγνωνται Suid.

l. 9. γίγνεται] γίγνονται *MS. Bodl.* γίνονται Suid.

ibid.

ibid. αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται οὐδὲν] Abeſt αὐτοὶ Suida. οὐκ ἔτι *Gorgiæ MS. Bodl.* Abeſt οὐδὲν ſecundo Euſebii loco. Et in *Gorg. MSto Bodl.* omiſſa ſunt ſequentia verba οὐδὲν — ὀνίνανται, propter vocem ὀνίνανται repetitam.

l. 10. ἄλλοι δὲ ὀνίνανται, οἱ τούτους ὁρῶντες] Omittuntur hæc in Euſebii *Cod. Coll. D. Joan.* L. 12, ubi prius exſcribitur Plato.

l. 11. διὰ τὰς ἁμαρτίας τὰ μέγιστα καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα πάθη] διὰ τὰς τοιαύτας ἁμαρτίας ὀδυνηρότατα κ. φ. π. Suid. τὰς μεγίστας pro τὰ μέγιστα Euſeb. utroque loco, et Theodoret. ſed minus bene. καὶ ὀδυνηρότερα καὶ φοβερώτερα Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* priori loco. perperam. τὰ ante πάθη Theodoretus fere habet; ſed aberat duobus recentioribus *Codd. Auguſtan.* et *Palat.*

l. 12. πάσχοντας τὸν ἀεὶ χρόνον] πάσχοντας, καὶ τὸν ἀεὶ χρόνον &c. Theodoret. et Suidas. ſed minus bene, opinor. Abeſt τὸν Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* priori loco. Huic atque gemino in *Phædone* loco, ad §. 62, ubi de iis agitur, qui διὰ τὸ ἀνιάτως ἔχειν detruduntur in Tartarum, inde nunquam egreſſuri, objectat quiddam Euſebius. Interrogat enim, quo pacto convenire hæc poſſint cum ſermonibus de permutatione corporum, quæ eligi ab anima dicuntur. Vide *Præp. Evang.* L. 13, c. 16, p. 700 *Ed. Vigeri.* Reſpicitur ad L. 10 *De Rep.* p. 616 et deinc. ubi iſta narratur electio. Triplicem huic objectioni præbet ſolutionem Olympiodorus *Commentario MS. in Phædon.* uti notum fecit cl. Forſterus, p. 399, qui notavit vulgo quæſitum iſtud apud Platonicos. Ἢ πολιτικῶς ἔψευσται, (inquit Olympiodorus) ἵνα εὐλαβῶνται αἱ ψυχαὶ τὰ ἀνήκεστα τῶν ἁμαρτημάτων. ἢ πρὸς μίαν περίοδον, τὸ οὐδέποτε. Συνελαύνει αὕτη ἡ ἐπιβολή. — δύναται δέ τις εἰπεῖν καὶ ὅτι ὅσον ἐφ' ἑαυταῖς οὔποτε ἐκβαίνουσιν· οὐκέτι γὰρ ἑαυταῖς δύνανται βοηθεῖν, ἀλλ' ὡς ἑτεροκίνητοι σώζονται, καὶ ῥιπτεῖσθαι λέγονται εἰς τὸν Τάρταρον, ἀλλ' οὐκ ἀπιέναι, ἅτε ἀπολωλεκυῖαι τὸ αὐτοκίνητον. Harum ſolutionum primam, qua ſtatuitur πολιτικῶς fingi hoc placitum, mavult Forſterus, amandatque iſtud a Platone ad vates ac religiones. Fac ita res habeat, Platonem tamen opinor ſibi ipſum conciliari poſſe. In ipſa enim Eris Pamphylii fabula, ubi delectus ille corporum ab animabus haberi

beri refertur, de quibuſdam ſit mentio qui inſanabiles æternis pœnis plectuntur; quibuſque permutatio illa, in ipſo quoque *Phædone* memorata, denegatur. Vide L. 10 *De Rep.* p. 615 C. Animas quoque ſatis purgatas eâdem eximi docebat Noſter. Videſis quæ paulo infra adnotantur ad p. 524. Has enim migrationes animabus purgationes fieri ſtatuebat Plato, uti oſtendit cl. Warburtonus, L. 3 *Div. Leg.* Vol. 2, p. 161 *ed.* 5*tæ*. Similiter igitur illas quoque animas exemiſſe videtur, quarum ſcelera nulla unquam purgatione elui poſſunt. Solis τοῖς μέσως βεβιωκόσιν, atque hominibus, qui poſt repetitas purgationes per philoſophiam nondum perfecte purgati ſunt, cum aliis novis animæ generationibus commercium eſt. Denique notetur, minime requirendam eſſe in fabulis, quibus uſus eſt Plato, ſummam rerum omnium convenientiam, quippe quas a vetuſtatis fontibus accepit, non de novo finxit. Virgilius interim in rebus inferorum pingendis ſæpe imitatus eſt Platonem, aut certe quæ habet Plato, tam mythica quam philoſophica. Dum autem nonnulli *æternas pœnas æternaſque mercedes* poetæ Romano attribuunt, mihi quidem magis placent, quæ ſcribit eruditiſſimus Heynius ad *Æn.* 6, Excurſ. 13, p. 665. "De heroum, philoſophorum, et bonorum animabus quæ "Plato addit, poeta tacet, nec addit, quid de iis fiat, qui- "bus tam alte labes iſta inſidet, ut elui nequeat, et qui plu- "res numero eſſe debent."

l. 14. ἵνα] Abeſt Euſebii *Edd.* non autem Ejuſd. *MSto.*

P. 295, l. 1. εἰ ἀληθῆ λέγει Πῶλος] Videſis ſupra Sect. 19.

ibid. ἄλλον ὅστις ἂν] ὃν pro ἂν Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* mendoſe. ἄλλος *Gorgiæ MS. Bodl.* et Euſebius. male.

ibid. οἶμαι δὲ καὶ τοὺς πολλοὺς εἶναι τούτων τῶν παραδειγμάτων τοὺς ἐκ τυρ.] οἶμαι δὲ καὶ τοὺς πολλοὺς εἶναι τοὺς τῶν παραδειγμάτων ἐκ τυρ. Ita *MS. Reg.* ubi ſcribitur τούτων ſuper ſecundum τοὺς recentiori manu. In *MSto* autem *Bodl.* τοὺς inter τούτων et τῶν occurrit, non, ut debet, ante ἐκ τυρ. Verti locum, quaſi ſubaudienda vox παράδειγμα poſt illa, τοὺς ἐκ τυράννων — γεγονότας. Habes paulo ſupra, ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίγνεται. l. 8 pag. proxime

me anteced. Deeſt τῶν in Euſebii *Edd.* et τοὺς poſterius in *MSto Coll. D. Joan.*

l. 4. πόλεων] πολεμίων Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* mendoſe.

l. 6. ἁμαρτάνουσι] καὶ ἁ. Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* male.

l. 8. Τάνταλον, καὶ Σίσυφον, καὶ Τιτυόν] Abeſt καὶ ante Σίσυφον Euſebii *MSto Coll. D. Joan.* Ταντάλου δίψος, καὶ Τιτυοῦ σπλάγχνα, καὶ Σισύφου πέτρος ἀνήνυτος, (verba hæc philoſophi ſunt in *Axiocho*, §. 21,) apud Homeri *Odyſſ.* λ pulcherrime depinguntur, ad v. 575 et deinc. Erat autem Siſyphus propter ſcientiam ac calliditatem, πονηρὸς licet, inſignis. Vide Hom. *Il.* ζ, v. 153, Theognid. v. 701, Plat. *Apol. Socr.* §. 32, Xenoph. *Hellen.* L. 3, p. 481 C *Ed. Leunclav.* et Ariſtot. *Poet.* c. 18. Is et Tantalus, uti ſignificat etiam Plato, reges fuiſſe narrantur, Tityus Jovis filius.

l. 9. Θερσίτην δὲ, καὶ εἴτις ἄλλος πονηρὸς ἦν ἰδιώτης, &c.] Θερσὶ τήνδε *Ald.* mendoſe. ἰδιώτης δὲ Euſebii *MS. Coll. D. Joan.* mendoſe. In Eris Pamphylii fabula, quam paulo ante memoravi, execrabilis quidam tyrannus, Ardiæus nomine, aliique cum eo, qui pene omnes ejuſdem fuiſſe conſtant ordinis, ſempiternis pœnis afficiuntur. L. 10 *De Rep.* p. 615 C. Contra autem, ubi delectus corporum narratur, τοῦ γελωτοποιοῦ Θερσίτου anima ad terras redit, corpore ſimiæ induta. p. 620. prope finem ejuſd. libri.

l. 12. ἀλλὰ γὰρ, ὦ Καλλίκλεις &c.] Citavit hæc Ariſtides in *Orat. Plat. 2nda*, p. 87 *Ed. Jebb.* uſque ad voces τῶν δυναστῶν l. 9 pag. ſequentis.

ibid. ὦ Καλλίκλεις ἐκ τῶν δυναμένων εἰσὶ — γιγνόμενοι] ὦ Καλλίκλεις ſtatim ante εἰσὶ, et γινόμενοι, Ariſtid. *MSS. Barocc. Coll. Nov.* et *Coiſl.*

l. 13. οὐδὲν μὴν κωλύει καὶ ἐν τούτοις ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγγίγνεσθαι] οὐδὲ μὴν *MS. Bodl.* et Euſeb. *Edd.* Sed οὐδὲν μὲν, et ἐκ pro ἐν, Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐγγίνεσθαι Ariſtid. *MSS. Barocc.* et *Coll. Nov.*

l. 14. καὶ σφόδρα ἄξιον] καὶ σφόδρα γε ἄξ. *MSS. Reg.* et *Bodl.* Ariſtides, atque Euſebii *Edd.* Habet *certe* Ficini *Verſio.* δὲ pro γὲ male Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.*

P. 296, l. 1. γινομένων] γιγνομένων *MS. Bodl.* Ariſtides et Euſebius. Attice.

ibid. χαλεπὸν γδ', ὦ Καλλίκλεις, &c.] Tranſtulit hæc Theodoretus in librum ſuum De *Græc. Affectuum Curat.* Serm. 12, p. 669 *Ed. Sirmondi*, donec veneris ad vocem ἐπιτρέπῃ l. 6 hujuſce pag. Sed reſectus eſt Theodoreti liber MS. qui in bibliotheca Bodleiana eſt. Ariſtides quoque ad p. 88 citat iterum hanc ſententiam cum voce διαβιῶναι finitam. χαλεπὸν μὲν γδ' Theodoret. Deeſt γδ' in Euſebii *MS. Coll. D. Joan.*

l. 2. τοῦ ἀδικεῖν γενόμενον] τὸν Ariſtid. *MS. Barocc.* ubi iterum ab Ariſtide citatur Plato. male. γενομένου ibidem Ariſtides vulgo, male; ſed recte *Codd. Barocc.* et *Coll. Nov.* γενόμενον τ. ἀ. verſo tantum ordine, Euſeb. et Theodoret.

l. 3. γίγνονται] γίνονται Theodoret. minus Attice.

l. 4. ἐνθαδὶ] ἐνθαδὶ Ariſtides. Attice.

l. 5. καὶ ἔσονται] Abeſt καὶ Euſebio et Theodoreto.

ibid. καλοὶ κἀγαθοὶ] καὶ ἄλλοι ἀγαθοὶ Euſebii *Edd.* κἄλλοι κἀγαθοὶ Ejuſd. *MS. Coll. D. Joan.* faciles errores. Ariſtidis *Edd.* et Theodoretus habent καλοὶ καὶ ἀγαθοί:

ibid. τοῦ δικαίως διαχειρίζειν ἃ ἄν τις ἐπιτρέπῃ] ἥν τοι δικαίως διαχειρίζωνται ἃ ἄν τ. ἐ. Theodoret. minus bene. Habuiſſe interdum Theodoretum διαχωρίζουσιν, ex Fulv. Urſini *Emendatt.* apparet, p. 448. Deeſt ἃ apud Ariſtidem. ἐπιτρέποι *Gorgiæ MS. Bodl.*

l. 6. εἷς δὲ καὶ πάνυ ἐλλόγιμος γέγονε καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου] πάνυ γε Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* Addidi καὶ ante εἰς ex *Baſ.* 2, *Cod. Bodleiano*, Ariſtide atque Euſebio. In marg. *Cod. Reg.* aliâ manu particula hæc ſcribitur; et notatur quoque ad marg. *Ed. Steph.* Ariſtides rhetor l. c. miros agit triumphos, eo quod laudatus hîc fuerit cognominis Athenienſis. Scilicet rhetoricam a Platone omnino improbari fingens, interrogatione hujuſmodi ſibi placet; Si nuſquam alibi, inquit, extiterit præclarus orator, et adulationis crimine carens, unus autem Athenis, Ariſtides, quamobrem ars rhetorica, quaſi neceſſario turpis eſſet, erit reprehendenda? Vide item *Commun. Apol.* pagg. 274 et 300. De induſtria autem cavillatur ſophiſta. Nam, ut ipſe idem fatetur, Platoni duplex rhetorica ſtatuitur; altera bona et utilis, altera mala et adulatrix. Adde, quòd nobili huic Athenienſi (quem,

(quem, propterea quod legibus ipſe fuerit ſubjectus, non lex extiterit aliis, πολιτικὸν μὲν γεγενῆσθαι, οὐ μέντοιγε κεχρῆσθαι τῇ πολιτικῇ, aiebant, referente Sopatro *Prolegg. in Ariſtid.* p. 7 *Ed. Jebb.*) laus veræ rhetoricæ, ſive politicæ, hoc loco haudquaquam tribui videtur. Juſtitiæ quidem nomine Ariſtidem, una cum paucis aliis, Plato laudibus hîc effert; idque merito; quoniam huic uni apud Græcos *Juſti* cognomen tribueretur. Univerſa quoque Græcia, cum ſumptus Perſici belli contulerit, eum elegit, qui civitatibus pro ſingularum facultatibus ſtipendium imponeret; quod ipſum forte hîc reſpicit Plato. Hac de re vidend. Plutarch. *Ariſtide.* p. 333 C *Ed. Pariſ.* qui paulo poſt Platonis hæc memoravit, p. 334 D. Ariſtidem quoque adi ὑπὲρ τῶν τεττ. p. 150.

l. 8. οἱ δὲ πολλοὶ, ὦ ἄριστε, κακοὶ γίγνονται τῶν δυναστῶν. ὅπερ οὖν ἔλεγον, ἐπειδὰν ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκεῖνος τοιοῦτόν τινα λάβῃ] οἵ τε δὴ ἄλλοι ὦ ἄριστε καλλίκλεις ὅσοι γίγνονται. τῶν δὲ δικαστῶν ὅπερ ἔλεγον &c. Euſebii *MS. Coll. D. Joan.* male. Euſebius quoque editus legit, γίνονται. τῶν δὲ δικαστῶν, ὅπερ ἔλεγον. Itidem Theodoretus, Τῶν δικαστῶν, ὅπερ ἔλεγον, πρῶτος μὲν ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκεῖνος, ἂν τοιοῦτον &c. Quas lectiones inde ortas opinaverim, quòd, cum mutata erat vox δυναστῶν in δικαστῶν, lectionemque corruptam geſtiverant emendare poſteri, non, quod oportebat, Platonis ipſius codices inſpexerint. Certe corrumpitur δικαστῶν in δυναστῶν *in MSto Ariſtidis Coiſliniano,* ubi proculdubio citaverat Ariſtides δυναστῶν, quia cum hac voce ἡ ῥῆσις concludatur. καὶ mendoſe pro κακοὶ, et λάβοι pro λάβῃ, in *Gorgiæ MS. Bodl.* γίνονται Ariſtid. *MSS. Barocc.* et *Coll. Nov.* Laudat verba Platonis Theodoretus, uſque ad vocem ἀπέπεμψε l. 4 pag. ſequent. in *Græc. Affectuum Curat.* Serm. XI, p. 649 *Ed. Sirmondi.* Ejuſdem *Ed. Sylburg.* habet ὥσπερ pro ὅπερ, et πρῶτον non πρῶτος, ut vulgo Theodoretus.

l. 11. οὐδ᾽ ὅτις] οὐδ᾽ ὅστις Euſebii *Edd.* male. οὔτε ὁ. Theodoret.

l. 12. ἐπισημηνάμενος] ἐπισημαινόμενος Theodoret. In L. 10 *De Rep.* refertur, δικαστὰς μεταξὺ δυοῖν χασμάτοιν καθῆσθαι· οὓς ἐπειδὴ διαδικάσειαν, τοὺς μὲν δικαίους κελεύειν πορεύεσθαι τὴν εἰς δεξιάν τε καὶ ἄνω διὰ τοῦ οὐρανοῦ, ΣΗΜΕΙΑ ΠΕΡΙΑΨΑΝΤΑΣ τῶν δεδικασμένων ἐν τῷ πρόσθεν· τοὺς δὲ ἀδίκους τὴν εἰς ἀριστεράν τε καὶ κάτω, ἔχοντας καὶ τού-

τῦς ἐν τῷ ὄπισθεν ΣΗΜΕΙΑ πάντων ὧν ἔπραξαν. p. 614 C.

l. 13. ἐάν τε ἀνίατος δοκῇ εἶναι] ἀδύνατος MS. *Reg.* ſed ſupra ἀνίατος. δοκεῖ *Baſileenſes* et Euſeb. *MS.* εἶναι δοκῇ Theodoret.

ibid. ὁ δὲ ἐκεῖσε] ὁ δὲ αὖ ἐ. affert. Fulv. Urſinus *Emendatt. in Theodoret.* p. 444.

l. 14. ἐνίοτε δ' ἄλλην εἰσιδὼν ὁσίως βεβιωκῦιαν] ἐνίοτε δὲ ἄλλην ἰδὼν βεβιωκῦιαν ὁσίως Theodoreti *Ed. Sirmondi.* ſed Ἕλληνος corrupte pro ἄλλην Ejuſd. *MS. Bodl.* et *Ed. Sylburg.* cum Vet. Interp. Theodoreti Acciaolo. forte olim habebat Theodoretus ΑΛΛΗΝ ΕΙΣιδὼν, ut Platonis libri. In eodem quoque *Codice* Theodoreti *MSto* non mutatur ordo verborum ὁσίως βεβ. Non contrahit δὲ ἄλλην Euſebius. ἄλλη mendoſe *Gorgiæ MS. Bodl.*

P. 297, l. 1. μετ' ἀληθείας] μετὰ ἀλ. Theodoret.

ibid. ἢ ἄλλυ τινὸς] Addunt ψυχὴν Euſebii *Edd.* quæ tamen vox commode ſubauditur. Nec agnoſcitur Ejuſd. *MSto* in *Coll.D.Joan.*

l. 2. μάλιστα μὲν ἔγωγε φημὶ, ὦ Καλλίκλεις, τὰ αὐτῦ πράξαντος] Reſpicitur Calliclis in philoſophiam oratio. Sect. 31, et 32. In *Phædone* quicunque per philoſophiam perfecte fuerint purgati, ſublimiori quodam felicitatis gradu donantur. In locis quibuſdam ſupra terram, vixque narrabilibus, conſtituuntur, ubi cum Diis, in eorum numerum adſciti, et ſine ullis corporibus, per reliquum tempus vivunt. Confer Sect. 13, 29, 32, 62, cl. Forſter. in Sect. 29, et Olympiodorum in Sect. 62. In *Phædro* animæ iſta cum Deo ſocietas, ſive, ut ibidem loquitur philoſophus, *alarum ſuarum recuperatio*, philoſophis quidem poſt tria annorum millia conceditur, aliis vero omnibus denegatur, donec annos decem mille compleverint. Confer pagg. 248, 249. ὡς ἔγωγε φημὶ Theodoreti *Edd.* Verum non agnoſcit ὡς Theodoreti *Cod. MS. Bodl.* ὡς ἐγὼ φημι Euſebii *Edd.* Non habet ὡς Ejuſd. *MS.*

l. 4. εἰς μακάρων νήσυς] Videſis quæ notavi ſupra, p. 506. ἐς *MS. Bodl.* Attice.

l. 5. ὁ Αἰακός] Abeſt articulus Euſebii *Edd.* non *Cod.* ejus *MS.*

ibid. ἑκάτερος δὲ τύτων ῥάβδον ἔχων δικάζει] Abeſt δὲ *Cod. Reg.* ſed recenter ibidem ſcribitur. Abeſt etiam Euſebii *Ed. R. Steph.* et *MS.* Male ῥαβδοῦχον habet *Cod. Bodl.* pro ῥάβδον. Ῥάβδος autem,

tem, ſeu σκῆπτρον, judicialis regaliſque poteſtatis perpetuum olim inſigne erat. Conſ. Potteri *Archæol. Græc.* L. 1, c. 20, et L. 2, c. 21. Notetur obiter, ſceptra antiquorum ſcipiones longos fuiſſe, non baculos brevioris formæ, multis ornamentis decoratos.

l. 6. ἔχων χρυσοῦν σκῆπτρον, ὥς φησιν Ὀδυσσεὺς &c.] χρύσεον Euſeb. Totus Homeri locus ſic ſe habet.

Ἔνθ' ἤτοι Μίνωα ἴδον, Διὸς ἀγλαὸν υἱὸν,
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νεκύεσσιν,
Ἥμενον· οἱ δέ μιν ἀμφὶ δίκας εἴροντο ἄνακτα,
Ἥμενοι, ἑσταότες τε, κατ' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ. *Odyſſ.* λ, v. 756.

Ei Jovis ſceptrum, quo urbibus imperitabat, attribuit Heſiodus apud Platonem in *Minoe*, p. 520 D. ſub finem Dial.

l. 8. νέκυσιν] νέκυσσιν *MS. Bodl.* Euſeb. *Ed. Vigeri*, atque Homerus *Barneſii* poſt Strabonem. νεκύεσσιν Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* Ejuſd. *Ed. R. Steph.* et vulgo Homerus.

l. 9. Ἐγὼ μὲν οὖν &c.] Abeſt οὖν *MS. Bodl.* Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* et Theodoreto, qui Platonis verba citat uſque ad vocem ξυμφέρων l. ult. pag. ſequent. ſcil. in *Græc. Affectuum Curat.* Serm. XI, p. 650 *Ed. Sirmondi*: deinde a ξυμφέρων uſque ad δημοσίᾳ, p. 299, l. 4, in Serm. XII, p. 669, qui locus poſterior in Theodoreti *MSto Bodl.* deſideratur.

l. 10. καὶ σκοπῶ ὅπως ἀποφανοῦμαι τῷ κριτῇ ὡς ὑγιεστάτην ἔχων τὴν ψυχήν] σκοπῶ et ἀσκῶ eadem manu in *Cod. Reg.* Sed vide not. ad l. 12. Abeſt etiam hoc Codice, ut et Euſebii Theodoretique libris Oxonienſibus, participium ἔχων, idque nec Acciaolus Theodoreti Vet. Interp. neque etiam Ficinus apud Platonem, inveniſſe videtur. Sed ἀποφανοῦμαι cum vi reciproca verbi medii adhiberi puto. Abeſt ὡς Euſebio *MS.* Habent ὑγιαιστάτην *Ald.* et *Baſileenſes.* mendoſe. Abeſt τὴν *Gorgiæ MS. Bodl.* ἔχων poſt ψυχὴν Theodoretus vulgo.

l. 12. τὰς τῶν] Abeſt τὰς *MS. Bodl.* Euſebio et Theodoreto.

ibid. τὴν ἀλήθειαν σκοπῶν] ἀσκῶν Euſeb. et Theodoret. quod certe bonum eſt, imo forte verum. Nec improbabile eſt, lectionem *Regii Codicis* variantem ad l. 10, ſcil. ἀσκῶ ſed addito ν, ad hunc revera locum pertinuiſſe. Habes poſtea, οὗτος ὁ τρόπος ἄριστος

τοῦ

τȣ̃ βίȣ, τὴν δικαιοσύνην ϗ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἀσκȣ̃ντας, ϗ ζῆν ϗ τεθνάναι. l. 8 pag. ult. vide et l. 15 pag. penult.

l. 13. ὡς ἂν δύνωμαι] ὡς ἂν δύναμαι Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* male.

ibid. καὶ ζῆν] Abeſt καὶ Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.*

l. 14. παρακαλῶ δὲ ϗ τȣ̀ς ἄλλȣς πάντας] Abeſt ϗ Theodoreti *MS. Bodl.* Nec habet plerumque Theodoretus πάντας. Sed extitiſſe ἅπαντας in *Codice vetuſtiore Palatino* teſtatur Sylburgius in *Notis* ad Theodoret.

l. 15. καὶ δὴ καί σε ἀντιπαρακαλῶ &c.] Abeſt poſterius ϗ Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* atque Theodoreti *MS. Bodl.* Vid. et Urſini *Emendatt.* p. 444. In Theodoreti *Codice vetuſtiore Auguſt.* σεαυτὸν pro σὲ fuiſſe, omiſſo verbo ἀντιπαρακαλῶ, refert Sylburgius. In *Gorgiæ Cod. Regio* reſcribitur ἄρτι παρὰ. ſed minus bene. Reſpicitur enim inter hæc verba ad Calliclis orationem, quâ rerum civilium tractatio et πολυπραγμοσύνη Socrati perſuadentur. Vide §. 32.

P. 298, l. 1. ἐπὶ τȣ̃τον τὸν βίον, καὶ τὸν ἀγῶνα τȣ̃τον] τȣ́των pro τȣ̃τον priori loco in *Ed. Steph.* habetur. Certe aliter *Edd. Vett.* atque *MSS. Reg.* et *Bodl.* quibus addendi Euſebius et Theodoretus. Abeſt ϗ Theodoreti *MS. Bodl.* Vide et Urſini *Emendatt.* p. 444. In *Ed.* quoque Theodoreti *Sylburg.* parentheſi particula hæc includitur, quaſi interdum deſiderata.

ibid. ὃν ἐγώ φημι ἀντὶ πάντων τῶν ἐνθάδε ἀγώνων εἶναι] Abeſt ἐγὼ Theodoreto, atque interdum ἐνθάδε. ἡμῖν ante εἶναι apud eundem additum eſt ex *Codice vetuſtiore Auguſt.* Publica certamina, et cauſæ forenſes, ἀγῶνες appellabantur; ſed quotquot ſunt in vita humana concertationes hîc deſignari videntur. ἰέναι pro εἶναι Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.* mendoſe.

l. 2. καὶ ὀνειδίζω σοὶ, ὅτι οὐχ οἷός τ' ἔσῃ σαυτῷ βοηθῆσαι] ϗ ὀνειδίζω σὲ, ὅτι οὐχ οἷός τε εἶ σαυτῷ β. Euſeb. *Edd.* et Theodoretus. Sed ἦς non εἶ, et αὑτῷ non σαυτῷ, exhibet Euſebii *MS. Coll. D. Joan.* Regeruntur hoc loco Callicli ſua ipſius verba. Vide ſupra p. 194. In *Theæteto* ſimili prorſus modo ridentur oratores de maxima ſua rerum graviſſimarum inſcitia. p. 175.

l. 4. ἣν νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον] Abeſt δὴ Euſebio et Theodoreto. Abeſt etiam ἐγὼ Theodoreti *MS. Bodl.* atque *Ed. Sylburg.* Vide et

Urſini

Urſini *Emendatt.* p. 444. ἣν ἐγὼ νῦν ἔλεγον Euſeb. *MS. Coll. D. Joan.*

ibid. ἀλλὰ ἐλθὼν παρὰ τὸν δικαστὴν τὸν τῆς Αἰγίνης υἱὸν] ἀλλ' ἐλ. *MS. Bodl.* et Theodoret. ſed abſuiſſe ἀλλὰ interdum Theodoreto innuunt Urſini *Emendatt.* τὸν δικαστὴν ἐκεῖνον τὸν habent Euſeb. et Theodoret. Judex erat Europæorum Æacus. Vide p. 291, l. 3.

l. 5. ἐπειδάν σου ἐπιλαβόμενος ἄγῃ] σε pro σου Theodoret. et Euſebii *MS. Coll. D. Joan.* ἐπιλαμβανόμενος Theodoreti *MS. Bodl.* et *Codd. recentiores Aug.* et *Palat.* Vide et Urſini *Emendatt.* p. 444. ἐπιλ. ἐκεῖνος ἄγῃ legunt Euſebius et Theodoret. ἄγχῃ pro ἄγῃ *Gorgiæ MS. Bodl.* ſed minus bene. ἄρχῃ ad marg. *Cod. Regii* ſcribitur, quæ facilis eſt corruptio τοῦ ἄγχῃ. ita, ΑΓΧΗ, ΑΡΧΗ.

l. 6. ἰλιγγιάσεις] ἰλιγγιάσῃς *Baſ.* 2.

ibid. σὺ ἐκεῖ] καὶ σὺ ἐκεῖ Euſeb. et Theodoret.

l. 7. καί σε ἴσως τυπτήσει τὶς ἐπὶ κόῤῥης ἀτίμως, καὶ πάντως προπηλακιεῖ] Hæc σε — τὶς deſunt in Theodoreti *Cod. MS. Bodl.* Deeſt σε in Euſebii *Cod. Coll. D. Joan.* atque τὶς in Theodoreto, ubi legitur poſt illud τυπτήσει, καὶ ἐπὶ κόῤῥης ἀτιμάσει. Euſebius quoque habet καὶ ante ἐπί. προπηλακιῇ mendoſe Platonis *Edd. Ald.* et *Baſſ.* De τῷ ἐπὶ κόῤῥης τύπτειν vide quæ notavi ſupra, p. 438.

l. 8. Τάχα δ' οὖν ταῦτα μῦθος σοὶ δοκεῖ λέγεσθαι, ὥσπερ γραὸς] ταυτὶ Euſeb. et Theodoret. Attice. ὥσπερ ὑπὸ γραὸς *Baſ.* 2, Euſeb. et Theodoret. Memoratur quoque hæc lectio ad marg. *Edit. Steph.* In proverbium ceſſit loquacitas anilis. *Senex vanus* (ait de Pythagora Lactantius) *ſicut otioſæ aniculæ ſolent, fabulas tanquam infantibus credulis finxit. Div. Inſt.* 3, 18. Vide et Parœmiographos in *Adagio*, Γραῶν ὕθλος.

l. 9, καὶ καταφρονεῖς αὐτῶν] καταφρονήσεις Theodoret. ſcriptus in *Biblioth. Bodl.* atque ejuſdem *Codd. recentiores Aug.* et *Palat.* Sylburgio teſte. Vide et Urſini *Emendatt. in Theodoret.* p. 444.

